

MORLEY
COLLEC
CHYMIC




VERSANTUR HIS TRIBUS
Pharmacopœi Parisienses
Ex Dono Magistri
Gillet Antiq: Consul:
Ædilis & Præfecti.


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

COLLECTANEA CHYMICA LEYDENSIA,

ID EST,

MAËTSIANA, MARGRAVIANA, LE MORTIANA:


Scilicet trium in Academia Lugduno-Batavâ Facultatis Chimicæ, quâ publicè, quâ privatim, Professorum, nunc viventium, atque docentium, qui isthæc discipulis suis, ex omni Europa illo confluentibus, per hos annos, non solum ostenderunt, verum etiam suis verbis dictarunt.

Opus, quingentis, & ampliùs, processibus ador[illegible]m, omnibus & Medicis, & Chimicis, & Pharmacopæis, imprimis utile; cum ob insignem plerorumque usitatiorum processuum varietatem, tum ob novam, atque elegantem in singulis operandi rationem, tribus his, tantisque viris, in usu habitam.

Collegit, digessit, edidit,

CHRISTOPHORUS LOVE MORLEY, M.D. ANGLUS.

Quis huic operi sit scopus, quæ methodus, quinam Auctores, cæteraque quæ Lectorem ignorare non expedit, præfatio indicabit.







LUGDUNI BATAVORUM,
APUD HENRICUM DRUMMOND,
M DC LXXXIV.

Sumptibus J. A. de la FONT.

(Collection [illegible])



TYPOGRAPHUS LECTORI S. D.

ANnus est, & eo amplius, Amice Lector, *ex quo in manus meas volumen isthoc incidit, cui titulum tam Author, quàm ipse, feci,* Collectanea Chymica Leydensia. *Scilicet, uti* amici sunt fures temporis, *ut est apud* L. Ann. Senecam, *ita etiam, hoc sæculo, librorum. Commodaverat hoc opus, suâ manu scriptum, præstantissimus Author,* Christophorus Love Morley, *Medicinæ Doctor,* Anglus, *amico, hac familiari, suo hîc in* Batavia, *commoranti, eâ de causâ, ut inde, quidquid vellet, excerperet, ac in propriam penum transferret. Is ad me jam brevi peregrè abiturus ad Indos, mutuum volumen defert; ac, ut prælo committam, orat. Esse enim, quod lucem aspiceret, perquam sanè dignum; quodque omnium, qui* Chemiæ *vel student, vel hanc artem profitentur, perpetuò in manibus versetur, ac ore. Quid enim? Multa hîc reperiri Chemicæ facultatis documenta oppidò non vulgaria; insignem in rebus singulis operandi varietatem demonstrari; triûm hoc opus Auctorum complecti institutiones admodùm accuratas; proindéque triplex esse volumen uno comprehensum; nihil exactius describi posse, nihil absolutius fieri, nihil omnibus utilius existere Medicinam exercentibus, quàm, quæ hisce schedis traduntur, commentaria. Præterquàm, quòd quàm plurima hîc haberentur medicamenta magni*

Sen. de brevit. vitæ.

momenti, ac ponderis, tam ægris, quam illorum curam sustinentibus, & Medicis, & Chirurgis, *magnam opem, ac commodum, allatura. Quid plura? Persuasit. Nec multis opus erat hortamentis, ut ederem, protinus ut inspexi nomina magnorum virorum huic libro præfixa, hîc inter nostrates, adèòque hâc in Urbe, nunc elucentium; quibus* Academia *nunc floret; quosque universa* Juventus, *ex tot regnis huc confluens, propè solos in* Chemicis *sectatur. Ut, quæ cuderentur volumina, quantuscumque numerus eorum esset, num distraherentur, cur sollicitus essem; causa nulla foret; cùm avidè Præceptorum suorum scripta, quorum disciplinam in adolescentia excoluit, unusquisque & legere, & legenda sibi offerri, expetere soleat. Utrùm verò veniam, ut hæc scripta vulgarentur, is, quem dixi, Vir, ab Authore, qui mutuò dedit, impetrârit, id ipsum ego nec scire potui; nec curare fortasse debui. Cùm præsertim, quòd isthæc furtivè sub illius nomine ederentur, id illi vitio vertendum non esset, sed laudi.*

Quisnam editor sit, Chr. Love Morleyus.

Is enim, quem quidem hujus editionis Authorem nominavi, Christoph. Love Morley (*ut jam tandem de toto hoc opere, ejusque authoribus, aliquid edisseram*) *magnâ diligentiâ, indefesso labore, ac studio, tum hæc, tum alia scripta quamplurima, collegisse fertur hîc, ante annos aliquot, in* Hollandia. *Huc & enim, id est,* Lugdunum Batavorum, *se contulit, post varias peregrinationes terrâ, marique obitas; postquam Academias non paucas, alibi terrarum, invisisset; Medicinam, præstantissimam artem,* de novo, *uti ille perhibebat, addiscendi causâ. Illam siquidem disciplinam, si quam aliam, hîc florere; illam si quibus in Regnis, tum hîc inprimis ad amussim coli; multa illius artis emolumenta & magna, & præclara, tum in* Anatomes, *tum in* Chemiæ, *tum in* Botanices *studiis, hîc facilè parabilia esse, largoque proventu, quæ quidem non alibi, nisi*

per-

perparcè colligerentur, inaudierat. Idcirco, hâc in Urbe, *hâcque in* Academia, *omnium forsitan florentissimâ, per quadriennium, uti audio, & amplius, consèdit; cùm non nisi de limine, in patriam festinans, illam, primo appulsu, salutare cogitârat. Verùm enimverò tanta incesserat hominem addiscendi cupiditas; tam uberem hîc disciplinæ Asclepiadeæ & copiam, & proventum, reperit; tot, talesque viros istam artem profitentes, magnum in primis* Schachtium, *præstantissimum virum, cujus quidem assiduus auditor erat, & comes,* Drelincurtium, Craanium, Syënum, Maëtsium, Margravium, *alios; ut ab illis incessanter audiendis, illorum lectionibus, collegiis, consortiis frequentandis, per tot annos, avelli non potuerit. Quò verò accuratiùs faceret, in promptuque omnia haberet, cùm memoriam non nisi summè labilem esse cognosceret, quidquid in Collegiis, Lectionibus, Theatris Anatomicis, Nosocomiis, privatisve Laribus, sive oculis, sive auribus percepisset, protinus in palimpsestum referebat. Indeque, cùm per otium suppetebat, in adversaria admodùm curiosè confecta, ordine quæque suo digerere, ac denuò transcribere, consuevit. Ac fidem propemodum superat, quàm ingentem utique molem scriptorum omnis generis, ad Medicinam pertinentium, diligentissimus simul, ac studiosissimus vir, hinc inde corraserit. Ut Bibliothecam pænè integram, ac plenam, propriâ manu conscriptam, sibi confecisse; certè supra quadraginta* in quarto, *uti vocant, volumina, benè crassa, ac ponderosa; quemadmodum amicus ejus mihi retulit, qui isthæc non solùm vidit, verùm etiam numeravit; ex hâc* Academia, *secum asportasse perhibeatur. Tandem in* Angliam, *jucundissimam patriam, tanquam ex postliminio reversus,* Londini, *uti audio, celeberrima in Urbe, ac Emporio, ad Medicinam faciendam domicilium sibi fixit; ubi vivus, valensque, etiamnum degit. Cæterùm, primo post reditum anno, conscripsit ad Sodales Collegii Medicorum Londinen-*

dinensium florentissimi, in quorum numerum, ac ordinem Honorarium, *per eos dies cooptatus fuerat,* Narrationem, de morbo Epidemico, *tam illius, quàm superioris anni. Cui item adjunxit* Lucæ Schachtii, *Præceptoris sui, ac Medicinæ Professoris præstantissimi, de eodem morbo ad ipsummet epistolam, admodùm accuratè conscriptam. Ac libellus ille ejusmodi sanè est, qui cùm ob Latini sermonis elegantiam, atque puritatem; quâ nihil hoc ævo nitidius fortasse prodiit; tum ob historiam illius morbi, omnibus numeris, absolutam; atque alias ob causas, perquam sanè dignus, qui legatur, uti prorsus accepi ab iis, qui harum rerum æqui admodum existunt æstimatores, & judices. Scilicet est ille vir, (quem ego hîc quoque* Leydæ *commorantem bene novi, cujusque familiaritate, & amicitiâ, per id tempus, usus sum) cùm Philosophicis, Medicis, Mathematicis, Humanioribus, plurimisque aliarum rerum studiis eximiè imbutus, tum verò linguarum non paucarum peritiâ præditus; in hisque Latinè præprimis & purè, & eleganter, sive loquendi, sive conscribendi, si quis alius, peritissimus. Num quid verò aliud, præter superiorem* narrationem *in lucem, ad hoc tempus, ediderit, id ego ob loci, quâ nunc sejungimur, distantiam, rescire non valui. Certò tamen scio, pro eo, quo pollet, ingenio, & omnigenæ litteraturæ, inprimisque rei Medicæ, amore, pollet autem ingenti, & maximo, oportune sperari posse, ut ex eâdem pharetrâ, quâ hæcce* Collectanea, *& illa* Historiola, *multò plura in diem, & his majora; siqua istis majora, utiliorave esse queant; proditura sint. Certè, quòd hæc clanculùm ex ipsius gazophylacio, illoque inscio, tam à me, quàm ab illo, qui hæc mihi dono dedit, id est, à duobus sibi amicissimis hominibus, typis nunc vulgata, idque etiam sub illius nomine, sint, id ipsum illi, pro eâ, quâ præditus est, humanitate, & morum suavitate insigni, incitamento non levi, cum ut alia*

nobis

nobis edenda communicet, tum ut hæc ipsa in bonam partem accipiat, fore confido.

Quoad Authores alios hujusce operis, ipsi se satis, ipsumque opus, commendant, si nomina eorum tantum, & reliqua Honestamenta, cognoveris. His præsertim in regionibus, ubi tantis apellationibus nemo non assurgit. Horumce primus existit eò, quòd primum locum teneat, id est, Academicum, Carolus de Maëts, præstantissimus, ac artis Chemicæ, si quisquam alius hoc ævo, callentissimus vir. Is ob insignes, quos in hac arte, etiamnum juvenis, fecerat progressus, tantum sibi nomen, ac famam, brevi comparavit, ut illico ad Professoris Academici juxta, ac Chemici, munus, Neomagi, celeberrima in Urbe, ac altero litterarum Emporio, conscendere meruerit. Quo sanè loco, tanta cum sapientum laude functus est officio suo, ut diu ibi esse ipsi non licuerit. Verum tamen in hanc Urbem, quam jure merito Athenas Batavas compellare possis, hancque in Academiam, qua nulla magis, hornotino tempore, frequentatur tota Europa, post annos non ita multos ibi positos, ad idem munus, & dignitatem capessendam, accitus est. Hîc itaque Chemiam non solum, præstantissimam artem, per multos hos annos, verum etiam Medicinam, cui illam inservire Scimus, per lustrum jam integrum, ac plenum, & professus est, & verò adhuc profitetur. Hîc innumera Sapientiæ Chemicæ experimenta, utique nobilissima, ac vel sibi soli, vel perpaucis nota, certè aliis tantum non ut arcana habita, sive Εργαστηρίῳ in publico coram studiosorum coronâ, sive in Schola Academica coram auditorum turba, sive domi suæ privatis in Collegiis, iisque vel communibus, vel secretis, vel secretioribus, & ostendit, & edocuit, & multoties demonstravit. Quidquid verò publicè operarum suarum, privatimve exhibebat, id omne postmodùm discipulis suis, pro more hujusce Academiæ omnino laudabili, quò diutiùs inhæreret, suis verbis dictabat.

Primus author C. de Maëts.

Ita

Ita non ſolum iis rebus, quas operantem Maëtſium *viderant, doctiores, verum etiam ipſiuſmet ſcriptis divitiores, in patriam quiſque ſuam redibat. Atque ex hiſce rebus, ab ipſo dictatis, enata ſunt, quæ hîc* Spagyricæ *artis experimenta, ſub ipſius nomine, vulgantur. Quòd vero neque iſthæc idem ipſe, neque alia, ad hoc tempus, quod ſciam, publici juris fecerit, id ſummæ viri litteratiſſimi modeſtiæ, qua quidem non minori, quàm ſapientia claret, attribuendum venit. Eadem tamen virtus impedimento eſſe non valuit, quin potius demereri ſibi viſa eſt, ut monumenta* Petri le Febvre, *hominis Galli, atque* Chemici *preſtantiſſimi, cum iterato in publicum prodirent, ſuperioribus annis, ipſi, tanquam oraculo Apollinis* Chemico, *præ reliquis mortalium, dicarentur. Quo quidem exemplo, & quid ipſe facere debuiſſet, palam illi oſtendere, &, ut idem propediem præſtaret, eumdem hortari, procul dubio voluerunt. Id quod ingens rei litterariæ incommodum, atque ſcientiarum omnium, præſertim vero Chemicæ, incrementum ſanè maximum quocumque tempore fiet; quin ceſſurum ſit, nemo hujuſce artis Curioſorum ambigit.*

Secundus Author Chriſtian. Margravius.

His ita dictis de Maëtſio, *primario hujuſce operis Authore, utique ſecundus ab illo nominandus venit* Chriſtianus Marcgravius, *ſapientiſſimus juxta, ac Chemicæ facultatis peritiſſimus inprimis, vir. Is* Georgii Marcgravii, *qui hiſtoriam rerum naturalium* Braſiliæ *conſcripſit, accuratiſſimi authoris, quique cum operibus* Gulielmi Piſonis *conjunctus legitur, germanus frater, haud minorem ſibi laudem, ac famam, furnis aſſidendo* Spagyricis, *quàm ille alter terras omnes, ac maria, peregrinando comparavit. Ac vigeſimus, ni fallor, jam agitur annus, & eo amplius, ex quo de patria profectus, id eſt,* Germania, *in hac Academia conſêdit; totidemque annos hîc profeſſus eſt* Chemiam, *abditiſſimam artem, ſumma omnium cum laude, maximoque Academicôrum concurſu, ac admiratione, privatis*

in

in Laribus; cujus ædes propterea tam frequentantur ab universa Studiosorum turba, quàm quæ maximè tota Urbe, vel potius scholæ ipsæ. Neque quidquam doctissimi viri sive laudi, sive applausui, in his terris, unquam defuit; utpote quæ majora esse ullibi gentium haud potuêre; quàm, quod multorum ambitioni patet, Honestamentum, *ut vocant,* Academicum. *Certè ex eo multo major habendus* Marcgravius *est, quod hi Honores ipsiusmet meritis, ille ipsis demerendis non defuerit; quodque innumerabilium hominum votis, id est, quotquot habuit Auditorum, per tot annos Lauream illam eximiè promeritus sit, qua non, nisi paucissimorum suffragiis, caruit. Quàm vero ille omni scientiarum genere imbutus sit, norunt omnes, quicumque* Leydam, *per tot annorum spatia, sive discendi, sive docendi, causa appulerunt: quantus vero vir, sive Chemicis, sive Medicis in rebus existat, & testari possunt* hæc scripta *ipsius ore dictando prolata, & jam dudum orbi litterario testatum fecêre* Materia *ipsius* Medica contracta, & Morborum Synopsis *ad mentem, & hypothesim, Neotericorum, conscripta. Qui duo libri, tametsi non mole, attamen ingenio satis magni, ante complures hos annos lucem aspexerunt. Atque utinam, quod illa sive* Synopsi, *sive* Prodromo *promisit, majus nimirum, atque magis absolutum opus, de re illa tota, id est, morborum omnium causis, & curatione, propediem edendum, id ille tandem aliquando per negotia, quibus distrahitur, perficere posset. Hinc sane, cum bonæ litteræ incrementum non exiguum, tum litterati omnes, & fructum, & commodum, haud contemnendum, susciperent.* Duo libri Marcgraviani.

Tandem postremus Collectaneorum *istorum Author* Jacobus *est* le Mortius, *diligens sane, atque tam* Chemicis, *quàm* Pharmaceuticis, *in artibus, perdoctus vir. Is à* Carolo de Maëts, *uti fertur, ad hæc sacra olim institutus non vulgarem sibi laudem ex iis, per complures annos, in hac Urbe, edocendis* Tertius author Jacob. le Mort.

acquisivit. Duo etenim Collegia, uti vocant nostrates, in ædibus suis, perpetuo, & constanter, habere; alterum Chemiæ, *alterum* Pharmaceutices *institutorium; eaque satis plena studiosorum, solet. Ac ille, post emensa studiorum suorum stadia, primò* Pharmaciæ *dumtaxat, per aliquot annos, operam navavit; cujus rei etiam officinam publicam, in hac Urbe, habuit; nunc verò* Medicinæ, *præstantissimæ arti, ejusque praxi, quam vocant, faciendæ, vel potius utrique scientiæ, eamdem operam impendit. Quippe* Ultrajecti, *perillustri in Academia, ante septennium, ni fallor, plus minùs,* Doctoratûs *ille gradum, & honorem, & sapientiæ, & meritis suis, jam pridem debitum, summâ cum laude capessivit. Quâ quidem ratione, &* Schrodero, & Zwelfero, & Weckero, & Hartmanno, & Crollio, & *innumeris aliis, qui utramque artem, id est,* Pharmaceuticen-Chymicam, & Medicam, *tam hoc, quàm superiori, sæculo illustrarunt, (inter quos etiam haud postremum locum sibi vendicat* Marcgravius *noster, de quo supra) comparandus venit. Edidit verò in lucem, ante biennium,* le Mortius, *libellum utique perexiguum; in quo Chemicæ facultatis elementa, & documenta, perdoctè complexus est. Qui quidem libellus, ut audio, sat citò veneundo distractus, eruditorum hominum laudem commeruit, & æstimationem. Is verò liber, quemadmodum hæc etiam* Collectanea, *in Collegiis ipsius, quæ dixi, enatus, atque tam lucubrationum, quàm lectionum suarum, compendium, & fructus, non pauca complectitur, quæ hîc quoque, totidem fere verbis, continentur. Quid ni? Cùm utraque, tam illa, quàm isthæc, ipsius ore prolata, atque discipulis suis inter docendum dictata, quin & in antecessum fortasse, quò distinctiùs dictari possent, conscripta sint. Interest verò, inter utrumque opus, hæc solùm diver-*

Quid in lucem ediderit.

diversitas, quòd, in hoc volumine, multò plura habeantur Experimenta sive Chemica, *sive* Pharmaceutica, *quàm illic; quodque unius rei perficiendæ complures hîc sæpenumerò legantur processus, & modi, cùm, in illo, unus dumtaxat, ut plurimùm, proponatur. Adeò ut illud opus unius Collegii summa, hæcce verò* Collectanea *complurium Collegiorum ceu Epitome, recenseri possint. Ac præter opus superiùs memoratum, ac suam* Pharmaciam & Chimiam Medico-Physicam, *&* Collectanea, *quæ videtis, tametsi nihil aliud* le Mortius, *ad hoc tempus, ediderit, sunt tamen qui non pauca seipsum alia præ manibus habere, & in publicum adornare ferant; quæ quidem utinam aliquando vitalem videant lucem.*

Jam verò de Operis hujusce utilitate, & commodo, nihil est, quod multa proloquar; cum res ipsa per se sat manifesto pateat. Quorsum enim de Chemiæ *sive dignitate, sive laudibus, vel verbulum addam? Cum id ipsum, ad nauseam usque, toties sit præstitum ab iis omnibus, qui vel* Chemicè *aliquid olim conscripserunt, vel de eâ, quocumque modo, obiter egêrunt. Interea illud constat, permagnas huic arti accessiones quotidie fieri, novosque modos unamquamque rem Chemicè faciendi, quo idem & compendiosius, & commodius parari queat, in dies excogitari. Quocirca necessarium prorsus videtur, ut nova subinde volumina, optimorum Authorum in hac arte, cudantur, qui quidem, ut de* Africa *olim dictum*, semper aliquid adportent novi. *Semper autem apportabunt, quoties ab optimis, & præstantissimis Authoribus, ea conscripta erunt. Ac talia sunt, nisi mea me fallit opinio, quæ isthoc volumine continentur, ejusmodi existunt Authores, qui ea conscripserunt; nimirum & expertissimi Chemici, si qui hoc sæculo sunt, & experimenta, (sive* processus, *quos vocant) Chemica non pauca, ut opinor, ex iis, quæ maximè nova,*

Utilitas hujus operis.

Cicero in Epist.

& sunt, & habentur. Præterquam quod quamplurima hîc reperiantur, quæ nusquam aliis in voluminibus vulgata, nullibi ab aliis Authoribus descripta, sint. Aut, si qua ex his scribendo attigerunt, illa non nisi vel obscurè admodum, vel falso, litteris consignare voluerunt; quæ tamen hîc luce meridianâ clarius exponuntur. Is itaque scopus *huic operi est; haud pauca ab aliis non prius dicta, in medium proferre; vel eadem aliter, id est, & dilucidius, & melius, dicendo illustrare; Chemicam artem promovere; multiplicem modum rem quamque* Chemicè *perficiendi ostendere; quin & ejusdem rei ingredientium quantitatem sæpenumero ingentem, & variam, demonstrare; complurium Authorum fucos, & fallacias, detegere; oportunum Chemicarum rerum usum, circa morbos, & dosim, docere; earumdem quoque virtutem, & vires, verè tradere; & quæ sunt hujusmodi. Quibus nominibus notum unicuique esse potest, quam ob causam tot* processus *unius, atque ejusdem, rei conficiendæ, hîc, variis in locis, congerere Author ipse voluerit. Etenim, si res sedulo perpendatur, nullus hîc occurrit* processus, *sive ejusdem, sive diversi Authoris, qui non vel diversum operandi modum exhibeat, vel varietatem in pondere ingredientium, vel diversitatem in dosi, vel explicationem aliquam superioris processûs, vel novam propinandi rationem, vel aliud quid & utile, & commodum, adferat. Adeo ut volumen isthoc instar multorum, quæ sæpenumero in re* Chemica *consulenda veniunt, hocque opus, de quo agimus, tanquam complurium, eorumque præstantium, Authorum opera, & mentem, comprehendere; jure merito censeri possit, & debeat.*

Scopus ejus.

Quoad methodum, *quâ cuncta hîc traduntur, næ ipsa res in promptu, & pro patulo, est. Omnia quippe hîc editor* Christophorus Love Morleyus *ordine ipso Alphabetico,*

Methodus totius operis.

quem vocant, ſatis commodè digeſſit; diverſis licet in Collegiis, & temporibus, atque vel iiſdem, vel variis ſub Authoribus, illa excerpſerit. Deinde operationes univerſas, quæ quidem circa eamdem rem ſive mineralem, ſive metallicam, ſive etiam vegetabilem, verſantur, ſub eodem ejuſdem nomine, & titulo, collocavit. Ita ut nihil extra ordinem, aut pomœria, hîc poſitum, nihil inventu difficile, nullus paginas ultro citroque verſandi labor, aut incommodum, innumeras licet res, maximèque diverſas, complectatur hic liber, occurrere poſſit. Atque hæc ſunt, Amice Lector, quæ te ſcire volui, circa præſens volumen. Vale itaque, & eo fruere.

Dabam Lugduni Batavorum
pridie Kal. Junii ann. 1684.

E R R A T A.

PAg. 12. cum ſpiritus acidis Vitrioli, Aluminis, &c. *lege*, *cum ſpiritibus acidis.* *Ibid.* Salia fluida multo ſale permixta. *Lege multo phlegmate permixta.*

Pag. 18. Aqua quoque removeatur: *lege*, *ignis quoque removeatur.*

Pag. 42. Quouſque qualitas Eſſentiæ Antimonii: *lege*, *quouſque Quinta Eſſentia Antimonii &c.*

Pag. 58. ♃. Reguli Antimonii groſſo modo pulverizati. *Lege*, *Antimonii groſſo modo pulverizati.*

Pag. 101. Huic adde Ol. Menthæ ſtillatitii genuini. gutt. ij. *Lege*, ℈. *ij.*

Pag. 113. Sp. Calcis unitus cum ſp. Tartari & Urinæ. *Lege*, *Sp. Nitri unitus.*

Pag. 175. Nota 2. Pilulæ, & Extracta, in conſiſtentiam Electuario duriorem evaporari debent. *Lege*, *evaporari non debent.*

Pag. 186. Idem ad contracturas. *Lege*, *itidem ad contracturas.*

Pag. 227. Macis. ℥. ij. *Lege*, *Macis.* ʒ. *ij.*

Ibid. Vide cap. 247. *Lege*, *cap.* 256.

Pag. 233. Vide cap. 251. *Lege*, *cap.* 250.

Pag. 242. Axung. porcin. ℥. j. m. f. ſ. a. Emplaſtrum. *Lege*, *m. f. ſ. a. Unguentum.*

Pag. 253. Vide cap. 275. *Lege*, *Vide cap.* 274.

Pag. 267. ad tincturam Solis cardiacam, cap. 432. *Lege*, *cap.* 430.

Pag. 305. Si cum pauca quantitate Croci, & Contrayerbæ &c. uſurpetur. *Lege*, *& Camphoræ &c. uſurpetur.*

Pag. 310. Vide cap. 321. *Lege*, *cap.* 320.

Pag. 345. Vide cap. 301. *Lege*, *cap.* 300.

Pag. 362. Vide cap. 269. *Lege*, *cap.* 268.

Pag. 417. Syr. Papav. alb. fortiſſimus ex floribus recentibus. *Lege*, *ex capitibus recentibus.*

PROLE-

PROLEGOMENA CHYMICA.

Prolegomenon primum.

Cap. I.

De Chemiæ definitione, divisione, subjecto, & principiis.



Hemia, sive Alchemia, est vocabulum Arabicum à radice Chama, quod significat *occultavit*: estque sic dicta à *Sarchana*, quasi Chabala quædam. Vel sic est dicta, secundùm nonnullos, Ars Ægyptiaca, quia, teste Plutarcho, olim Ægyptus dicebatur *Chemia*, aut *Chamia*, sicut multi putant, à Chamo Noæ filio, qui illam totam occupavit. Margr.

Hermetica dicitur ab Hermete Trismegisto Ægypti Principe. Spagyrica dicitur recentioribus, quia docet solvere, & coagulare. Antiquis Græcis fuit ignota, quamvis multæ operationes Chymicæ iisdem fuêre notissimæ, ut patet ex Dioscoride, Plinio, &c.

Potest optimè definiri *Anatomia rerum naturalium per ignem*, *quia* ignis Chymicorum est præcipuum instrumentum, & tanquam culter Anatomicus. Vel definiatur cum Beguino: *est ars corpora naturalia solvendi, & coagulandi.*

Sumitur autem vocabulum Chemiæ non semper eodem modo, tribuiturque diversis artibus, quatenus nempe alium, atque alium, finem habet propositum. Hic enim est interdum transmutatio metallorum, quâ nempe viliora metalla transmutantur in nobiliora. Interdum est metallorum purgatio, & vocatur propriè *Metallurgia*. Interdum finis est naturalis scientia, & tum Chymia est instrumentum Philosophiæ. Medici sibi proponunt medicamentorum Chymicorum præparationem, unde hæc ars propriè *Chimiatria* dicitur: & qui hanc colunt, ut faciunt hodie plerique Medici Galenici, & Hippocratici, illi *Chymiatri* dicuntur.

Subjectum Chymiæ sunt res naturales quæcumque, tum simplices, tum compositæ. Simplices, quatenus constituunt compositas. Compositæ, quatenus ex his substantiæ simplices comparantur.

Vulgò res compositas tantùm, & mixtas, Chymiæ subjectum con-

sti-

ſtituunt. Dividuntque in tria regna; Minerale, Vegetabile, & Animale

Regnum minerale comprehendit metalla, lapides, & terras.

Metalla dicuntur mineralia, quæ poſſunt igne fundi, & extendi malleo. Numeranturque ſeptem, nominibus Planetarum donata.

Aurum dicitur	Sol.
Argentum	Luna.
Ferrum	Mars.
Cuprum	Venus.
Stannum	Jupiter.
Plumbum	Saturnus.
Argentum vivum	Mercurius.

Lapides dicuntur Mineralia, quæ quidem igne funduntur, malleo tamen extendi non poſſunt. Suntque vel nobiles, ut *Carbunculus, Adamas*; *vel* ignobiles, ut *Pyrites*, *Silex*.

Terræ dicuntur Mineralia, quæ nec igne fundi poſſunt, nec duci malleo. Suntque præterea friabiles, & facile in pulverem rediguntur. Suntque vel propriè dictæ, vel impropriè. Propriè dictæ ſunt Bolus, Terra-Lemnia, Creta. Impropriè dictæ ſunt vel ſalia, ut Sal gemmæ, Ammoniacum, Vitriolum, Nitrum, Alumen, Sal marinum. Vel ſunt bitumina, ut Aſphaltum, Succinum, Ambra gryſea, Petroleum, Sulphur, Arſenicum, Antimonium; quod tamen aliquomodo ad metalla redigi poteſt.

Regnum vegetabile comprehendit plantas; earumque partes, fructus, excrementa, ut ſunt Vinum, Oleum commune, Acetum, Tartarus, Reſina, Fructus, Pinguedines, Lac Plantarum.

Regnum animale continet omne genus animalium, ſive ſint bruta, ſive homines, ſive partes, ſive excrementa, ut ſunt oſſa, carnes, pinguedines, ſanguis arterioſus, urina, &c.

Solutio, quæ una cum coagulatione eſt finis internus Chimiæ, inſtituitur principiorum gratiâ, quæ numerantur quinque; Spiritus, ſive Mercurius, Sulphur, Sal, Phlegma, Terra, ſive caput mortuum.

Tria priora dicuntur activa, quia omnis motus internus ab iis dependet. Duo poſteriora dicuntur paſſiva, quia nihil agunt in compoſitis. Unde etiam Paracelſo non habentur pro principiis, quia ex illis nulla præparantur medicamenta, ſicut vulgò putant. Quamvis ſæpe etiam in uſum medicum veniant, ut terra Vitrioli, Tartari, Aluminis. Imò reliquorum principiorum ſunt matrices, quia illa ſuſtentant, & fovent. Spiritus à ſimilitudine externa, nempe volatilitate, & fluiditate, quam

cum

cum Mercurio habet, dicitur vulgò Mercurius. Et ſic dicitur omnis liquor activus penetrans, & pungitivus, ut ſp. Vini rectificatus, ſp. Vitrioli, Nitri, &c. Specialiter tamen Chimici illum vocant ſpiritum, qui ex rebus fermentatis paratur, ut eſt, ſp. Abſynthii, Roſarum, &c. Propriiſſimè tamen ſpiritus dici debet, quidquid eſt ſummè volatile in rebus. Ita ut ejus notio *in ſola volatilitate* conſiſtat. Atque hoc modo erit ſpiritus triplex, inſipidus, ſulphureus, ſalinus.

Sulphur vocatur quidquid eſt inflammabile. Eſtque vel amarum, vel dulce. Illud eſt in abſynthio. Hoc in butyro, & carnibus. Eſt etiam ſulphur aliud volatile, aliud fixum. Volatile reverâ accenditur: fixum arte ſic paratum eſt, vel etiam naturâ tale eſt, ut non accendatur, ut ſulphur fixum Antimonii, ſulphur commune fixatum.

Sal dicitur quicquid poteſt incinerari, & eſt præterea acre. Eſtque primò duplex; Sal alcali, ſive ſimplex; & ſal vulgò dictum, ſive compoſitum ex acido, & alcali. Eſt Etiam Sal aliud volatile, aliud fixum. Utrumque reſpectu ignis ſic dicitur. Fixum dicitur, quod ignem ſecundi, tertii, vel quarti, gradûs perferre poteſt, in eoque conſtanter permanere. Volatile dicitur, quod ſtatim cum primo gradu ignis avolat, & in auras abit: vel, ſi ſit incluſum vaſi, lateribus recipientis adhæreſcit. Propriè tamen Chymicis ſolum aurum dicitur fixum, reliqua omnia volatilia. Utrumque hoc Sal, vel eſt purè ſalſum, vel ſalſum & acidum ſimul. Extat etiam diſtinctio ſalium apud Chymicos in Sal vegetabile, minerale, & animale. Sal vegetabile vocatur ſal volatile: minerale dicitur ſal fixum: Sal animale, inter reliqua ſalia, eſt ſal medium; partim fixum, partim volatile.

Phlegma dicitur liquor aquoſus, inſipidus, haud ita volatilis, niſi vehementiore igne urgeatur. Sæpe tamen hujuſmodi phlegmata multa in ſe continent, quæ guſtu percipi nequeunt, unde pro ſpiritibus haberi debent, ut ſpiritus cerebri humani.

Terra eſt corpus craſſum, ſiccum, nullâ qualitate aliâ, præter exiccativam, præditum; unde vocatur *terra damnata*, & *caput mortuum*. Cavendum tamen, ne ſtatim aliquid pro terra habeamus damnatâ primo adſpectu; ſunt enim multæ terræ, quæ in ſe continent ſulphura, metalla aliaſque particulas.

Solutioni opponitur Coagulatio. Quæ eſt operatio, quâ plura, & diverſa corpora, in unum coguntur. Et fit multis modis; præcipitatione, congelatione, chryſtallizatione, digeſtione, cohobatione, reductione, coctione, exhalatione.

CAP. II.

De divisione, & instrumentis Chymicis.

DIviditur Chymia vel ratione specierum, vel partium. Ratione specierum Chymia alia est universalis, quæ versatur circa objectum universale, nempe lapidem Philosophorum, qui est medicamentum omnibus morbis profligandis idoneum: Volatile enim est maximè, subtilissimum, purissimum, temperatum. Alia est particularis; eaque duplex. Metallica, quæ occupatur circa transmutationem viliorum metallorum in præstantiora, quam putant Adamo fuisse notam, ab Ægyptiis olim excultam, à Jasone possessam; quæque fuit laudata à Libavio, Paracelso, aliisque plurimis; sed quæ rarò est reperta, ob media fallacia, & artificum fraudes; quamque multi explodunt dicto Mercurii Britannici; quòd sit, *ars sine arte*; *cujus scire est pars cum parte*; *medium est strenuè mentiri*; *finis mendicatum ire*; *vel in patibulo superbire.* Sed hæc omnia Pseudochymicorum, & Sycophantarum, sunt. Alia verò est medica, quæ tractat corporum naturalium causas, naturam, affectiones, medicinam faciendi gratiâ; quæ *Chymiatria* dicitur.

Ratione partium, Chymia dividitur, in *instrumenta*, in *operationes*, & in *opera*, seu *effecta*; quæ & *species Chymicæ* dicuntur.

Instrumenta Chymica sunt varia, & multa. Præcipua tamen sunt *furni*, *ignis*, *menstruum*, & *vasa*.

Furni, ratione operationum, figuras varias habent. Sunt enim *rotundi*, *quadrati*, *humiles*, *alti*, *parvi*, *magni*, *clausi*, *aperti*, *simplices compositi*, *separati*, *connexi*, *cœmentatorii*, *reverberii*, *digestivi*, *circulatorii*, *calcinatorii*, *fusorii*, sive *anæmii*, *probatorii*, *sive dochomastici*, vel *Athanor*; ita & *furnus Philosophicus*, & *arcanus*, vel *furnus Acediæ*, sive *piger Henricus*, *furnus negligentiæ*, digestionibus, scilicet, dicatus.

Furnus simplex partes præcipuas habet sex. *Conisterion*, sive *Cinerarium*: *Pyristerion*, sive *focum*: *Ergasterion*, sive *laboratorium*. His accedunt *Ostiola*, *Craticula*, *Bajuli*, seu portatores: *Spiracula*, sive ventilia, quæ & *registra* dicuntur, *Epistomia* Græcis.

Ignis ratione intensionis, & remissionis, in quatuor dividitur gradus. Qui cognoscuntur *visu*, sive stillicidio; per *tactum musicum*, tactu, effectu; *regimine*, per registra.

Primus gradus dicitur ignis *lenissimus*, vocaturque aliàs *ignis digestivus*

circula.

circulatorius, aut *putrefactorius*. Eſtque calor ſimilis calori balnei, aut fimi equini; quem, ſcilicet, hominis tenerrimi digiti perferre poſſunt; reſpondetque Urinæ recens mictæ; aut gallinæ incubanti ovis.

Secundus gradus evidenter ferit tactum; ſine læſione tamen. Et reſpondet aquæ tepidæ, aut radiis ſolaribus in æſtate; adhibeturque per veſicam, arenam, cineres.

Tertius gradus jam lædit manum. Et reſpondet aquæ ferventi; aut arenæ calidæ.

Quartus gradus deſtructivus eſt, & dicitur *ignis reverberii*, conſtatque flammâ viva; & reſpondet ferro candenti limato.

Sunt & aliæ ignis differentiæ. Nam alius eſt ignis *naturalis*, qui dicitur *ignis Parabolicus*, & adhibetur per ſpeculum concavum cum radiis ſolaribus. Alius eſt *artificialis*, iſque vel *humidus* in balneo, aut veſica, vel *ſiccus* in arena, cinere, ferro, furno vitriario, reverberii, crucibulo. Alius etiam eſt *actualis*, alius *potentialis*; alius *clauſus*, alius *apertus*: alius in *balneo roris*, ſeu vaporis: alius in *balneo Mariæ*; in *balneo ſicco*, arenæ, cinerum, limaturæ Martis. Alius eſt *reverberatorius*, *ſuppreſſionis*, ut in Cinnabari Antimonii: alius *ceſpitum*, *lampadis*, *fimi equini*, *flammæ*, *ignis circularis*, ſive *rotæ*.

Gradus à Chymicis etiam ſequenti modo diſtinguuntur. Primus ſtatuitur in *balneo mariæ:* ſecundus in *cineribus calidis*: tertius in arena calida: quartus igne nudo perficitur.

Singuli tamen hi gradus ſuam iterum habent latitudinem, & in quoſdam gradus ſubdividuntur. Sic balneo quatenus vel tepet, vel fervet, poteſt adminiſtrari primus, & ſecundus, gradus ignis: in cineribus,& arena, exhibetur primus, ſecundus, & tertius gradus: igne nudo perficiuntur gradus omnes.

Menſtruum Chimicis dicitur liquor, qui vim habet aliquod corpus ſolvendi, unde & ſimpliciter *Solvens* dicitur. Vocatur autem menſtruum, quia *per menſem Chymicum*, id eſt, quadraginta dies, cum corpore ſolvendo, in digeſtionem reponitur; quo tempore fit corporis ſolutio. Non rarò etiam pulvis, ut eſt Sulphuris, Salis, & aliarum rerum, menſtruum appellatur.

Omne menſtruum vel eſt univerſale, quod vulgò dicitur *Alcaheſt*; quod promiſcuè omnia corpora ſolvit. Paracelſo, & Helmontio, *ignis Gehennæ* dicitur. Vel eſt particulare, quod ſolvit tantùm corpora appropriata. Eſtque quadruplex: aut *aqueum*: aut *ſulphureum*: aut *ſalinum*: aut *ſpirituoſum*; vel ex omnibus *mixtum*.

Menstruo aqueo solvuntur corpora rarioris texturæ, ut sunt partes animalium, saccharum, salia, & quædam salina corpora. Corpora sulphurea solvuntur oleo, & pinguibus. Spirituosa solvuntur spiritibus. Corpora salina, ut sunt metalla, solvuntur menstruis salinis, uti sunt spiritus acidi.

Vasa Chymica differunt præcipuè materiâ, figurâ, magnitudine. Ratione materiæ, vasa sunt vel *vitrea*, omnium optima: vel *ænea*, vel *ferrea*, vel *terrea*, vel *stannea*, vel *plumbea*.

Figuræ sunt vel *rotundæ*, vel *cornutæ*, *cavæ*, *rostratæ*, *ventricosæ*, *oblongæ*, *depressæ*.

Ratione magnitudinis vasa sunt vel *alta*, sive oblonga, vel *humilia*, vel *capacia*, vel *angusta*: suntque vel *ampullæ*, vel *ollæ*.

Ampullæ species sunt *Cucurbita*, *Pellicanus*, *Phiala*, *Recipiens*, sive *Receptaculum*, *Ovum Philosophicum*.

Cucurbita, dicta Beguino *Matratium*, alia est *recti colli*, & retinet nomen; estque vel *fundi lati*, vel *globosi*: alia est *colli curvi*, & vocatur *Retorta*, *Batia*, *Cornesta*, *Cornumusa*. Recta Cucurbita, si sit minor, vocatur *Separatoria*: si sit major, & ex cupro, vocatur *Vesica*.

Operculum rectæ Cucurbitæ dicitur propriè *Capitellum*. Vulgò malè vocatur *Alembicus*, cùm hoc sit nomen Cucurbitæ vasis angusti colli, & fundi capacioris. Est autem vel *turritum*, vel *instar cranii humani*: vel cum *limbo*, vel *sine limbo*, ut *Campana*: vel cum, vel *sine rostro*, quod *Cæcum* dicitur: vel superiùs *perforatum*, vel non. *Aludel* est capitellum duplicatum, vel triplicatum, imò quadruplicatum.

Ollæ vel sunt terrestres cum fundo plano, uti sunt *catini*, seu *capellæ*: vel sunt *fornicatæ*, ut *tegula fornicata* aurifabris in usu. Vel sunt *ovales*, vel *quadratæ*, vel *planæ*, vel *obliquæ*. Aliquæ à fundo ovali instar calicum in triangulum assurgunt, ut sunt *crucibula*. Aliæ sunt *latæ*, ut *calcinatoriæ*, *vitriatæ*, vel *non vitriatæ*. Quarum species docebit usus.

Pertinet etiam ad vasa *Conus fusorius*, *Pixis cœmentatoria*, *Circuli ferrei igniti*, *Circuli straminei*.

CAP. III.

De operationibus Chymicis.

OPerationes Chymicæ in universum sunt tres, *Solutio*, *Coagulatio*, *Immutatio*. Solutio fit vel *calcinatione*, vel *extractione*, vel *purificatione*,

Calci-

Calcinatio *est pulverizatio corporum per ignem.* Fitque sex modis Omnium finis est calx, seu pulvis, præcipuè mineralium, interdum tamen etiam vegetabilium, vel animalium; ut quando calcinatur Cornu Cervi, Bufo, Rana, Talpa, putamen Ovorum, herbæ.

Prima species calcinationis fit cum Mercurio. Estque metallorum propria, exceptis tamen Venere, & Marte.

Dicitur vulgò *Amalgamatio*, vocabulo corrupto ex græco μαλάσσω, id est, *emollio.* Potestque definiri, *emollitio metallorum, imprimis quatuor, per Mercurium crudum.* Secunda species fit cum aliquo spiritu acido, nempe spiritu Aceti, Guajaci, Vitrioli, & dicitur Beguino *Præcipitatio*, aliàs verò *Calcinatio immersiva.* Tertia species fit per cœmentum, sive pulverem corrodentem, uti est pulvis Sulphuris, Nitri, Vitrioli, Salis communis, Tartari, & dicitur *Cœmentatio*, seu *Stratificatio.* Quarta species fit fumo acri, ut est Mercurii, Aceti, Aquæ alicujus destillatæ, aut Spiritûs Vini, diciturque *Fumigatio.* Quinta species fit igne reverberatorio, diciturque vulgò *Reverberatio.* Sexta species fit igne nudo, & dicitur *Incineratio.*

Extractio corpus in diversas partes resolvit: Fitque vel primò *extractione* in specie dictâ, quæ est *Tincturarum*, & *Essentiarum.* Tinctura est *certus, & conspicuus color, aliquas totius vires continens: & abstracto menstruo, dicitur Extractum.* Essentia *comprehendit omnes totius vires.* Secundò fit *putrefactione*, quam sequitur separatio. Tertiò *destillatione*, quæ est vel *ad latus*, in iis rebus, quæ fumos emittunt graves: vel *per adscensum*, ubi vapores sunt leves: vel *per descensum*, ubi vapores sunt gravissimi. Quartò *sublimatione.* Quintò *filtratione.* Sextò *deliquatione.* Septimò *rectificatione.* Octavò *cohobatione.* Nonò *digestione.* Decimò *circulatione.*

Purificatio aufert tantùm inutilia, & aliena. Fitque vel crebrâ *filtratione*: vel *ustione*, ut in salibus, ossibus, cornibus.

Coagulatio latè Chymicis dicitur operatio, *quæ diversa, & separata, corpora in unum compellit.* Potestque fieri multis modis; *præcipitatione, reductione, concretione, digestione, cohobatione.*

Præcipitatio fit *cùm aliquis liquor præcipitans affunditur corpori, à menstruo aliquo soluto.* Tum enim præcipitans se insinuat menstruo, & solutum corpus, minimis atomis menstrui poris inhærens, expellit, ac ad fundum deturbat. Requiruntur hîc tria; corpus solutum, menstruum, & liquor præcipitans.

Reductio dicitur *cùm corpus pristinæ formæ redditur*; habetque ferè locum

cum tantùm in metallis Fitque, vel *igne fusorio*; vel *per retortam*; vel *evaporando*; vel *præcipitando*: præcipuè per Sal Tartari. Sic reducuntur Calx Saturni, Corallia, Oleum Tartari per deliq.

Concretio fit, *quando salia in aquis chrystallizantur*. Quod fit, quando particulæ salinæ, sibi invicem in vicinia positæ, sese apprehendunt, & variarum figurarum chrystallos producunt.

Digestione, & circulatione, partes alicujus liquoris penitus uniuntur, & inter se coagulantur. Perficiuntur autem igne primi gradûs.

Cohobatio, dicta *quasi cohabitatio*, est *quando liquor abstractus iterum affunditur capiti mortuo, iterumque destillatur*; ut vis, quæ primâ, aut secundâ vice, non fuit educta, tertiâ, & quartâ vice, prodeat, & uniatur destillato. Interdum tamen adhibetur, ut reliquum corpus magis figatur; interdum ut depuretur, interdum ut alium colorem, aut tincturam accipiat.

Immutatio dicitur operatio Chymica, *quâ accidentia tantùm quædam circa aliquod corpus immutantur*; ut cùm salia solvuntur per deliquium in olea. Secundò, cùm, quæ solida sunt, fiunt potabilia. Tertiò, cùm liquida fiunt solida, ut cùm Mercurius figitur in præcipitatum. Quartò, cùm volatile fit fixum; & è contra. Quintò, cùm terræ, vel salia potiùs, vitrificantur.

CAP. IV.

De speciebus Chymicis.

SPecies Chymica dicitur *id, quod per certas operationes, instrumentis legitimè adhibitis, producitur*. Sive, *est ipsum* opus, *sive effectus à Chymico impetratus*.

Estque vel *simplex*, vel *composita*. Simplex species, aut est *Magisterium*; aut *Secretum*, seu *Extractum*, Chymicum.

Magisterium *est species Chymica simplex, ex toto corpore, citra extractionem, parata*; & constans impuritatibus tantùm externis ablatis. Pertinentque huc, primò, Olea per deliquium, Aurum potabile. Secundò, Magisteria vulgò dicta, ut est Coralliorum, Cornu Cervi, &c. Item vitra vomitiva, pulveres, & calces metallorum, Sulphur auratum Antimonii, Crocus Martis, aliorumque metallorum flores, & sublimata, Mercurius sublimatus, Antimonium diaphoreticum, Bezoardicum minerale, & similia.

Ex-

Extractum, seu secretum, Chymicis dicitur *id*, *quod è corporeâ concretione separatum est*, *relictâ crassitie elementali*, uti sunt, primò, destillata, aquæ, spiritus, olea. Secundò, Extracta vulgò dicta, tincturæ, essentiæ. Tertiò, sublimata, quando, scilicet, non totum corpus sublimatur, ut in floribus Antimonii rubris. Quartò, usta, & calcinata quædam, ut Cornu Cervi cum, & sine, ustione, paratum. Quintò, Cremor, & Chrystalli Tartari.

Composita species Chymica est duplex, *Elixirium*, sive Alexiterium, & *Clissus*.

Elixirium *est species Chymica ex pluribus*, *& diversis*, *simplicibus composita*, ut est Balsamus Sulphuris ex oleo Terebinthinæ, Myrrhæ, & aliis paratus; vel aqua Vitæ ex pluribus aromatis cum spiritu Vini conflata.

Clissus est, *cùm ejusdem rei species diversæ*, *seorsim elaboratæ*, *rursus conjunguntur*; ut cùm Sal, Sulphur, Spiritus, seorsim extracta, & elaborata, ex Carduo benedicto, & Tabaco, iterum conjunguntur, & per digestionem in unum corpus uniuntur. Sed sæpe hoc vocabulum etiam abusivè sumitur, tribuiturque vulgò aceto Antimonii ex Antimonio, Sulphure, & Nitro, destillato; qui inde *Clissus Antimonii* dicitur.

Prolegomenon secundum.

CAP. I.

De definitione, & divisione, Chemiæ:

CHemia est ars (mediante motu) corpora naturalia reducens in artificialia. *Le Mort.*

Motus verò iste duobus absolvitur modis; *igne*, scilicet, *actuali*, vel *potentiali*. Ignis actualis est vel *cœlestis*, vel *terrestris*. Cœlestis est Solis, nempe in tempore æstivo. Terrestris est ignis vulgaris, vel hypocausti, vel alterius cujuscumque caloris, mediante igne vulgari, parati.

Ignis potentialis *est motus particularum de loco in locum mediantibus particulis moventibus præparatus.* Ignem potentialem continent omnia salia, & ex sale diversi præparati liquores, qui particulis suis scindentibus, & pungentibus, corpora terrestria ponderosa, & dura, de loco suo movere possunt, & illa in pulvisculos tenuiores dividere. Sic. v. g. aqua fortis dividit particulas metallicas, easque in minutissimum pulverem redigit;

git, ac si flammâ vehementi hæ particulæ essent discontinuatæ. Sic etiam Nitrum, & Sal commune, viciniam particularum mutant, particulis suis rigidis, & acutis, illas dilacerando.

Species præcipuæ Chymicæ duæ sunt, *solutio*, & *coagulatio*. Solutio corpora dura, & solida, in fluidiorem statum redigit. Coagulatio autem corpora fluida in soliditatem coire facit.

Scopi Chemiæ præcipui sunt quatuor. Primus *Physicus* est, nempe ubi non solùm contemplando, quia contemplatio sæpiùs fallax est; verùm manuali experientiâ, & operationibus sæpiùs repetitis veritas nobis magis clara, & perspicuo, apparet, fundamentis illis firmioribus innixa, diciturque *Praxis Physica*.

Secundus est ad medicamenta gratiora, & salubriora, concinnanda, illaque ex magnis dosibus in parvas reducenda, ut fastidium ægro tollatur; & tum *Jatrochemia*, vel *Chymiatria*, dicitur.

Tertius scopus inservit utilitati generis humani, ad metalla, scilicet, depuranda. Qui finis, si merè intendatur, *Metallurgia* dicitur. Hæc ars præcipuè circa fodinas, & mineras, exercetur. Insuper ad colores varios, tum ad pingendum, tum ad tingendum, præparandos, ut & ferè ad omnia, quæ in rerum naturâ exercentur, & ad praxim reducuntur.

Quartus scopus nobiliorem sibi metam proponit, ad metalla, scilicet, non solùm depuranda, sed &, ut ita dicam, nobilitanda, & transmutanda, nempe plumbum in aurum, diciturque *Alchemia*, ab ἅλς ϗ χέω, quoniam circa salium fusionem id genus hominum maximè laborat, & etiam per salia præcipuè artificium omne peragitur.

Solutio plerumque principia Chemica in apricum producit. Quæ ut plurimum quinque recensentur, *Mercurius*, scilicet, *Sal*, *Sulphur*, *Aqua*, & *Terra*. Quibus aliqui duo alia adhuc adjungunt, nempe *spiritum volatilem*, & *sulphur volatile*.

Mercurius, seu spiritus, est pars mixti maximè activa, & mobilis, constans particulis valde subtilibus, & agilibus, & quaquaversum sese extendentibus, vehiculum valde proprium cæteris particulis ponderosioribus, quas per universum corpus deducit. Hic sequenti elicitur modo:

Ubi corpora vehementiori motui objiciuntur, particulæ illæ materiæ subtilis, sese insinuantes his corporibus, particulas has dividunt, & segregant, & extempore contentas particulas in eo corpore arripiunt, seseque cum iis intimè commiscent, & motu perseverante in altum tolluntur, semper motum proprium retenturæ, nisi ab aëre externo refrigerentur, & in motu suo sistantur. Hæ particulæ dein exceptæ, & refrigeratæ, spiritum

tum

tum istius nominis constituunt; unde non tantùm spiritûs nomen aquæ analogis dederunt Chymici, sed & oleis; sic dicitur spiritus Terebinthinæ, pro oleo ejus subtili.

Est & aliud spiritûs genus, nempe liquores acidi vegetabilium, & mineralium, qui hoc modo perficiuntur. Ubi omnes particulæ volatiles, & phlegmaticæ, fugam jam tentarunt, cæteræ restantes collisionem mutuam patiuntur, unde intestina illa pugna, materiâ subtili semper movente in sudorem pugiles isti resolvuntur, è quo dein emanat liquor, qui exceptus spiritum acidum ponderosum præbet, ut sp. Nitri, Salis &c. adeò ut sp. acidus, fixior, scilicet, nihil aliud sit, quàm salia mediante motu vehementi in fluorem redacta.

Datur & tertium spirituum genus, quod mediante fermentatione perficitur. Ubi, scilicet, particulæ ramosæ, & terrestres subtilissimæ, mediante motu intestino, attenuantur, & subtilizantur, ut cum spiritu, & salibus volatilibus, in isto corpore contentis, unum, & homogeneum, efficiant liquorem, qui dicitur *spiritus inflammabilis*; de quo in fermentatione plura.

Sulphur constat ramosis, terrestribus, subtilioribus particulis, solius spiritûs velocissimi ope fluidis. Hoc sequenti modo elicitur.

Primò, quod *Essentiale* dicitur, fit mediante aqua communi, quæ corpora duriora emolliens, & penetrans, particulas ramosas simul, & spirituosas, mediante motu vehementiore, à particulis crassioribus, & impurioribus liberat, & in altum elevat, quæ exceptæ postea aquæ supernatant per tritorium ab ipsa separandæ, quæ dein *Olei essentialis* nomine veniunt. Sic fiunt Ol. Menthæ, Gariophyllorum, &c.

Secundò Olea *Empyreumatica* dicta fiunt, postquam particulæ subtiliores, & volatiliores, fugam jam tentarunt, cæteræ particulæ remanentes crassiores, & ramosæ, mediante motu, eoque vehementissimo, multum materiæ subtilis in poris suis admittunt, quæ ibidem irretitur, & retinetur, &, accrescente copiâ, in altum elevantur, & sub formâ vaporis albi alembicum pertranseunt, & Oleum fœtidum postea constituunt, ob copiam particularum subtilium inordinatè sese in particulis terrestribus, & ramosis, moventium.

Tertiò. Datur etiam tertium Sulphuris genus, quod è mineralibus, & metallis, elicitur, Sulphur solidum, nunquam verò fluidum, quamquam Chemici multa sibi polliceantur de Sulphure fluido, seu animâ metallorum. Arte quidem elici potest, verùm addito menstruo fluido, quod particulas illas dissolvere, attenuare, & ita poris suis accom-

modare poteſt, ut in fluiditate metallicas illas particulas retinere queat.

E mineralibus ſæpiùs liquores fluidi eliciuntur, qui Olei nomine veniunt Chemicis; verùm impropriè; quoniam tantùm ſunt liquores ſalino-acidi ſpirituoſi, ante in minerali eo exiſtentes, & per vehementiam ignis producti. Sic fit Ol. Vitrioli, Salis communis, pro ſpiritu Salis, vel Vitrioli, fortiſſimo, &, ut ita dicam, concentrato. Aliquando etiam ſalia alcalia, mediante humido aëre reſoluta, Olei nomine apud Chemicos veniunt. Sic dicitur Ol. Tartari per deliquium, pro Sale Tartari liquato.

Sal eſt pars mixti conſtans particulis acutis, ſcindentibus, & pungentibus.

Datur verò triplex Sal. Primò *naturale*, quod plerumque eſt muriaticum, ſeu conſtans particulis acidis, & alcalicis, inter ſeſe invicem bonâ proportione mixtis, ut eſt Sal commune, Sal Nitri, & Sal gemmæ, ut & Sal Ammoniacum artificiale. Cætera verò ſimplicia, quæ ſub nomine ſalium recenſentur apud Authores, non ſunt reverâ ſalia, verùm mineralia conſtantia fumo Sulphuris acido, qui particulas metallicas, & minerales, in poris ſuis latentes habet, ut Vitriolum, Alumen, & ſimilia; de quibus ſupra.

Secundum genus Salium eſt *Sal alcalifixum*; quod hoc fit modo. Recipe herbas quaſcumque. Has, mediante flammâ, in cineres redige, ut omnes particulæ volatiles fugam tentare poſſint, reſtantibus ſolis particulis, & punctis minimis, valde acutis, & pungentibus, inſtar acicularum, omni ferè formâ, & figurâ, ſpoliatis. Quæ deinde, mediante aquâ, à particulis terreſtribus reſtantibus liberantur.

Tertium genus eſt *Sal volatile*. Quod etiam eſt vel muriaticum, vel alcalicum. Maximam plerumque copiam hujus ſalis reperire eſt in regno animali; cujus rei rationem in principiis noſtris declarabimus. Reperitur etiam in vegetabilibus, & magnâ copiâ ſpiritûs fluidi circumdatum. Sic in ſpiritu Cochleariæ ſal volatile ſeſe noſtris naribus præbet, per odorem fortem, & pungentem.

Quartum genus in ſpiritibus declaravimus, cùm de ſpiritibus acidis fixioribus egimus; quæ *ſunt ſalia, mediante motu vehementi, in fluorem redacta*.

Phlegma eſt pars aquoſa, inſipida, mediæ levitatis inter particulas ſpirituoſas, & craſſiores. Sic in ſpirituoſis ſubſequitur phlegma ſpirituum; in acidis præcedit: ramoſa ſubtiliora, & leviora, ei ſupernatant, craſſiora autem, & ponderoſiora ſubſidunt, & læviora.

Terra,

Terra, quæ & *capitis mortui*, & *terræ damnatæ*, voce venit, eſt pars maximè ponderoſa, & ad motum inhabilis, quæ poſt quaſcumque operationes Chemicas in fundo reſidere ſolet, & ut inutilis plerumque abjicitur.

Hæc quoad principia vulgaria, à Chemicis, ut plurimum, deprædicata. Verùm, quoniam hæc principia non ſemper è quovis ſubjecto eruuntur, ideò valde dubitandum de hiſce eſt, & tantò magis, quoniam hæc principia, ut plurimum, denuò in partes heterogeneas ſeparari queunt.

Tria verò ferme ſemper principia in quovis ſubjecto exiſtunt. *Terra* nempe, quæ ſoliditatem, & firmitatem, compagemque corporibus præbet. *Aqua*, quæ mobilitatem, & fluiditatem. *Spiritus* denique, qui ferè duplex exiſtit. Primus, *Acido ſulphureus volatilis*, ſcilicet, qui in omnibus ſubterraneis foſſilibus, & mineralibus, conſpicitur, & per poros ſtrictos permeare poteſt, Secundus ſpiritus eſt *Salino volatilis alcalicus*, qui in plantis, & omnibus vegetabilibus, & animalibus, reperitur. Ex hiſce tribus omnia corpora conſtare, poſtea apparebit.

Salia omnia in illos duos ſpiritus reſolvi poſſe Chemia oſtendit. Salia etiam fluida acida, ut ſunt ſp. Nitri, Ol. Vitrioli, tantùm ſunt ſpiritus volatiles concentrati, & in anguſtiam redacti, mediantibus ſalibus alcalicis, quæ ipſis antea adhærebant. Si verò additione aliquâ effervefcentia, ſeu fermentatio, ſubitanea oboriatur hiſce particulis, extempore volatiliores particulæ, majorem motûs gradum nactæ, fugam tentant, ut apparet in fumo ex illâ pugnâ oborto; adeò ut hic ſpiritus à plurimis dicatur *Mercurius Philoſophorum*, & *Servus fugitivus*.

CAP. II.

De modis ſolutionis.

MOdi, quibus *Solutio* peragitur, diverſi dantur.

Primus modus eſt *Deſtillatio*. Quæ eſt corporum humidorum, vel humorem continentium, vel in fluiditatem redigi aptorum, in altum elatio, cum deguttatione.

Secundus eſt *Sublimatio*. Quæ eſt rerum ſiccarum in altum elatio, cum adhærentiâ vaſi.

Deſtillatio triplex datur. Per *adſcenſum*. Per *deſcenſum*. Per *obliquum*.

Per adſcenſum deſtillantur omnia volatiliora, & liquida.

 Per

Per descensum destillantur fixiora; ut & vegetabilia. Verùm hæc destillatio minùs jam in usum, nisi mulierculis venit, quoniam aquæ vegetabilium hoc modo præparatæ citissimè acorem contrahunt, & rancidæ fiunt.

Per obliquum, & rectam lineam, destillantur fixissima metalla, & mineralia, ut & ligna duriora; rarissimè verò animalia.

Datur etiam destillatio *per deliquium*. Ubi, scilicet, salia alcalia aëri humido exponuntur, ut in liquorem defluere possint; qui liquor exceptus *oleum* tale *per deliquium* dicitur.

Destillationi ancillantur *Rectificatio*, & *Cohobatio*. Rectificatio est iterata liquoris destillatio per se. Cohobatio est iterata liquoris destillatio super proprias fæces.

Hæc plerumque in usum venit, ubi particulæ sunt fixiores, & ad motum non tam citò cogi possunt, nisi iteratâ affusione menstrui volatilizantis.

Præcedunt Destillationem, & Sublimationem, plurimæ operationes. Primò *Digestio*. Nempe, ubi calore leni corpora duriora cum menstruo aliquo committuntur, ut tantò major fiat unio particularum, aut ut volatiliores à fixioribus separentur.

Secundò *Maceratio*. Quæ est infusio corporum in liquore aliquo, nullo accedente calore.

Tertiò *Fermentatio*. Quæ est motus intestinus particularum heterogenearum tendentium ad finem perfectionis, & volatilizationis.

Nota bene. Hæc si diutiùs continuetur, Salia in eo subjecto contenta fluorem adipiscuntur; & sese per universum liquorem distendentia, acorem toti massæ communicant.

Nota secundò. Si, disruptis omnibus vinculis, particulæ omnes volatiles simul, & semel, fugam tentant, ob continuum motum, partes illas exagitantem, & subtilizantem, oritur putrefactio. Quæ nihil aliud est, quàm particularum subtilium, remotis omnibus vinculis, subitanea fuga.

Quartò *Circulatio*. Quæ est rei liquidæ in vapores elatio, cum descensione in proprium denuò liquorem, ita ut vapores illi rotando continuum circulum efficiant. Hæc plerumque fit ad spiritus, & tincturas, eò magis volatilizandas, & depurandas.

Plurimi etiam dantur modi, quibus non solùm corpora à se invicem separentur, verùm tantùm propriam viciniam mutent, ut particulæ magis aptæ deinde fiant ad segregationem.

Primò.

Primò *Calcinatio* est rei in calcem conversio, mediante igne potentiali, vel actuali. Si potentiali perficitur dicitur *Corrosio*. Quæ est misti calcinatio, seu pulverizatio, per salia, aut Salem, seu Spiritum, continentem salia. Hæc fit variis modis:

Stratificatione.
Fumigatione.
Cœmentatione.
Præcipitatione.
Commixtione.
Amalgamatione.

Stratificatio est pulveris cum metallo laminato commixtio, ita ut stratum supra stratum ponatur.

Cœmentatio proximè ad stratum supra stratum accedit.

Fumigatio est corporis, mediante vapore acri, corrosio.

Præcipitatio, & *Commixtio*, fidissimi semper comites sunt, quia nulla fit Præcipitatio, quin Commixtio præcedat. Nam:

Præcipitatio est rei, in menstruo solutæ, ad fundum, mediante sale contrario, deturbatio. Sed:

Commixtio, strictè dicta, est pulverum mixtura, quæ postea ad calcinationem reponitur.

Amalgamatio est metallorum per Mercurium vivum pulverizatio.

Ignitio est calcinatio per ignem actualem. Scilicet, ubi corpora duriora vehementiori flammæ, &, igni violentiori, committuntur, ut viciniam particularum mutent.

In Vegetabilibus, & Animalibus, hæc operatio *Incineratio* dicitur: in mineralibus, & metallis, *Reverberatio*.

Huc pertinet *Desiccatio*. Quæ est privatio humoris aquosi, mediante igne facta. Sic decrepitatur Sal commune; Alumen uritur; Vitriolum calcinatur.

Extractio, strictè dicta, est separatio puri ab impuro, mediante aliquo menstruo, parata.

In genere omnis operatio Chymica extractionem intendit. Sic Destillatio, Sublimatio, & cæteræ tales operationes tantùm fiunt, ut separatio fiat impuri à puro.

Menstruum est liquor, in quo quid extrahendum, vel solvendum, imponitur; sive ille sit aquosus, vel salinus, seu spirituosus, &c.

Sic dicitur à mense Philosophico, qui sæpius occurrit apud Authores Chemicos, ubi de Digestione, Putrefactione, & similibus operationibus, loquuntur; & dies continet quadraginta.

Venter equinus eſt fimus equi, in quo, ſæpiùs renovato, (ſcilicet, ſingulis diebus, tribus, quatuorve) corpora ad digerendum, vel putrefaciendum, reponuntur.

Mariæ Balneum eſt balneum aquæ communis, in quo reponuntur vaſa ad deſtillandum.

Balneum roris fit, ubi fumus ex illa aqua adſcendens circumcirca latera vaſis deſtillatorii adhibetur.

CAP. III.

De Coagulatione.

COagulatio eſt rerum fluidarum, & mollium, in ſubſtantiam ſolidam, & ſiccam, mutatio.

Tribus abſolvitur operationibus. *Evaporatione*, puta, *Congelatione*, & *Fixatione*.

Evaporatio, in ſubtilioribus, lento igne perfici debet; in craſſioribus coctione abſolvitur.

Congelatio fit, ubi pori rerum fluidorum replentur aliis particulis rigidioribus, & acutis. Sic Salia alcalica congelant acida, adeò ut quidquid in uno horum ſolutum ſit, alterum illud denuò coagulet.

Fixatio eſt rei volatilis, ſive mobilis, in ſtatum quietis reductio.

Perficitur additione corporum jam fixorum, & præcedente digeſtione. Sic particulæ mobiles continuo illo motu volitantes circumcirca corpora illa fixa poros eorum ſenſim, ac ſenſim, dilatant, & ſeſe iis inſinuant, & temporis tractu ab iis irretiuntur, & retinentur, ut poſtea ſimul cogantur ſubſidere, & in ſtatu quieto permanere. Hæc operatio apud Alchymiſtas dicitur *Perpetuatio*.

CAP. IV.

De Lutatione.

Lutum commune pro fornacibus ſtruendis, & pro inſtrumentis terreis, & vitreis, lutandis.

REc. Argillæ. part. j.
Arenæ circiter part. j. ß.
Pinſantur ſimul cum:
Aquæ. ſ. q.

Hoc

Hoc utere imprimis ad vaſa lutanda, ut ignem ſuſtineant, quæ *Loricatio* eorum dicitur. Si fortius expetatur Lutum, addatur Minii pars vigeſima.

Lutum pro vitris connectendis.

REc. Farinæ ſem. Lini, expreſſo oleo, q. p. Humectetur cum aq. communi. Poſtea applicetur, & exiccetur. Dein veſica bubula, amylo obducta, ſuperinducatur.

Uſus. Hoc lutum valet ad ſpiritus ſubtiliſſimos retinendos.

Lutum ad ſpiritus acidos.

REc. Lactis butyroſi craſſi,
Calcis vivæ. ana q. ſ.
Adde:
Ol. Lini. gutt. aliquot.
m. f. Lutum.

Lutum ad vaſa, aquam continere debentia.

REc. Ceruſſæ, &
Minii. ana ℥. ij.
Ol. Lini. q. ſ.
m. f. Lutum.

Nota bene. Sunt, qui addant Lithargyr. auri. Deinde Oleum Lini coctum adhibent.

CAP. V.

Canones Chymici.

CAn. I. *In deſtillatione ſpirituoſorum inflammabilium vaſa, quò altiora, eò meliora.*

Quoniam ſpiritus ille ſubtilis tantò magis à phlegmate, utpote graviori, liberatur. Quâ de re ſpongiâ etiam, vel papyro, ſuperiorem partem vaſis deſtillatorii obſtruunt, ne phlegma tranſudare queat. Optimè verò cum ſalibus alcalinis hi ſpiritus permiſcentur, qui humores aquoſos valde retinent.

Can. 2. *In acidis, quò depreßiora, & humiliora vaſa, eò meliora.*

Scilicet, ob gravitatem illarum particularum, quare, ſi fieri poteſt, per lineam ferè rectam deſtillentur.


3. *Olea Empyreumatica requirunt Recipiens ampliſſimum.*

Quia motu vehementiſſimo prorumpunt, & ferè omnia Luta permeant.

4. *In deſtillatione ſpirituum, & aquarum, per Veſicam, herbæ debito modo ſint maceratæ, & fermentatæ, donec acorem contrahere incipiant.*

5. *In rebus flatulentis, uti ſunt omnia ramoſa fluida, vaſa non ſunt nimis refercienda.*

Quoniam citò ebulliunt, & in altum tolluntur; unde in Recipiens nihil immutata deſcenderent. Sint igitur vaſa mediâ tantùm parte repleta.



COLLECTANEA CHYMICA LEYDENSIA.

Absynthium.

Caput I.

Absynthii abstractum.

REc. summitatum Absynthii, q.v. Ei affunde ol. Tartar. p. deliq. ut madefiant. Ponantur in digestione per 24 horas. Tum ei superaffundatur spir. Vin. rectificati tantum, ut supereemineat quatuor digitis. Reponatur iterum in digestione, donec flavo-subviridi colore sit tinctus. Spiritus tinctos per inclinationem effunde. Et si majorum virium expetatur, ei addatur manip. 1. Absynthii, & denuò ad digerendum reponatur per tres, vel quatuor horas. Spir. tinctus, ut antea, separetur, & ad usum servetur. *Le Mort.*

Vires. *Stomachicum est præcipuum: insuper conducit febribus intermittentibus. Dos. à cochl. j. ad ij.*

Cap. II.

Absynthii sal Vitriolatum.

REc. Liquoris salis Absynthii, q. v. Ei affunde spir. Vitrioli, donec strepitus cessabit. Dein evaporetur ad siccitatem salis, & erit paratum. *Le Mort.*

Vires. *In omnibus cum Tartar. Vitriolato convenit, nisi quòd magis stomachicum sit.*

CAP. III.

Sal absynthii fixum.

Idem. REc. cinerum Absynthii, q. v. Superfundatur ei aqua calida, ut sex digitis supereemineat, donec aqua salsum referat saporem. Aquam hanc filtra, recentem super fæces fundendo, donec nullum ampliùs referat saporem. Solutiones omnes funde, & in patella terrea ad siccitatem evaporetur. *Nota*: si non satis sit candidum, poterit parumper calcinari, atque iterum solvi in aqua, & filtrari; atque denuò ad siccitatem evaporari.

Vires. *Incidit, aperit, abstergit, & stomachicum est: urinam ciet, ut & omnia salia alcalia faciunt: proficuum est in febribus quibuscumque. Dos. à gr. ij. ad ℈. j.*

Alius processus.

Idem. REc. Absynthii magnam sat quantitatem. Accendatur, ut penitus in cineres abeat albos. Hisce cineribus superfunde aquam calidam: filtretur solutio: filtratum evapora ad siccitatem. Sic sal obtinebis albissimum usui reservandum.

Vires. *Incidit, attenuat, aperit, & urinam movet: calculum pellit: sudores ciet. Plurimi est usûs in febribus intermittentibus, cum aliis sudoriferis permixtum, quibus instar vehiculi inservit. Dos. à gr. iij. ad ℈. j.*

CAP. IV.

Sal absynthii essentiale.

Idem. REc. foliorum Absynthii virentis, antequam semina protrudere incipiat, q. v. (*Omnes herbæ, cum inde sal eliciendum sit, sumantur priusquam semina sua protrudant.*)

Contundantur in mortario lapideo, donec in succum, mediante expressione, reduci possint. In hoc succo, si lubeat, denuò recens Absynthium coquatur. Decoctum coletur: colatura cum albumine ovi clarificetur, & evaporetur postea ad pelliculæ in supremitate apparentiam: dein reponatur in cella: sic partim ad fundum, partim circumcirca vas puræ chrystalli adhærebunt, cum spatulâ ligneâ separandæ. Reliquus liquor

supe-

ſupernatans denuò evaporari poterit, & reponi, ut ante, ſic denuò & chryſtalli concreſcent. Superfluus liquor ad extracti conſiſtentiam evaporetur, & ſub nomine *ſucci inſpiſſati* aſſervetur. Eodem modo fiunt ſalia omnium aliorum vegetabilium.

Vires. *Sal eſſentiale abſtergit, ſtomachicum eſt egregium, & ſudorificum: vermes pellit: obſtructiones tollit: & bilis effervescentiam ſedat.* Doſ. *à gr.* v. *ad* ℈. *j. Succus purgatus ſtomachicus eſt lienis, & meſenterii obſtructiones tollit: vermes internè necat: at externè ſolo illitu circa umbilicum illos pellit.* Doſ. *à* ℈. ß. *ad* ʒ. *j.*

CAP. V.

Acanthini ligni tinctura.

REc. raſuram ligni Acanthini, id eſt, *Braſil* vulgò dicti. Infunde in aquam puram. Digere illam in olla vitriata per aliquot horas; & mox habebis tincturam ſanguineam. Quòd ſi loco aquæ infundatur raſura in aceto, aut etiam aliquo lixivo, cum pauxillo gummi Arabici, & aluminis, acquiretur tinctura pro tingendis libris, & ſcripturâ rubrâ adornandâ, id eſt, habebitur liquor aliquis ſcriptorius pro exarandis litteris rubris. *Marg.*

Uſus. *Hæc tinctura, cum aqua nempe parata, inſervit tingendis lanis: nec cedit purpuræ, niſi quòd faciliùs extinguatur, aut deleatur.*

CAP. VI.

Acetum in ſacco portatile.

REc. Tartari albi ℔. ß. Abluatur diligentiſſimè. Tum ſiccetur. Redigatur in pulverem. Hic pulvis infundatur in aceto Vini acerrimo. Poſtea pulvis iterum ſiccetur. Siccatus iterum infundatur in aceto, ſicut antea; iterumque ſiccetur. Hoc decies repetatur: & habebitur tandem pulvis acidiſſimus, qui, in quavis aquâ ſolutus, eam reddit acidam, & vocatur Acetum portatile. *Idem.*

CAP. VII.

Spiritus Aceti.

Marg. REc. Aceti Vini acerrimi ℥. xxx. Fiat ejus destillatio ex retorta vitrea humiliori, vel in balneo Mariæ, vel in arena. Vel etiam destilletur, (quod facilius absolvetur) ex retorta vitreâ in arena, igne secundi, & tertii gradûs, donec in fundo relicta sit massa, instar mellis fluida, aut etiam fluidior: ulterius progredi non licet, quia tum spiritus empyreuma contrahit. Sic habebitur massa in recipiente, quæ vulgò *acetum destillatum*, & *spiritus aceti*, aut *acetum stillatitium*, dicitur.

Libavius partes spiritûs aceti in tres partes dividit. Partem illam, quæ primò prodit in parva copia, vocat *spiritum aceti frigidum*. Secundam partem, quæ primam sequitur, & ferè quarta pars est aceti destillandi, vocat *phlegma aceti*. Quod tandem sequitur, ad finem, vocat *spiritum aceti igneum*, id est, omnium acerrimum. Sed rarò hæ partes separantur, si acetum fuit satis acre: tum enim vix licet separare phlegma aliquod insipidum, nisi acetum aquâ adulteratum fuerit; verùm omnia destillantur in unam massam, & servantur usui.

Vires. *Sp. aceti refrigerat, & siccat; humores fervidos incrassat, & temperat. Crassos verò attenuat, & incidit, unde sudorificis, & diureticis, admiscetur, ut videre est apud Fracastorium in Diascordio, & apud alios, cum oculis Cancri.* Dos. *intra corpus sunt* ʒ. ij. *ad* ℥. ß.

Alius processus.

Idem. REc. Aceti vini acerrimi q. p. Destilla ex retorta vitrea in arena, ad consistentiam syrupi liquidioris. Quod primùm prodit in recipiens, quarta ferè pars aceti destillandi, dicitur *phlegma aceti*. Quod deinde sequitur, communi nomine dicitur *sp. aceti, acetum stillatitium, acetum destillatum*. Quod in retorta remanet, sub forma syrupi liquidioris, vocatur *fæces aceti*, & continet in se sal aceti fixum, atque ejus sulphur crassum; quæ à se invicem separari possunt, si fæces solvantur aquâ purâ, agitenturque probè, & mox aqua rubra decantetur in aliud vas. Sic sal aceti, sub forma arenæ, manebit in fundo, estque nil aliud, quàm Tartarus crudus, qui aquâ purâ optimè edulcorari, & usui servari debet.

Sulphur crassum, aut fixum, potest filtrari per chartam, & coquendo ad consistentiam syrupi redigi.

Alii

Alii fæcibus aceti affundunt phlegma aceti : digerunt per diem & noctem. Tum filtrant per chartam, colaturam evaporant in vitro ad consistentiam syrupi, & vocant *Elixir Aceti.*

Vires. *Sp. Aceti attenuat, & aperit. Est diureticus, & sudorificus. Inservit Chymicis pro menstruo plerorumque lapidum. Elixir Aceti est stomachicum. Attenuat, & appetitum excitat.* Dos. *spûs Aceti potest esse* ℥. ß. *Edulcoratur sacchare, quantum capere potest.*

Acetum destillatum : alius processus.

REc. Aceti vini optimi pint. iv. Evaporentur leni igne pintæ duæ. Dein retortæ indantur, & per arenam destillentur. Sic primò prodibit spiritus debilior, qui, si libet, seorsim est excipiendus. Quò verò ulteriùs intenditur destillatio, eò fortior spiritus prodit. Cessandum verò à destillatione, ubi pint. ß. restat in retorta, ne empyreuma sp. prolectus contrahat. *le Mort.*

Nota primò. Si evaporatio aceti fiat in balneo Mariæ, fortissimus postea prodibit spiritus.

Nota secundò. Si sp. aceti fortissimus expetatur, ut menstruum inde evadat *Philosophicum* dictum, sic procedendum est :

℞. Aceti stillatit. vulg. pint. iv.
Ærugin. ℔. ß.

Evaporentur simul leni igne ad siccitatem. Pulvis restans per retortam vitream destilletur, & obtinebis spiritum mirabilem aceti.

Nota tertiò. Spiritus aceti stillatit. etiam fortificatur, si super sale Ammoniaco denuò destilletur.

Vires. *Incidit, attenuat, sudorem movet, in Peste, Pleuritide, inflammationibus internis. Menstruum insuper est egregium in Chemia ad tincturas, & alias solutiones, mediante illo, efficiendas.* Dos. *internè à cochl. ß. ad cochl. ij.*

Nota benè. Fæces possunt reservari pro destillatione *Aceti radicati* Schroderi pag. 708.

Alius processus.

REc. Aceti vini acerrimi, ℔. v. Evaporetur in balneo Mariæ media circiter ejus quantitas. Deinde, in retorta in arena positâ, destilletur ad remanentiam usque oleaginosi liquoris, & erit *sp. Aceti fortissimus.* *Idem.*

Vires. *Inservit dissolutionibus conchylium, & testaceorum. Insuper tincturas extrahit à metallis; plurimisque aliis Chemicis operationibus inservit.*

Acetum stillatitium vulgare: alius processus.

Idem. REc. Aceti vini acerrimi, pint. iv. Evaporetur igne lenissimo pinta una, in olla lati orificii super arenâ. Reliquum omne vitreæ retortæ immissum per arenam destilletur, ut pintæ ij. ß. abstrahantur. Reliquum in retorta servetur, donec sufficiens adsit quantitas, ut ulteriori abstractioni subjici possit. Vel exinde, mediante leni evaporatione, chrystalli formentur, quæ vires chrystallorum Tartari æmulentur.

Vires. *Incidit, stomachicum est, leviter refrigerat: extractionibus parandis inservit: menstruum egregium Chymicis est plurimi usûs in extractionibus Mineralium, & Metallorum.* Dos. *à gtt.* xx. *ad cochl. j. sive* ℨ. *ij.*

Spir. Aceti per balneum Mariæ: alius processus.

Marg. REc. Aceti acerrimi ℥. LXXX. Fiat ejus destillatio ex cucurbita vitrea, in balneo Mariæ, igne secundi, aut tertii gradûs, donec nil amplius prodeat; quod 24 horarum spatio continget, modò cucurbita paulò humilior fuerit. Quòd si altior extiterit, tardè procedet destillatio, quia particulæ liquorum acidorum graviores paulò sunt, nec facilè in altum pelluntur. Quando quarta circiter pars erit abstracta, poterit mutari recipiens, quia hæc pars à Chimicis *phlegma aceti* dicitur, (quamvis reverâ sit spiritus acidus subtilissimus.) Quod sequitur potest in unum liquorem destillari, diciturque propriè *sp. aceti igneus*, sive acerrimus. Quod in fundo relinquitur est aceti sal, & oleum, sive sulphur ejus fixum, (sal aceti est nihil aliud, quàm Tartarus crudus.) Separantur autem hæc à se invicem, si affundatur aqua pura: tum miscebitur oleum cum aqua: in fundo verò relinquetur Tartarus crudus. Aliqui toti massæ relictæ post destillationem aceti affundunt *phlegma* aceti dictum, & quidem q. s. Digerunt per noctem: tum filtrant per linteum densum, aut etiam chartam: evaporantque iterum ad consistentiam olei, sive balsami, & vocant *elixir Aceti*, commendantque imprimis in appetitu excitando.

Usus. *Phlegma aceti præcipuè inservit parandæ tincturæ Veneris, ut & aliis solutionibus metallicis. Spir. autem Aceti refrigerat, siccat, & ad-*

adstringit: diverso tamen respectu, nam interdum etiam aperit. Si nempe alcali alicui occurrat, & cum eo effervescentiam faciat: tum enim crassa attenuat, & viscida incidit. Incrassat verò humores tenues ab alcali dependentes: hinc vulgò dicitur aperire, movere sudorem, pellere urinas: imprimis si in eo oculi Cancrorum soluti fuerint. Dos. *est à ʒ. ij. ad ℥. ß.*

Spiritus Aceti: alius processus.

REc. Aceti vini acerrimi ℥. xx. Destilla in arenâ, ex cucurbitâ humiliori, aut retortâ vitreâ, igne secundi, & tertii gradûs, ad consistentiam mellis. Et primò prodibit pars levior aceti, quæ vulgò dicitur *phlegma aceti.* Tum sequetur spir. acrior, ad finem usque. In fundo relinquitur sal, & oleum aceti crassum. *Marg.*

Vires. *Sp. Aceti attenuat, incidit, refrigerat. Est menstruum nobile apud Chymicos in solvendis lapidibus, nempe Corallis, Margaritis, imo metallis, Venere, Saturno, Jove, Marte.* Dos. *intra corpus est à ʒ. ij. ad ℥. ß.*

Extractio Aceti, sive spir. Aceti: alius processus.

REc. Aceti vini acerrimi ℥. xx. Destilla ex retorta vitrea in arena, ad latus, donec relinquatur consistentia syrupi liquidioris. Tum desiste. Sic habemus in recipiente spiritum Aceti. Ex fæcibus potest separari sal, & sulphur fixum aceti. Aliqui etiam separant phlegma. Nempe sic vocant partem primam aceti, quæ ab initio extillat, & ferè quarta pars est aceti extillandi. Sed tamen hic liquor est acidus, atque ideò inter phlegmata non referendus. *Idem.*

Vires. *Spir. aceti refrigerat, siccat, adstringit: præservat à putredine. Chymicis menstruum præbet pro solvendis lapidibus.* Dos. *intra corpus est à ʒ. ij. ad ℥. ß.*

Nota generalis super omnes solutiones cum aceto destillato factas.

A*Cidum fortius præcipitat acidum debilius*; quoniam poros coarctat, & angustiores efficit, ita ut omnia contenta ibidem necessariò propriâ gravitate ad fundum subsidere debeant. Salia etiam alcalia omnia acidis soluta ad fundum detrudunt, poros acidorum replendo, & exsatiando, particulas rigidiores reddendo, unde omnia inibi contenta non solùm propria gravitate subsidere debent, verùm vi impulsa ad fundum im- *le Mort.*

impelluntur, multum de salibus secum vehentia, unde non solum graviora existunt, & ponderosiora, verùm etiam alias qualitates, & vires, assumunt, pro ratione salis solventis, & præcipitantis. Unde plerumque si drachma una Corallorum solvatur, scrupulos quatuor, vel drachmam unam, & semis, optimè edulcorati Magisterii, cum sale Alcali præcipitati, obtinebimus.

Tractu quin etiam temporis hæc Magisteria flavescunt. E contra verò, ubi propria sponte, mediante acido fortiori, præcipitata corallia ad fundum decidunt, eamdem ferè quantitatem obtinemus. Scilicet, si drachma una sit soluta, scrupulos duos, & semis, obtinebimus levissimi, & albissimi, Magisterii. Idem de omnibus liquoribus vegetabilium stillatitiis esto judicium. In cæteris verò acidis fortioribus mineralibus præcipitatio cum acido fortiori non succedit, ideòque vel ad alcalia, vel ad muriatica salia, confugiendum est.

CAP. VIII.

Aceta conficiendi modus.

le Mort. DUplicis generis dantur aceta, volatilia, & fixiora. Volatilia fiunt ex meris farinaceis, & viscosis particulis, ut illa, quæ fiunt ex cerevisia, fabis, pisis, & leguminibus, & tritici generibus. Sed fixiora fiunt è ramosis, & viscosis, subdulcibus particulis, ut è saccharo, melle, vino, fructibus pyrorum, pomorum maturis, & dulcibus, sequenti modo:

℞. Mellis, vel sacchari, ℔. IV.
Aq. commun. ℔. XL.

Coquantur simul ad quartæ partis exhalationem. Dein, ubi refrigeratum fuerit decoctum, adde fermenti acidi panis q. s. (scilicet ad quantitatem ovi, aut circiter,) fermententur simul in sole, aut loco calido. Ubi fermentatio cessat, infunde liquorem super sequentem mixturam.

℞. Caulium Uvarum, vel recentium, vel siccatarum, ℔. x. fermenti acidi panis, ℔. ß. rad. Pyrethri, & Zinziberis, vel Piperis longi, ℥. j. Includatur fermentum unà cum hisce pulverizatis, & sub caulibus abscondatur. In promptu adsint duo talia vasa hâc mixturâ repleta. Hisce in uno vase superfunde liquorem. Macerentur simul per horas viginti quatuor. Dein effundatur liquor in aliud vas hisce speciebus repletum,

&

& post viginti quatuor horas materia illa in præcedente vase incalescet; cui denuò liquorem superfunde. Hoc tam diu repetendo, donec acidissimus fuerit liquor.

Nota. Si accelerari debet operatio, materia paucâ quantitate aceti vini humectetur, & reponatur, donec sponte incalescat: dein liquores superfundantur. Hoc modo ex saccharo, tanquam ê vino, acerrimum colligitur acetum, stabile, & fixum, omnibus iisdem operationibus in Chymiâ, & culinâ, inserviens; ut & ex melle.

Nota secundò. Absque hac mixtura etiam acetum sponte fit, si in loco calido, vel in sole, non planè reclusi, nec planè aperti, serventur liquores.

Nota tertiò. Si, in dolio, in quo sp. Vini antea continebatur, fiat operatio, eò fortius fit acetum, & citiùs operatio procedet.

Singulis quatuordecim diebus sacculus (scilicet specierum) renovari debet, & singulis viginti quatuor horis liquor in alterum vas effundi debet, ut incalescat. Sic unum vas semper plenum, alterum semper est vacuum.

CAP. IX.

Expressio succi Acetosæ, sive succus Acetosæ expressus.

REc. Herbam acetosam recentem, unà cum petiolis, quâcumque quantitate volueris, v. g. manipulos xx. Conscinde eam scalpro minutissimè super assere, vel in alveolo. Tum per vices accipe manipulum unum, vel alterum: & manibus per pannum fortiter exprime succum. Quo expresso; iterum accipe manipulum unum, vel alterum, herbæ concisæ, donec tota planta sit expressa. Succos conjunge, & per noctem repone in vitro, ut fæces subsideant. Decanta à fæcibus succum, & serva usui. *Marg.*

Eodem modo exprimitur succus ex *Plantagine*, ex *Chelidonio majori*, ex qualibet herbâ succulentâ, vel non planè exsuccâ.

Vires. *Succus Acetosæ refrigerat, siccat, adstringit. Ejus frequens usus est in julapiis refrigerantibus, in peste, in febribus malignis; præsertim si succus Citri, aut granatorum acidorum, sit admixtus. Additur quoque Vinum Rhenanum, fitque inde potus egregius præservans à peste. Imo vulgo ipsam herbam coquunt cum Vino Rhenano, exprimunt, & pro potu exhibent; quamvis præstet succum expressum Vino non cocto addere.*

Acida enim præservant massam sanguineam contra Pestem.

Cap. X.

Aqua Acetosæ ex succo ejus.

Marg. REc. Succi Acetosæ, præcedenti processu parati q, . s. Destilla ex cucurbitâ vitreâ, in balneo Mariæ, ad siccitatem usque. Et prodibit aqua limpida in recipiens. Conserva usui, in fundo cucurbitæ remanebunt fæces rubræ, quas etiam conserva.

Vires. *Easdem habet cum succo, sed minùs efficaces. Est enim aqua insipida separata, magnâ ex parte, ab acido, & alcali, quæ in succo continebantur.*

Cap. XI.

Sal essentiale Acetosæ, sive Acidum, & Alcali, ejus.

Idem. REc. Fæces relictas in destillatione succi Acetosæ. Solve illas aquâ ferventi, q. s. Tum evapora in vitro, ad quartæ partis remanentiam. Repone statim vitrum in locum frigidum, & humidum, qualis est cella. Sic 24 horarum spatio concrescet sal in fundo vitri, non absimile Tartaro Vini, conflatum ex acido, & alcali plantæ, quod vulgò vocant *sal essentiale.* Estque nihil aliud, quàm Tartarus plantæ. Potestque ex retortâ vitrea, in arena, destillari in spiritum acidum. In retorta manebit fæx quædam, quæ combusta, sive calcinata, in crucibulo, largitur *sal fixum*, quod cum aqua pura elixiviari potest.

Vires. *Ejusmodi salia essentialia potenter attenuant, resolvunt, incidunt; sed præstat illa calcinando in salia fixa reducere, aliàs enim potentiùs deobstruunt; & humores attenuant.*

Cap. XII.

Acidorum spirituum præparatio.

Maëts. REc. Salis communis, vel Nitri, q. p. Huic adde tres partes boli Armenæ, vel terræ figulinæ, (quæ optima est) vel aluminis usti, vel silicum calcinatorum, ita ut sit una pars salis, tres verò partes unius prædictorum. Contundantur in pulverem tenuem, & exactè inter se misceantur, & destillentur ex retortâ terreâ, igne nudo, augeaturque ignis

ad

ad quartum usque gradum. Ita enim, per celerrimum ignis motum, particulæ salinæ, inter se concussæ, primitùs circa extremitates inflectuntur, & nisi terra figulina, vel simile aliquid, quod in igne non facile fluit, additum esset, arcto nexu se mutuo comprehenderent. Verùm cùm terra, quæ se dat intermediam, sic impedit, ne hoc fiat, tandem extremitates particularum salinarum intortæ abraduntur, & sub forma vaporis in vas recipiens deferuntur. Et ita successivè comminuuntur, & dividuntur particulæ salinæ in minima ramenta, quæ cùm constant angulis acutissimis, & undiquaque per se fluentibus, componunt illud acidum, quod nos vocamus *spiritum salis*, vel *spiritum Nitri*. Hancque divisionem in minimas partes vocat Willisius evectionem salium ad fluorem, in lib. *de fermentatione*.

Hi spiritus, cùm sint valde corrosivi, quandoque mitigari, & maturari, debent.

Dulcificatio.

REc. Spirit. Salis, vel Nitr. rectificati à suo phlegmate, partem unam: Alcohol. Vini, partes tres. Digerantur simul per noctem. *Manè* destilles per retortam vitream: & de novo digerantur per noctem. Hoc ter, quaterve repetas, quòusque acrimoniam spiritûs Salis, vel Nitri, securatam animadverteris. Eodem modo etiam procedito cum spir. Vitrioli, & alcohol Vini. Ita obtinebis menstruum temperatissimum ad tincturas multorum vegetabilium extrahendas. De virtutibus, & dosi, consulendus est Schroderus.

Vires. *In genere autem spiritus hi acidi sistunt ardores sanguinis, compescendo furorem sulphureum, & salino-volatilem in sanguine contentum. Pituitam tenacem potenter incidunt, ac proinde in obstructionibus solvendis prosunt: saburram calculosam corrodunt, & comminuunt, & per diuræsim expellunt, quæ mitiùs peragunt spiritus salini per alcohol Vini temperati.*

Quòd si verò animus sit hos spiritus salinos præparare beneficio fermentationis, hoc modo procedere possis:

♃. Salis vulgaris, vel Nitri, q. p. Dissolve in debita portione aquæ pluvialis, ut inde fiat lixivium forte. Recipe hujus lixivii, partes IV. Olei Vitriol. rectificat. part. I. Destillentur primò leni igne ex arena, per retortam, vel cucurbitam humiliorem. Ita primò elevabitur phlegma insipidum: quod subsequentur guttæ acidulæ. Mutato tunc vas recipiens. Tunc enim spir. Salis, vel Nitr. ascendet in altum. Continua ignem tuum, quòusque omne humidum ablatum observaveris.

 Ita

Ita per fermentationem introductam ab acri corrosivo præparasti spiritum tuum acido-salinum. Et in fundo retortæ reperies salem candentem acido-salsum, quem *salem* suum *mirabilem* vocat Glauberus, cujus beneficio multa peraguntur in tribus mundi regnis; de quibus consulendus ipse author. Hîc autem solummodò animadvertito, quomodò ipsius ope resolvatur textura Antimonii, ita ut sulphur ejus à vinculis suis liberatum, in conspectum prodeat, unde præparatur Balsam. sulphuris Antimonii hac sequenti methodo. *Vide præparationem Balsami sulphuris Antimonii.*

CAP. XIII.

Concentratio omnium acidorum.

le Mort. REc. Cujuscumque spir. acidi, q. v. Hunc superfunde limaturæ Martis, vel Antimonii. Sic illico dissolvetur limatura. Post dissolutionem peractam evaporetur liquor fere ad siccitatem. Liquorem evaporatum immitte retortæ terreæ, vel vitreæ. Et primò lento igne omne, quod restat, phlegma abstrahatur. Dein auctiori spiritus acidi propellantur, qui instar ignis actualis urent. Hoc modo ab omni phlegmatis consortio spiritus omnes liberari queunt, ut *acetum destillatum*, *sp. Nitri*, *sp. Salis*, *sp. acidi vegetabilium*, ut *sp. Guajaci*, & duplo plus virium obtinent, quam vulgari modo spiritus destillati.

Usus. *Menstruis fortissimis Chymicis conficiendis inserviunt.*

Nota generalis super omnes solutiones cum spiritus acidis, Vitriol. Alumin. Nitri. & Sal.

Idem. DUplicis generis dantur acidi spiritus. Primum continet omnes spiritus phlegmaticos, seu salia fluida multo sale permixta, ut sunt sp. Salis, Acetum destillatum, omnes liquores acidi Vegetabilium, sp. Vitrioli strictè ita dicti. Omnes hi spiritus dissolvunt, & attenuant, particulas metallicas, & terrestres, illis objectas, & in fluiditate retinent, unde postea levissimo calore in chrystallos rediguntur.

Secundum genus obtinet spiritus concentratos suo phlegmate superfluo liberatos. Hi non solùm attenuant, & imminuunt, omnia corpora ipsis objecta, verùm cum iisdem vel in mucilaginem, vel in pulverem, revertuntur.

Sub hac classe numerantur omnes spiritus sub nomine oleorum acidorum

rum Chemicis venientes, ut sunt ol. Sal. Vitriol. Nitr. & Alumin. Hæc olea si in chrystallos reduci debeant cum corporibus calcinatis duplam, vel triplam, requirunt aquæ copiam, pro ratione scil. corporum illis objectorum, vel pro ratione olei hâc, vel illâ methodo rectificati. Sic cretaceis, & terrestribus dissolvendis oleum Vitrioli quatuor partes requirit aquæ. Sic, ubi Alumen calcinatur, quarta circiter pars restat post calcinationem: Vitriolum unam obtinet partem aquæ, & mediam circiter olei, & sic de cæteris. Sic fieri possunt omnis generis Vitriola è cupro, argento, &c. Sic etiam cum aliis spiritibus acidis fieri possunt chrystalli Vitriolum referentes, ut cum sp. Nitr. Salis, &c. Verùm quoniam non intimè uniuntur, neque poris Martis, vel Veneris, ita sese accomodare possunt hi spiritus, ideò citissimè ab aëre denuò dissolvuntur hæ chrystalli, & in liquorem abeunt. Verùm magis penetrantes hæ chrystalli sunt pro ratione salium additorum.

Nota secunda, super omnes liquores acidos.

UT in fermentationem deducantur acidi liquores, fructibus indigent. Sic Omphacium uvis aliquot immaturis injectis, & caulibus, fermentationem suscipit. Constantiores verò fiunt additione salis fluidi Chymici, quod motum ejus, & dissolutionem impedit. Sal verò sequenti modo præparatur: *le Mort.*

Sal Chymicum pro liquoribus acidis.

REc. Ol. Vitriol. opt. ℥. I. Chrystallor. Tartar. albissim. ℥. IV. Digerantur simul in balneo Mariæ per hor. aliquot, donec unita illa sint. Hujus Sal. ℥. I. ad ℔. iij. vel IV. aut V. prout magis, aut minùs, acidum sit, sufficit.

CAP. XIV.

Aloë lota, seu depurata, scil. à partibus suis resinosis, & omnibus sordibus.

REc. Aloës lucidæ, ℔. I. Aq. comm. q. s. ut in ea solvi possit. Solutionem repone, donec planè frigefacta fuerit; & omnis resina subsederit. Liquorem supernatantem effunde, & fæcibus recentem aquam *Idem.*

 af-

affunde. Coque, & repone, ut ante. Hanc operationem tamdiu continuando, donec nullam tincturam de se præbere velit Aloë.

Solutiones omnes confunde, & evapora, ad consistentiam pilularum. E libra una obtinebis circiter ℔. ß. vel ℥. IX. Libram autem puta, non medicam, sed civilem. Ex Aloë verò Hepatica circiter ℥. VI.

Purgans est lenissimum. Inde fiunt pilulæ *Francofurtenses* dictæ, si loco aquæ communis recipiatur succus rosarum, vel violarum, & bis, vel ter, ad consistentiam evaporetur; & denuò in recenti succo solvatur, ita ut ℔. I. Aloës, ℔as circiter VI. succi, absorbeat, f. inde pilulæ duæ ex grano unico, ex ʒ. I. CXX. pil.

Usus pilular. ex Aloë sola, vel rosatâ, violatâ, &c.

Recipiunt gr. circiter X. vel XII. Illa deglutiunt horâ vespertinâ, ante pastum, & sequenti manè purgatio incipit.

Si verò non satis operetur, media pars *dosis* hesternæ repetitur, superbibendo jusculum cum cremore Tartari.

CAP. XV.

Præparatio pilularum ex Aloë, quas Francofurtenses *appellant.*

Maëts. Rec. Aloës succotrinæ q. p. Contunde in pulverem tenuem. Fiatque extractio ex hoc pulvere cum succo Violarum depurato, lenique evaporatione ad consistentiam extracti redigito. Hoc bis, terve, repete. Ultimâ verò vice f. extractio cum spir. Vini, quam per destillationem ad formam extracti cogito. Formentur ex massa hac pilulæ ad libitum. Ex ʒ. I. f. pil. LXXX. *Dos.* sit pil. viij. x. xij. ad xv. usque.

Quòd si tantum in depuranda Aloë desumere nolueris, sequenti modo corrigito:

℞. Aloës succotrinæ, q. p. Conterito in pulverem tenuem. Eique affundito aq. pluvialem, & simul terito. Aq. tuam, ubi Aloën imprægnatam observaveris, effundito: hocque continuato, quòusque Aloë tincturam suam aquæ communicare ulteriùs recuset. Tunc adde Aloë duplum arenæ lotæ, & simul fortiter conterantur, ita enim successivè tradit Aloë omnem suam tincturam, nihilque in fundo remanebit, nisi fæces abjiciendæ. Aquam verò tincturâ Aloës imprægnatam evaporato ad consistentiam extracti: ita enim obtinebis Aloën verè lotam, & correctam, blandè purgantem, absque ullâ molestiâ.

Hoc

Hoc extractum, si de novo miscere volueris, cum succo violarum, vel rosarum, Aloën obtinebis verè violatam, vel rosatam.

CAP. XVI.

Extractum, seu resina, ligni Aloës.

Lignum Aloës egregium est cordiale: lipothymiæ, & syncope, succurrit. Paratur inde extractum, seu resina, ligni Aloës, hoc modo: *le Mort.*

♃. Sp. Vin. rectificat. ℥. v. Lign. Aloës rasi. ℥. j. Digerantur simul, per dies duos, leni calore. Deinde separetur clarum à spisso per filtrationem. Spiritum Vin. lentissimè per balneum Mariæ evapora: & restabit in fundo resina, quam ad supradictos usus asserva, ut & ad menstrua promovenda. *Dos. à gr. iij. ad ℈. j. in Vino.*

CAP. XVII.

Gummi Ammoniaci depuratio.

REc. Gumm. Ammoniaci, q. v. Huic superfunde Acetum vulgare vel stillatitium. Coq. simul, sæpiùs materiam spatulâ agitando, donec in lactescentem abeat liquorem, & gummi à fæcibus segregatum sit. Dein coletur calidè per linteum rarum, fortiter exprimendo, vel materiam agitando, donec omne gummi è fæcibus expressum sit. Liquorem percolatum evapora ad consistentiam massæ pilularum. Dein ad usum in Vesicâ, oleo amygdalarum illitâ, recludatur. *Idem.*

Vires. *Purgat, incidit, attenuat. Præcipuè verò in Uterinis obstructionibus commendatur. Bilem, & pituitam viscidam, dispellit. Inde fiunt pilulæ* Martiales *dictæ, hoc modo.* Vide pil. Martial.

CAP. XVIII.

Ammoniaci salis sp. sive sal volatile.

REc. Sal. Ammon. Sal. Tartar. (aut alterius cujuslibet alcali) ana ℔. ß. Terantur omnia seorsim; indanturque retortæ vitreæ; &, affusâ sufficienti quantitate aquæ puræ, f. destillatio ex arenâ, applicato reci- *Marg.*

recipiente satis amplo, cujus orificium exactè quadret ad collum retortæ. Et intra tres, quatuorve horas, cum igne tertii gradûs, prodibit primò spir. coagulatus, sive sal volatile in forma siccâ, quod lateribus recipientis, instar nivis, adhærebit. Continua destillationem, donec hoc sal volatile siccum à subsequente spiritu liquido commodè in formam liquidam redactum fuerit. Tum statim remove recipiens, & subere accuratè claude. Nam, quod ampliùs prodit ex retorta, purum phlegma est. Ignem itaque removere, & furnum refrigerari, oportet, ne, omni abstracto phlegmate, retorta rumpatur.

Vires. *Insignem habet vim excitandi Apoplecticos, & soporosos: resolvit, & attenuat: aciditatem omnem temperat, & extinguit: hinc infinitis morbis utilis est, uti sunt hysterica, & hypochondriaca passio, Epilepsia, podagra, ardor stomachi, scorbutus, aliique.* Dos. *à* ℈. ß. *ad* ℈. *j. in aliquâ aquâ destillatâ.*

Alius processus.

le Mort. REc. Sal. Ammon. ℥.iv. ol. Tartar. per deliq. sive liquoris salis Tartar. ℥. viij. Misce in retorta vitrea, & destillentur, igne satis leni, donec sal volatile liquefieri incipiat. Quando totum ferè sal est liquefactum, refrigerentur omnia, & recipiens effundatur, & materia contenta reservetur usui.

Vires. *Resistit putredini, & corruptioni: conducit pesti, & omnibus febribus ardentibus; stomachique vitio ex acido orto: medetur Epilepsiæ, passionibus hystericis, Apoplexiæ, Cephalalgiæ inveteratæ, &c.* Dos. *à gutt. ij. ad x.*

Rectificatio sp. sal. Ammon.

Idem. REc. Sp. Sal. Ammon. ℥. ij. Sal. Tartar. ℥. ß. Indantur retortæ vitreæ, & denuò destillentur.

Vires. *Et dosin eamdem habet cum spir. sal. Ammoniac.*

Præparatio sp. sal. Ammon. alius processus.

Maëts. REc. Sal. Tartar. Cinerum calcinator. Sal. Ammon. ana. Exactè inter sese conterantur, & in cucurbitam vitream conjiciantur: eisque affundantur aq. vulgar. ℔. vj. Leni igne destillentur. Sic enim prodibit sp. Sal. Ammon. potentissimus, unà cum Sale volatili, in forma siccâ, lateribus vasis recipientis adhærente.

Spir. Sal. Ammon. alius processus.

Rec. Sal. Ammon. ℔. j. Pulverizetur bene. *le Mort.*
Sal. Tartar. (vel alicujus alterius alcali) ℔. ij.
Aq. commun. ℔. iij.

Destillentur simul, lento igne, per retortam vitream, donec circiter ℥. xij. prodierint. Tum cessa.

Nota primò. Si calcem vivam, loco Sal. alcali, adhibueris, multò fugacior elicitur spiritus.

Nota secundò. Cum mineralibus, ut ferro, lapide hæmatitide, calaminari, etiam penetrantissimus elicitur.

Vires. *Instar Panaceæ, in medicinâ, est, quibuscumque morbis inserviens. Circulationem sanguinis promovet: obstructiones reserat: febribus tertianis, & quotidianis, medetur: Pesti, Paralysi, Apoplexiæ, Epilepsiæ, & Hystericis passionibus succurrit: præcipuè si addita fuerint simplicia convenientia, in ejus destillatione.* Dos. *à gutt. ij. ad x.*

Alius processus.

Rec. Sal. Ammon. in pulverem redacti. ℔. j. *Idem.*
Sal. Alcali, videl. cinerum clavellator. vel
Sal. Tartar. ℔. ij.
Aq. commun. pint. ij. vel q. s. ut bene innatare possint salia.

Destillentur simul per retortam vitream in arena positam. Sic primò prodit Sal volatile in forma siccâ. Secundò prodit spiritus liquidus, simul cum phlegmate, in quo Sal volatile dissolvitur. Postquàm Sal circiter dissolutum sit, ab operatione cessandum est. Spir. prolectus, in vitro arctissimè clauso, reservetur.

Vires, & usus. *Penetrantissimus est hic spiritus. Circulationem sanguinis promovet: putredini resistit: febres ab obstructionibus ortas tollit.*

Dos. *à gutt. ij. ad x.*

Nota. Pro diversis adhibitis salibus alcalicis, diversus etiam elicitur spiritus, majori, vel minori, penetrandi vi præditus. V. g. si loco cinerum clavellatorum, vel salis Tartari, recipiatur calx viva, fugacissimus inde emergit spiritus. Id etiam fit, si mineralia assumantur, vel metalla, acidum valde imbibentia, v. g. lap. hæmatites, lap. calaminaris, limatura Martis, &c.

Nota secundò. Si hisce fæcibus remanentibus denuò recens Alcali addatur, de novo recentem præbebit spiritum, & Sal volatile.

Alius processus.

Marg. REc. Sal. Ammon. Sal. Tartar. (aut cujuslibet alterius Alcali) an. ℥. iv. Terantur omnia, seorsim, minutissimè: cribrentur, & misceantur. Tum indantur retortæ vitreæ, &, affusâ sufficienti quantitate aquæ communis, fiat destillatio ex arena, applicato recipiente vitreo satis amplo, cujus collum optimè quadret ad collum retortæ. Sic, cum secundo, & tertio, gradu ignis, bulliente aquà, prodibit primò Sal volatile, in forma sicca, adhærens, nivis instar, lateribus recipientis, diciturque *Sp. Sal. Ammon. coagulatus.* Post hunc sequetur Sp. in forma liquida. Continuetur destillatio, donec Sal volatile omne sit dissolutum. Quo facto, recipiens statim removeatur, & subere arctè claudatur. Aqua quoque removeatur, ut retorta refrigeretur. Qui in recipiente est liquor, dicitur vulgò *Sal volatile*, & *Sp. Sal. Ammon.*

Vires. *Potenter attenuat, & incidit, resolvit. Acidum quodvis destruit; unde infinitis morbis medetur; obstructionibus nempe, dolori, Apoplexiæ, Epilepsiæ; aliisque à fermentis acidis productis.*

Dos. *est* ℈. ß. *in aliquo liquore destillato.*

Alius processus.

Idem. REc. Sal. Ammon. Sal. Tartar. ana ℔. ß. Terantur omnia, seorsim, minutissimè. Indatur unum quodque, seorsim, in retortam vitream, ibique demum misceantur accuratè. Affundatur aquæ puræ s. q. ut commodè solvi possint.

Tunc instituatur destillatio, ex arenâ, applicato recipiente vitreo satis amplo, cujus junctura benè quadret ad collum retortæ. Non est necesse accuratè claudere luto. Sic, cum secundo gradu ignis, adscendet Sal volatile in formâ sicca, quod Chymicis dicitur *spir. Salis Ammon. coagulatus.* Tandem sequetur in forma liquida. Perge destillando, donec totum Sal volatile in liquorem solutum sit. Tum statim remove recipiens. Spiritum Sal. Ammon. in vitro supernè accuratè clauso, diligenter serva.

Vires. *Potenter attenuat, & incidit, resolvit, aperit: fermenta acida temperat, & destruit. Unde obstructiones reserat, urinas, sudorem expellit. Confert humoribus pituitosis, & quibuscumque chronicis, Scorbuto, hypochondriacæ melancholiæ, Apoplexiæ, Epilepsiæ, Syncope, Lethargo, &c.*

Dos. *est à* ℈. ß. *ad* ʒ. ß. *in aliquo liquore destillato.*

Alius

Alius processus.

REc. Sal. Ammon. Sal. Tartar. (aut alterius cujusvis Alcali v.g. Pottash) ana ℥. iv. Tere utrumque, seorsim, & seorsim quoque inde utrumque retortæ vitreæ. Tum affunde tantum aquæ puræ, quantum sufficit, ut duo ista salia commodè solvi possint. Fiat destillatio ex arena, & prodibit primò *sp. Sal. Ammon. coagulatus* dictus, sive *Sal volatile in forma sicca.* Huic succedet spiritus in forma liquida. Continua destillando, donec Sal volatile à subsequente spiritu liquido sit commodè solutum, aut donec recipiens remotum demonstret liquorem prodire insipidum. Tunc enim peracta est operatio, restatque nil aliud præter phlegma. Quod tamen multi Chymici quoque in pretio habent, dantque in febribus ad temperandam acrimoniam humorum acidorum. Imò etiam in aliis morbis. *Marg.*

Ex capite mortuo, per solutionem cum aq. pura, filtrationem, & evaporationem, extrahitur Sal albissimum, quod Sylvius vocabat *Sal febrifugum.* Quodque ritè siccatum, & sublimatum, ex cucurbita terreâ in igne aperto, abit magna ex parte in flores albissimos, & penetrantissimos, non urinosos, sed saporis refrigerantis, quasi sint de natura salis communis; forte ex volatilizatione alcali salis communis, quod ad constitutionem salis ammoniaci receptum fuit. Hoc loco verò, per alcali, intelligimus Tartarum volatilizatum, & suo acido spoliatum, quod non multum abludit ab opinione Van der Beck, qui videatur in libro *de experimentis circa res naturales.* *Sal febrifugum Sylvii.*

Vires. *Sp. Sal. Ammon. sive Sal volatile potenter attenuat, & incidit, resolvit, aperit, dissipat, penetrat: acidum quodvis destruit, ejusque fermenta nimis potentia temperat, unde infinitis morbis chronicis medetur, Apoplexiæ, Epilepsiæ, Lethargo, Scorbuto, Hystericæ passioni. curat febres intermittentes: lenit dolores podagricos: humores omnes reddit fluidos.* Dos. *est à* ℈. ß. *ad* ʒ. ß. *in aliqua aqua destillata, ut Majoranæ, Menth. Lavendul. Fœnicul. Petroselin. &c.*

CAP. XIX.

Flores salis Ammoniaci.

REc. Caput mortuum relictum in destillatione sp. sal. Ammon. Solve aqua ferventi, & filtra per chartam: colaturam limpidam evapora, *Idem.*

pora, in olla vitriata, ad ſiccitatem uſque; agitando ſpatula ferrea; donec ſal relictum fuerit ſiccum, & albiſſimum. Hoc ſal ſublimetur per ſe, ſine ulla additione, ex cucurbita terrea, in igne aperto, quamdiu aliquid adſcendit, quod ex fumo cognoſcitur; & acquirentur in magnâ copia Flores albiſſimi, qui ſerventur uſui.

Vires. *Sunt ſal volatile penetrantiſſimum, pollens magnâ vi incidendi, attenuandi, & aperiendi: ſed nullius ſaporis, aut odoris urinoſi. Conducunt in febribus; in urinâ, & ſudore ciendo. Vide proceſſum ultimum* Sp. Sal. Ammon. Doſ. *eſt* ℈. ß.

Cap. XX.

Sal volatile fixatum, ſive regeneratio Salis Ammon.

Marg. REc. Sal. vol. Ammon. aut Spir. Sal. Ammon. ℥. ß. Spir. Vitriol. rectificat. q. s. donec deſinat efferveſcere. Mixturam evapora, in vitro, ad ſiccitatem, & relinquetur in fundo Sal quoddam compoſitum ex Sale vol. Ammon. & ſp. Vitrioli. Solve hoc aqua roſarum: filtra per chartam: & iterum evapora, ut evadat albiſſimum, & odoratum. Quod relinquitur eſt Sal volatile fixatum.

Vires. *Inſigne eſt aperiens in reſerandis obſtructionibus. Deinde ſulphura fœtida maſſæ ſanguineæ in ſe recipit, & extra corpus eliminat, arcanum quod erat D. Sylvii.* Vide proceſſum ſub tit. Salium vol. fixatio.

Doſ. *eſt ad aliquot gr.* v. *vel* vj.

Cap. XXI.

Præparatio Circulati minoris Paracelſi.

Maiu. ACc. flor. Sal. Ammon. puriſſimor. à Sale communi bis ſublimatorum, q. p. His affunde alcohol vini ad eminentiam tranſverſorum digitor. iij. Stent in digeſtione tepida per dies, & noct. iij. continuos, vel ultra. Ita enim ſp. Vini arctum inibit matrimonium cum Sale Ammon. volatil. Menſtruumque obtinebis longè antecellens vires alcohol Vini. Et, ubi ſpir. Vini deficit, ut in tinctura ex croco Solis, vitro Antimonii, aliiſque mineralibus, extrahenda, menſtruum hoc defectum ſupplebit.

CAP. XXII.

Angelicæ extractum sudoriferum. Item Aq. Angelic. antipestilentialis.

REc. Rad. Angelic. *Le M... *
Petasitid.
Valerian.
Imperator. anna ℥. ß.
Sem. Angelic.
Levistic.
Baccar. Juniper. anna ʒ. vj.
Spir. Vin. Gallic. pint. ij. Mista destillentur ad medias.

Dos. *ejus à Cochl.* ß. *ad cochl.* j. *tempore Pestis, & morborum contagiosorum.*

Potest etiam extrahi sine destillatione, tumque multò magis sudores movet, & tum dicitur *Extractum Angelicæ antipestilentiale*; sed saporis est ingratioris.

CAP. XXIII.

Antimonii cæmentatio, sive hepar.

REc. Antimon. crudi, Nitri puri, ana ℥. ij. Terantur seorsim, & cribrentur. Tum misceantur exactè, instituaturque hujus materiæ detonatio, in mortario ad latus reposito. Ingeraturque materia per cochlearia, consumptoque uno, addatur alterum, incensione factâ cum pruna. Sic tota massa abibit in unam glebam, quæ vulgò, à colore, vocatur *hepar Antimonii*. *Marg.*

Usus. *Inservit parando crocum metallorum, & Antimon. diaphoreticum.* Vide Processum le Mortian. sub tit. Crocus metallor. & sequentes.

CAP. XXIV.

Crocus metallorum.

REc. Hepar illud Antimonii. Tere in pulverem subtilissimum. Cribra: &, affusâ aquâ purâ, in olla munda, coque per quadrantem *Idem.*

horæ. Ubi aqua fuerit refrigerata, instilla guttatim aliquot cochlearia aceti Vini. Repone ollam ad quietem, donec aqua superfluitet limpida. Decanta hanc aquam, & affunde novam aquam puram. Repone iterum adquietem, donec aqua fiat limpida; Tum iterum decanta aquam. Tum iterum bis, vel ter, novam aquam effunde. Tum per chartam filtra. Et relinquetur in charta materia rubra, quæ exiccata abit in pulverem rubicundum, qui vulgò dicitur *Crocus metallorum*, estque nil aliud, quàm *Antimonium cum Nitro cæmentatum.*

Vires. *Potenter movet vomitum, & secessum: evacuat bilem, quam mirè fermentat.* Dos. *in substantia, sunt gr. iv. in infuso. gr. viij. vel x.*

Alius processus.

le Mort. REc. Nitri, Antimonii anna ℥. iv. Misce simul, & per vices in testam candentem ingerantur. Sic detonabit Antimonium unà cum Nitro. Pulvisque evadet *crocei coloris*, sæpiùs edulcorandus, ut salsedo omnis tollatur.

Nota. Massa hæc, ex Nitro, & Antimonio constans, dicitur *Hepar Antimonii.*

Adhibetur in ulceribus malignis, & cacoëthicis.

Variis insuper aliis modis hic Crocus perficitur, ut si Nitr. cum Sal. ana, misceatur, & cùm Antimonio simul pulverizetur. Postea eodem modo procedendum, nisi, quòd, loco testæ, sumendum sit crucibulum. Hæc materia facillimè liquefit, & salia in superficie Antimonii post fusionem innatant. Hæc operatio, si adhuc semel repetatur, evadit Panacea Antimonii in febribus omnibus per sudores curabilibus.

Dos. *Est à gr. iij. ad x. horis duabus ante paroxismum.*

Per sudores materiam noxiam expellit. Si verò Ventriculus infarctus est, vomitum etiam ciere solet, sine magna molestia.

Vires croci metallorum. *Vomitivus est: debilitati ventriculi convenit: biliosos, & pituitosos humores expurgat.*

Dos. *à gr. ij. ad xij.*

Fit etiam ex eo infusio in Vino, sequenti modo:

℞. Vin. Gallic. ℥. ij.

Croc. Metallor. gr. xx. Stent in calore per horas vj. Dein vinum clarum à pulvere effundatur, & propinetur.

Alius

Alius processus. Marg.

REc. Antimon. crudi minutissimè pulverizat. ℥. j.
Nitr. opt. itidem pulverizat. tantumdem.

Misce accuratè in mortario. Tum repone sub camino mortarium ferreum ad latus, & cochleare unum, post alterum, ingere in mortarium, primo cochleari prunâ admotâ accenso. Sic in momento materia, instar pulveris pyrii, inflammabitur, quam diligenter movebis spatulâ ferreâ, ut bene accendatur. Sic relinquetur tandem materia brunea, sive spadicea, id est, coloris castanearum, quæ vulgò vocatur *Hepar Antimonii.*

Redigatur hoc in pulverem subtilissimum, & affusâ aquâ purâ, quantum sufficit, coquatur per quadrantem horæ. Aq. refrigeratam decanta, & affuso aceto vini q. s. præcipita. Tum iterum conjunge cum relicto Croco, & repone, donec aqua fiat limpida. Decanta aquam, & relictum crocum aliquoties aquâ purâ edulcora: sicca: & serva usui. Hic enim est *Crocus metallorum*, sive rectiùs *Antimonii*, dictus.

Vires. *Insigne est purgans humorum biliosorum, quos ejicit per vomitum, & secessum, longè præferendum veterum adeò decantato Helleboro, quem olim insula Anticyra proferebat.*

Dos. *in substantia, est gr. iv. vel vj. Sed præstat infundere gr. viij. vel x. in Vini. albi ℥. ij. loco calido per noctem: & tum colare per pannum, & colaturam exhibere edulcoratam syrupo acetosæ, aut melle despumato, quia Crocus in substantia exhibitus sæpe enormes excitabit vomitus.*

Crocus metallor. Sive Antimonii, sive terra sancta Rulandi: alius processus.

REc. Antimon. crud. Nitr. purissim. ana ℥. j. Terantur seorsin minutissimè; cribrentur; misceanturque. Tum massa hæc, in mortario, ad latus reposito, carbone vivo, per vices detonetur; quæ inflammabitur in momento, pulveris pyrii instar; relinqueturque massa colore similis parenchymati hepatis animalium, unde Chymicis vocatur *Hepar Antimonii.* Idem.

Hoc Hepar redigatur in pulverem subtilissimum. Coq. aquâ purâ per quadrantem horæ. Coctæ, & refrigeratæ, instilletur acetum Vini, ut Crocus ab aqua separetur. Edulcoretur postea aquâ purâ, ter, quaterque; pulvisque ruber bene exiccatus servetur usui.

Vires. *Insigniter fermentat bilem, eamque per superiora, & inferiora, educit.*

Dos. *in substantia, gr. iv. ad vj. In infuso viij. vel x.*

CAP.

CAP. XXV.

Antimonium diaphoreticum.

Marg. REc. Crocum metallorum superiùs præparatum. Adde ei iterum ℥. ij. Nitri minutissimè pulverizati. Misce exactè, & , in crucibulo ignito, fac per cochlearia detonent. Cum omnis materia erit ingesta, remove crucibulum, & spatulâ aliquâ ferreâ massam adhuc mollem exime. Hæc massa refrigerata edulcoretur aquâ purâ: siccetur: redigaturque in pulverem. Cui iterum adde Nitri pulverizati ℥. ij. Misce, sicut antea; & iterum sine detonare in crucibulo ignito. Cum omnis materia erit indita, tum relinquatur crucibulum in igne per tres horas. Quibus elapsis, auferatur massa alba, cùm adhuc calet. Et refrigerata in pulverem tundatur. Qui pulvis edulcoretur aquâ purâ frigidâ. Siccetur, & servetur usui. Hoc est Antimon. diaphoreticum ter cæmentatum.

Vires. *Humores attenuando per poros expellit: acrimoniam acidam edulcorat: unde quoque sudores movet, imprimis si ejus vis aliquo Alcali augeatur.*

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ℈. *j.*

Alius processus.

Maëts. REc. Antimon. crud. q. p. Pulverizetur in tenue Alcohol. Huic adde Nitr. pulverizati partem æqualem. Misceantur inter se, & successivis vicibus in crucibulum candens conjiciantur, & detonentur, ut artis est. Ita primâ hâc deflagratione principia magis activa Antimonii in actum prodeunt, & degenerant in massam valde emeticam, & catharticam, quam Chymici appellant *Crocum Metallorum*, sive *Hepar Antimonii*, estque quasi basis vinorum Emeticorum. Hujus enim massæ gr. iv. vel v. vel vj. infusa cum sufficienti quantitate Vini Gallici, vel Hispanici, tenuissimis effluviis Antimoniatis vinum impraegnant, quod filtratum pro emetico exhiberi solet. Ut autem mitiùs operationes suas exerceat, adde ab ℥. ß. ad ℥ vj. syrupi Violarum, ac affunde guttatim oleum sulphur. per campan. donec aciditate satis tibi arrideat potio tua Emetica, ex croco præparata.

Ut grati est saporis, ita etiam leniter operationes suas absolvit. Ratione

tione enim ſyrupi Violarum, partes ſubtiles, & volatiles Antimonii pinguibus ſacchari partibus involvuntur, & irretiuntur, ac proinde tam moleſto motu ventriculum, & inteſtina, afficere non valet. Ratione verò olei Sulph. per camp. Antimonii exhalationes ſalinæ, & mercuriales figuntur.

Hunc crocum ſi de novo miſcueris cum æquali portione Nitri, & procedas, ut priùs, principia Antimonii in actum deducta per primam calcinationem, in ſecunda hac detonatione fugantur in auras, remanetque cinis arida Antimonii in fundo principiis ſuis activis antimonii, ſalis, ſulphuris, & mercurii, maxima ex parte, orbata, & deſtituta. Hanc crebris abluitionibus edulcora, lacteumque cremorem auferto, ut Antimonium ab arena, & fæcibus, in fundo remanentibus, depuratum obtineas. Ita præparatur Antim. diaphoreticum, quod ſufficienter eſſe calcinatum ex lacteo ipſius colore intelligere queas. Inſuper ſi, poſt ſecundam detonationem, Antimonium ulterius cum Nitro permixtum inflammari recuſat, ſignum eſt calcinationi ſatisfactum eſſe.

Hoc Antimon. diaphor. exhibetur in ſanguine coagulato reſolvendo: in pleriſque obſtructionibus diſſipandis: &, in genere, in omnibus affectibus, qui ſudores exigunt, utpote in febribus, pleuritide, & ſimilibus, de quibus ulteriùs conſule Schroderum, & le Febvre.

Doſ. *Eſt à gr. x. ad gr. xxx.*

Nota. Quòd ſi Antimonium tuum diutiùs aëri libero expoſitum ſteterit, de novo ſalè quodam acri, & volatili, imprægnatur, cujus ratione quandoque vomitus, & ſeceſſus, concitat. Huic ut præcaveas, ſingulis trimeſtribus, Antimonium tuum crucibulo committito, & igni exponito, quouſque crucibulum candeat: in quo ſtatu retine per quadrantem horæ. Ita per ignem expelluntur ſales acres, & volatiles, quos ex aëre hauſerat Antimonium.

Præparatio Antimon. diaphoretici: alius proceſſus.

REc. Antimon. ſubtiliſſimè pulverizat. Nitr. chryſtallini in pulverem redacti. ana q. p. Conterantur exactè inter ſeſe, & ſucceſſivè, cochleari ferreo, conjiciantur in crucibulum candens, & detonentur, ut artis eſt. Omnibus refrigeratis, maſſam ſubruffam ex crucibulo exime, & præparatum erit *Hepar Antimonii*, ſeu *Crocus metallorum*, Vomitivum, & Purgans, ſatis vehemens: quod vel in ſubſtantia, vel infuſione, exhiberi ſolet. Verùm in infuſione tutius evadit medicamen. *Maëts.*

D Quan-

Quandoque etiam coquitur, in decoctis emollientibus, & flatus discutientibus, pro clysteribus in Colica desperata.

Dos. *In substantia à gr. ij. ad iv. In infusione ad gr. vj. & viij.*

Infunditur autem in Vino Hispanico, aliisve vehiculis ipsum dissolventibus. Infusionem filtra, & saporis gratia adde pauxillum syrupi Violarum, cum gutta una, aut altera, olei sulph. per Camp.

Ex Croco metallorum si ulteriùs calcinando Antimonium diaphoreticum præparare volueris, hoc modo procedito:

♃. Hepatis Antimonii pulverizati subtilissimè, Nitr. chrystallin. ana q. p. Conterantur exactè inter sese, & calcinentur, ut priùs. Ita enim per repetitam calcinationem sulphur, ac salia volatilia Antimonii in auras fugantur, remanente calce Antimonii emetica, ac cathartica vi, spoliata in fundo. Quæ ubi inflammari cum Nitro deneget ulteriùs, ac instar cretæ albæ evaserit, justè præparata est. Hanc calcem à sale suo alcali nitroso separa, edulcora, & usui reserva.

Exhibetur Antimonium hoc diaphoreticum in omnibus affectibus per sudores curandis, ubi calida, & spirituosa, usum non habent. Dos. à ℈. ß. ad ℈. j.

Alius processus.

le Mort. REc. Antimon. crud. ℥. iv. Nitr. purissim. ℥. x. Misce subtilissimè pulverizando. Dein in crucibulum, aut testam candentem, ingerantur, & detonentur per vices injiciendo. Remaneat in igne per hor. ß. circiter. Dein in aquam frigidam extempore injiciatur, ut omne sal in eadem dissolvatur. Agitetur optimè aqua, ut planè turbida reddatur: dein post levem subsidentiam effundatur. Sic pulvis subtilissimus aquæ intermixtus in alteram ollam decidet. Subsidente pulvere, aqua supernatans effundatur, eamdem operationem repetendo, donec aqua insipida evadat. Pulverem restantem super cretam exicca, vel lento solis calore, & ad usum serva.

Nota primò. Si Nitrum non sit optimè purum, flavi erit Antimonium coloris.

Nota secundò. Non debet nimis diu in igne detineri, quia alcalicum evadit Nitrum, & Antimonium non, ut vulgaris fert opinio, diu calcinando, melius fit, sed deterius. Nam solæ particulæ acidæ Nitri divisionem particularum Antimonii, & fixationem efficiunt: particulæ verò alcalinæ Nitri malignitatem potius ei conciliant, particulas illas duriores, & ponderosiores efficiendo, & aërem attrahendo, unde fermenta-

mentationem quamdam temporis tractu Antimonio conciliant, & pristina vomendi qualitas ipsi sic restituitur.

Nota tertiò. Excellentissimum evadit hoc Antimonium diaphoreticum, si cum Sp. Vini rectificato per dies vij. vel viij. digeratur, & postea, sine ulla edulcoratione, in usum propinetur.

Vires. *Sudoriferum est egregium in morbis, & febribus fixioribus, & putridis, ut & in peste, hydropi, paralysi, apoplexiâ &c. à gr. v. ad ʒ. ß.*

Nota bene. Aquam primam post subsidentiam pulveris relictam evaporando ad medias chrystallizabitur Nitrum, sub nomine *Nitri antimoniati* reservandum.

Vires. *Plurimi est usûs in febribus, Antimonium scilicet diaphoreticum, aperit, incidit, attenuat, pesti adversatur: sanguinem purificat.*

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ʒ. ß.

Nitrum Antimoniatum adversatur febribus tertianis, & quotidianis: ictero succurrit: effervescentiam sanguinis mitigat: sudores pellit.

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ʒ. ß.

Alius processus.

REc. Antim. crud. bene pulverizat. ℔. ß. Salis Nitr. purissim. ℔. j. ß. *le Mort.* Misce simul, & per vices mixtura in crucibulum inseratur. Sic materia detonabit, & in massam albam commutabitur. Massam refrigeratam pulveriza. Pulveri superfunde aquam communem vel calidam, vel frigidam. Moveatur optimè materia, ut aqua lactescat à pulvere subtiliori Antimonii perturbata. Aquam hanc turbidam effunde, & recentem fæcibus superfunde, eodem modo agitando, donec ampliùs non turbetur. Aquas omnes confunde, & subsidebit spatio hor. ß. pulvis, sæpiùs recenti aquâ edulcorandus, donec nullum ampliùs aqua obtineat saporem, & siccetur postea super papyrum, & super cretam.

Vires. *Diaphoreticum est, & sudorificum: acidum infringit: putrefactioni resistit.*

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ʒ. j.

Nota. Si post edulcorationem, & exiccationem, per se, in crucibulo, optimè igniatur, candidissimum, instar cretæ, evadit.

Nota secundò. Ex minera Antimonii (scil. Hungaricâ, aut aliâ optimâ) multò candidius, & præstantius diaphoreticum evadet.

Alius processus.

Marg. REc. Antimon. crud. Nitr. puriſſim. an. ℥. ij. Redigantur omnia, ſeorſim, in pulverem minutiſſimum: cribrentur: miſceanturque. Tum reponantur in mortarium ferreum, ad latus, in quod injiciatur hujus materiæ cochl. j. Admove carbonem incenſum, & ſtatim materia, fere inſtar pulveris pyrii, conflagrabit. Cochleari primo fere conſumpto, antequam extinguatur, adde iterum cochleare, & ſic continua, donec omnis materia ſit conſumpta, & inſtar coloris Parenchymatis Hepatis maſſa ſit relicta, quæ ideò etiam Chymicis *hepar Antimonii* dicitur.

Nota bene. Dum materia inceditur, & comburitur, oportet illam forcipe agitare, ut tota conſumatur.

Hæc materia ſub colore Hepatis relicta, ubi refrigerata fuerit, tundenda eſt in pulverem ſubtiliſſimum, &, cum aq. pura, per horæ quadrantem, in fictili coquendus. Ubi autem aqua refrigerata fuerit, inſtillandum eſt acetum Vini, ut crocus ab aqua ſeparetur. Repone tum ollam ad quietem, &, intra quadrantem horæ, aqua evadit limpida; quam decantabis, & relictam materiam bis, terve, aquâ purâ edulcorabis. Tum exſiccabis in pulverem rubrum, qui vulgò vocatur *crocus metallorum*, eſtque prima præparatio pro Antimonio diaphoretico.

Tum recipe hunc crocum, eique adde iterum Nitr. puriſſim. ℥. ij. Redigantur omnia in pulverem ſubtiliſſimum: cribrentur, & miſceantur. Hujus pulveris mox inſtitue detonationem, in crucibulo, ſuper carbonibus accenſis, ignito, per cochlearia ingerendo materiam ſucceſſivè, nempe ut uno conſumpto aliud ingeratur. Quando omnis materia conflagravit in pulverem album, tum remove crucibulum ex igne, & materiam albam ſpatulâ ferreâ adhuc calidam, & mollem, ſtatim ex crucibulo remove, eamque aquâ frigidâ ſemel, aut bis, tantùm edulcora, atque tum iterum exſicca in pulverem. Eritque hæc ſecunda præparatio Antimon. diaphoretici.

Tum recipe eumdem pulverem bene exſiccatum, eique adde iterum Nitr. puriſſim. ℥. ij. Redige omnia in pulverem: miſce, & cribra: & eodem modo, ut antea, inſtitue detonationem in crucibulo ignito. Cum omnis materia eſt ingeſta, tum latere claude crucibulum, & ſupernè, & circa, appone ignem, atque ſic relinque in igne ſatis valido per horas ad minimum tres. Sic figetur perfectè Antimonium, & vim ſuam vomitivam deponet. Elapſis illis horis, candens Antimonium adhuc remove

ex

ex crucibulo, & semel, aut bis, aqua pura frigida edulcorato. Filtra tandem per chartam. Sic relinquetur in filtro materia albissima, quæ in pulverem redacta vocabitur *Antimonium diaphoreticum.*

Vires. *Est blandum aliquod alcali, quod humorum aciditatem, & acrimoniam, absorbeat: hinc sudorem, atque diaphoresim, excitat: sanguinem edulcorat: & sic infinitis morbis medetur. Imprimis autem febrium, & obstructionum, causam tollit: dissolvit humores coagulatos: urinam promovet.*

Dos. *est ab* ℈. ß. *ad* ℥. ß.

Alius processus.

REc. Antimon. crudi pulverizat. ℥. ij. Nitr. purissim. in pulverem redacti, & cribrati, ℥. vj. Misceantur primò duæ unciæ Nitri cum duabus unciis Antimonii pulverizati. Hæc massa per vices accendatur in mortario ferreo ad latus reposito, idque admovendo tantùm prunam, quæ materiam statim incendat. Materia incensa commoveri debet stylo ferreo, ut omnis bene consumatur, semper addendo novum cochlear materiæ, & tandem relinquetur massa una, quæ, ob colorem hepati animalium similem, vulgò *Hepar Antimonii* dicitur. *Marg.*

Hoc hepar redigatur in pulverem minutissimum: cribretur. Coq. cum sufficienti quantitate aquæ puræ. Præcipitetur affuso aceto. Edulcoretur aliquoties aquâ purâ. Filtretur per chartam. Siccetur in pulverem rubrum.

Huic iterum addantur Nitr. ℥. ij, Terantur minutissimè. Cribrentur: & instituatur detonatio hujus massæ, in crucibulo ignito, ingerendo materiam per cochlearia. Quando omnis materia est ingesta, & combusta, removeatur statim crucibulum ex igne, & spatula ferrea materia adhuc mollis existens auferatur ex crucibulo. Hanc materiam redige in pulverem, & aqua frigida aliquoties edulcora. Tum sicca. Eique iterum adde Nitr. purissim. ℥. ij. Pulverizentur minutissimè: cribrentur: & iterum in crucibulo per vices ingerendo hanc massam calcina. Materia autem omni ingesta, relinquatur crucibulum in igne per horas tres. Quibus elapsis, materia mollis è crucibulo extrahatur: aqua pura aliquoties edulcoretur. Tandem filtretur, & super charta exsiccetur leniter. Sicque relinquetur pulvis albissimus, qui est *Antimonium diaphoreticum*, nempe ter cæmentatum cum acido Nitri, atque ita fixum redditum, & vi vomitiva spoliatum.

Vires. *Est blandissimum aliquod alcali, quod acidos humores mirè absorbet,*

ſorbet, eorumque acrimoniam temperat. Hinc multorum, & magnorum morborum, remedium exiſtit: reddit humores fluidos, & à ſe invicem ſeparat coagulatos. Eos volatilizat: atque, ut per poros expelli poßint, aptos reddit.. Unde vulgò dicitur diaphoreticum, lithonthripticum, febrifugum. *Et fœliciter diſſolvit ſanguinem coagulatum, atque ſic Mumiæ, & ſperm. Ceti, vicem ſupplet. Acuatum aliquo alcali fixo plantarum, & ſtimulatum gr. j. aut altero, Scammonii, fit ſpecificum in quartana; in obſtructionibus diuturnis; aliiſque gravißimis affectibus. Cujus exemplum habemus in illo celebri pulvere, qui dicitur pulv.* Cornachini, *&* Comitis de Warwicke.

Doſ. *Eſt à ℈. ß. ad ℈. j. Ego ſemper do ad ℈. j. & optimum eſt, ſi addatur ℈. ß. ſalis alicujus plantæ.*

Alius proceſſus.

Marg. REc. Antimon. crud. Nitr. puriſſim. minutiſſime pulverizator. & mixtor. ana ℥. j. Fac detonent in mortario ad latus repoſito. Coque cum aqua: præcipita cum aceto: edulcora: & ſicca, pari modo ac factum eſt in Croco metallor. & habebis *Crocum metallorum.*

Huic croco iterum adde Nitr. optimè pulverizat. ℥. j. Miſce accuratè, &, in crucibulo ſuper carbonibus ignito, fac ut detonent per cochlearia. Tum materiam adhuc calentem ſpatulâ ferreâ ex crucibulo remove, antequàm induretur. Et aquâ purâ aliquoties edulcora, & ſicca. Tum iterum admiſce Nitr. opt. & pulverizat. ℥. j. Inde ſimul crucibulo; quod repone intra carbones bene accenſos tectum latere per horas. iij. aut iv. Sic Antimonium ſpiritu acido Nitri penitus figetur, &, depreſſo ejus feroci Alcali, in blandum abibit diaphoreticum. Remove calidum adhuc ex igne: & aquâ purâ aliquoties edulcora: ſicca: & ſerva uſui.

Vires. *Inſtar blandi alicujus alcali humores acidos temperat: eos ſolvit: & ad expulſionem præparat, unde vulgò inſenſibiliter diſcutere dicitur.*

Doſ. *à ℈. ß. ad ℈. j. imò & ad ʒ. ß.*

Alius proceſſus.

Idem. REc. Antimon. crud. Nitr. opt. ana ℥. j. Tere omnia ſeorſim: cribra: & miſce. Maſſam, in crucibulo ſuper carbonibus ignito, aut etiam in mortario ferreo ad latus repoſito, admotâ prunâ inflamma. Materiam relictam, quæ à colore hepatis animalium vulgò *Hepar Antimonii* dicitur,

dicitur, redige in pulverem ſubtiliſſimum. Cribra, & cum ſ. q. aquæ puræ per quadrantem horæ coque. Aquam refrigeratam, inſtillato aceto Vini, præcipita. Tum aliquoties aquâ purâ edulcora. Tandem pulverem rubrum relictum ſicca.

Huic iterum adde Nitr. puri minutiſſimè pulverizat. ℥. j. Miſce accuratè, iterumque in crucibulo ignito fac detonent. Materiam relictam adhuc calidam, & ferventem, ex crucibulo remove. Eamque ſemel, atque iterum aquâ purâ edulcora, & ſicca. Tunc adde iterum Nitr. puri minutiſſimè pulverizat. ℥. j. Miſce: & iterum, ut antea, in crucibulo ignito detona. Sed ita ut per iv. horas, in igne bene accenſo, relinquatur. Quo facto, aufer materiam adhuc calentem, & aquâ purâ ſemel ablue, relinquendo per noctem in illa aqua. Tum aquam decanta, & maſſam albam ſicca; quæ erit Antimon. diaphoreticum dictum.

Vires. *Acrimoniam humorum temperat: eoſque leniter præcipitat: inſenſibiliter diſcutit: humoreſque formâ vaporis expellit per poros inſenſibiliter, unde & diaphoreticum dicitur.*

Doſ. *à* ϵ. ß. *ad* ʒ. ß.

Vide proceſſum ultimum Reguli Antimonii.

CAP. XXVI.

Antimonii Sulphur verum, & inflammabile.

REc. Aquæ regiæ pro ſolvendo Antimonio paratæ (*vide proceſſum inferius ſub eo titulo*) ℥. iv. Antimonii crudi minutiſſimè pulverizati. ℥. j. Contineatur aqua regia in cucurbita oblongâ. Tum ſenſim, & per vices, injiciatur pulvis Antimonii, expectando ſemper, donec ceſſet effervefcentia. Pulvere omni injecto, reponatur vitrum in digeſtionem, per 24 horas. Tum effundatur tota ſolutio in ollam aquâ purâ repletam, & tota aqua evadet lactea. Decantetur ſtatim aqua lactea in aliquam ollam mundam, & in fundo relinquetur pulvis craſſus, & gravis. Qui pulvis eſt ipſum ſulphur Antimonii. Edulcoretur hic pulvis toties aquâ purâ, donec aqua non ampliùs lactea evadat, ſed relinquatur colore talis, qualis affuſa eſt. Tum pulverem ſicca, & ſerva uſui. Hic enim eſt *verum Sulphur inflammabile Antimonii.* Marg.

Vires. *Habetur pro inſigni cardiaco, & diaphoretico. Præcipuè laudatum eſt antiquis Chymicis. Putatur balſamum ſulphuris Rulandi fuiſſe concinnatum ex hoc ſulphure. Chymici tincturam hujus ſulphuris imprimis quærunt*

runt pro suo lapide Philosophorum tingendo: habet enim colorem aureum. Solvitur more aliorum Sulphurum cum oleis destillatis in balsamum Sulphuris Antimonii.

Dos. *est granorum.* iij.

Alius processus.

Marg. REc. Spiritûs Nitri Bezoardici dicti. ℥. iij. In illum immitte Antimon. crudi pulverizat. q. s. quamdiu effervescunt. Desinente effervescentiâ reponatur vitrum in digestione per horas 24. donec Antimonium in fundo vitri conspiciatur albissimum. Tum effunde solutionem in aquâ purâ, & statim aqua fiet albissima. Decanta mox aquam albam, & reperietur in fundo materia crassa, quæ tamdiu edulcoranda erit nova aqua, donec tandem aquam non ampliùs dealbet. Tum sicca pulverem relictum super arena tepida. Hic enim est *Sulphur inflammabile Antimonii.*

Vires. *Hoc sulphur est sudoriferum, cardiacum, conducens magnis morbis: liberans sanguinem ab impuritate: & præservans à putredine. Potest redigi in balsamum cum aliquo oleo aromatico, qualem balsamum existimo fuisse* balsamum Rulandi *dictum, qui ab illo Authore valde celebratus, nullibi verò descriptus, est.*

Dos. *sunt gr.* iij.

Flores, & sulphur Antimonii inflammabile: alius processus.

Idem. REc. Spiritûs Nitr. Bezoardic. ℥. iij. Indatur cucurbitæ vitreæ capitello munitæ. Huic affunde Antimonii minutissimè pulverizat. ℥. j. Agita vitrum, ut bene misceantur. Tum repone idem in digestionem per diem, & noctem, applicato capitello, donec cum magna effervescentia, & ebullitione, Antimonium reducatur in substantiam albissimam. Tum præcipita totam massam cum magnâ quantitate aquæ puræ. Sic tota aqua evadit lactea, & pulvis aliquis flavus præcipitabitur ad fundum. Decanta in momento aquam lacteam à prædicto pulvere, & hunc aqua pura aliquoties edulcora: semper in momento ferè decantando aquam lacteam toties, donec aqua non amplius lactea fiat, sed maneat sub nativo colore. Tum exsicca leniter pulverem, & serva. Hoc enim est *sulphur Antimonii inflammabile.* Aquas verò lacteas conjunge, & per hor. j. vel ij. repone, donec aqua fiat limpida. Tum decanta aquam,

&

& materiam albam relictam aliquoties aquâ purâ edulcora. Tum ficca, & ferva ufui. Hi enim funt *flores Antimonii albi, fixi dicti.*

Vires. *Sulphur Antimonii habet vim diaphoreticam, & fudorificam: habeturque in magno pretio apud Chymicos, in plerifque morbis incurabilibus, quos dicitur infenfibiliter curare. Hinc pro Panacea reputatur, ficut videre eft in Bafilio Valentino, in Hartmanno, aliifque Chymicis.*

Flores verò purgant per alvum tantùm fine vomitu, unde dicuntur fixi, *quia vomitum non movent.*

Dof. *Sulphuris funt gr. iij.*
Florum verò gr. iv.

Antimonii Sulphur verum: alius proceffus.

REc. Cinnabaris Antimonii q. v. In pulverem tenuem redigatur. *le Mort.* Et fuperfunde lixivii fortis, tantum, ut fupereminеat tribus, quatuorve digitis. Coquantur per tres horas bene agitando fpatulâ ligneâ. Nota: Si humiditas in coctione nimium evaporet, lixivium aliud minùs forte addendum effe. Tincturam rubram, & claram, per inclinationem à fæcibus fepara, addendo fæcibus aliud lixivium; hoc continuando, donec lixivium non ampliùs tingatur. Lixivia tincta confunde: ea refrigerari permitte: Sic poft tres, quatuorve horas, ad fundum præcipitabitur pulvis rubicundus. Lixivium clarum effunde, & aquam recentem fuper pulverem rubrum funde, hoc continuando donec pulvis lixiviofum, & ingratum faporem, & odorem, non ampliùs referat. Hic pulvis lento igne fuper chartâ emporeticâ ficcetur, & habebis verum fulphur Antimonii. Exinde paratur Panacea Sulphuris Antimonii: *vide proceffum fub eo titulo.*

Præparatio facilis fulphuris Antimonii: alius proceffus.

REc. Antimonii q. p. Huic affunde fucceffivè aquam regiam, quoufque ebullitio fedata fit (operatio hæc fiat in retorta vitrea.) Aquam regiam leni deftillatione per ignem lenem aufer. In fine autem operationis ignem vehementer intende. Ita enim in collo retortæ fublimabitur Sulphur Antimonii Subcitrinum, quod collige, & ufui referva. De cujus viribus lege Tachenium in fine Hippocratis fui Chimici. *Maëts.*

Præparatio, & fixatio, Sulphuris Antimonii: alius processus.

Maëts. REc. Antimon. Hungarici, ℔. j. Aq. Regiæ, ℥. xij. Committe retortæ vitreæ, sensimque affundendo aquam regiam Antimonio. Ebullitione sedatâ, sensim aquam regiam igne mediocri auferto, dando in fine ignem vehementissimum. Ita sublimabitur in collo retortæ Sulphur Antimonii sequenti modo figendum:

℞. Ol. Vitriol. ℥. ij.
Acet. stillatit. ℥. iij.
Mercur. ℥. j.
Sulphur. Antimon. ℥. iij. Pulverizato Sulphur Antimonii. Stent simul in digestione per hor. xij. Postmodùm coq. ad siccitatem. Massæ in fundo remanenti de novo mediam portionem prædicti menstrui affunde: & procede, ut prius. Hocque repetito tertiâ vice, auferendo ad siccitatem liquorem superfluum. Massæ exiccatæ affunde aquam pluvialem, &, ut artis est, ab omni salsedine ablue. *Ita Sulphur Antimonii fixum, magnarum virium in hydrope, affectionibus pulmonum, phthisi, internis apostematis, febribus malignis, & pestilentialibus, obtinebis.*

Dos. *à gr. v. ad* ∋. *j.*

Sulphur auratum Antimonii optimum: alius processus.

le Mort. REc. Scorias Antimonii supernatantes Regulo. Pulverizentur grosso modo. Iis superfundatur aqua communis frigida. Macerentur simul per duos, vel tres dies, bis in die materiam agitando. Sic tincturam assumet aqua flavam. Hæc tinctura præcipitetur spiritu Nitri, vel Aquâ forti. Sic Sulphur tenuissimum aurei coloris ad fundum præcipitabitur, *primum ens auri* dictum.

Vires. *Purgat lenissimè: sudores movet, & vomitum, si in magnâ quantitate assumatur. Antifebrile est egregium, si aliis febrifugis, & sudorificis, misceatur: unde Glawbero* Panacea aurea *audit.*

Dos. *à gr. j. ad gr. viij. Ad vomitum verò movendum ad* ∋. *j.*

Sulphur auratum Antimonii: alius processus.

Idem. REc. capitis mortui residentis post Mercurium revivifactum (*vide Processum sub tit. Revivificatio Mercurii*) q. v. Huic superfunde aquam commu-

communem pluvialem, non fontanam. Moveantur optimè ſimul; deinde ſubſideant; & ſic liquor, inſtar aquæ, limpidus apparebit. Huic liquori claro infunde quodcumque acidum. Sic illico flaveſcit ſolutio, & ad fundum præcipitabitur pulvis coloris aurei, qui optimè edulcorandus eſt, mediante aquâ communi: dein lentè exiccandus. Poſtea ad uſum reponatur, ſub nomine *Sulphuris veri Antimonii.*

Nota. Si aqua fervens ſuperfundatur capiti mortuo, tantò majorem extractionem efficit, ita ut quadruplo plus Sulphuris in præcipitatione deſcendat.

Vires. *Inſtar Panaceæ eſt, præcipuè ſi ulteriùs cum Spir. Vin. rectificatiſſimo in digeſtione reponatur. Febribus, & omnibus morbis per ſudorem curabilibus convenit: vermes pellit: obſtructiones tollit. Sin in nimiâ copia, ſeu doſi, propinetur, per vomitum, & ſeceſſum, purgat. Summi uſûs eſt in peſte, & menſtruis ſuppreſſis, paralyſi, melancholiâ hypochondriacâ, &c.*

Doſ. *à gr. ij. ad x. Sed ad vomitum ciendum ad ℈. j.*

Sulphur auratum Antimonii: alius proceſsus.

REc. Cinerum clavellator. Antimonii. an. ℔. j. Fundantur ſimul, ut liquefiant, per hor. ß. Dein, refrigeratis omnibus, materia pulverizetur, & infundatur aquæ communi. Coq. ſimul per horæ quadrantem. Sic ſolutio fiet rubicunda. Solutionem præcipita aceto Vini acerrimo. Sic fiet inſtar coaguli rubri, quod, mediante affuſione aquæ, edulcorandum eſt. Pulvis ultimò reſtans in ſole exiccetur, & ad uſum reponatur. *le Mort.*

Vires. *Croci metallorum vires æmulatur. vomitum, ſeceſſum, & ſudores movet.*

Doſ. *à gr. ij. ad xij.*

Chymicis dicitur primum ens auri, quoniam antiqui in Antimonio aurum reſidere putabant, & Antimonium, mediante hoc Sulphure, auro, & cæteris metallis, colorem ſat intenſum conciliare. Exaltatur hoc ſulphur, & pluribus laudibus evehitur à Glawbero, qui illud cum liquore ſuo *Alkaheſt*, id eſt, *liquore Nitri fixi*, præparare ſolet, quod poſtea ſub nomine *Panaceæ aureæ Antimonii* obtrudit.

Vide quoque Proceſſum le Mortianum, cui titulus, tinctura Antimonii, tertium.

CAP. XXVII.

Antimonii Flores albissimi.

Marg. REc. aquam illam lacteam in præcedenti processu Sulphuris Antimonii relictam: *vide processum superiorem, cui titulus Antimonii sulphur verum, & inflammabile.* Repone illam ad quietem, donec albedo fundum petat, & aqua superfluitet limpida. Decanta aquam limpidam, & materiam albam relictam novâ aquâ purâ aliquoties edulcora. Tum filtra per chartam. Coagulum album relictum in charta leni igne exsicca in pulverem albissimum, qui servetur usui: hi enim sunt *Flores Antimonii albissimi* dicti.

Vires. *Purgant per alvum tantùm, idque, leniter.*

Dos. *est gr. iij. vel iv.*

Alius processus.

Idem. REc. aquas illas albas in præcedenti præparatione collectas: *vide processum secundum sub titulo Antimonii sulphur verum, & inflammabile.* Repone donec evaserint limpidæ. Tum decanta aquam, & reaffunde novam aquam, atque tamdiu edulcora, donec aqua permanserit insipida. Tum filtra per chartam. Quod in charta relinquitur, siccetur in pulverem albissimum, qui sunt ipsi *Flores Antimonii albissimi* dicti.

Vires. *Purgant per inferiora tantùm.*

Dos. *gr. iv.*

Vide etiam processum tertium cap. superioris, sub tit. Flores, & Sulphur Antimon. inflammabile.

CAP. XXVIII.

Antimonii Flores rubri.

Idem. REc. Antimonii crudi, Salis Ammon. ana ℥. iv. Terantur omnia seorsim. Tum cribrentur, & misceantur: fiatque massæ hujus sublimatio ex cucurbita terrea, in igne aperto, applicato capitello vitreo, quamdiu aliquid adscendet: quod fit duarum, aut trium, horarum spatio; & tota ferè massa adscendet in capitellum. Removeantur Flores ex capitello

capitello refrigerato, cum aquâ purâ, effundanturque in ollulam puram, atque aquâ purâ aliquoties edulcorentur, ut scilicet auferatur sal Ammoniacum. Aquæ omnes rubræ filtrentur per chartam, ut & ipsi Flores. Sic in filtro relinquetur massa rubra, quæ vel ad aërem calidum, vel super arena lentè exsiccari debet in pulverem rubicundissimum, qui est insipidus, & constituit *Flores Antimonii rubros dictos.*

Vires. *Ex parte sunt diaphoretici, nam in totum inflammabiles sunt, sulphure Antimonii constantes: partim quoque vomitum, & secessum, movent. Conducunt gravissimis morbis, maniæ, melancholiæ, aliisque capitis affectibus.*

Dos. *sunt gr. iij.*

CAP. XXIX.

Antimonii sulphur fixum, sive Diaphoreticum Helmontii.

REc. Florum Antimonii rubrorum bene siccatorum, ℥. j. Pulverizatis adde Nitri purissimi, pariter pulverizati, ℥. ij. Misceantur exactè, & in crucibulo super carbonibus accensis bene ignito, instituatur detonatio, materiam per partes ingerendo. Et tota massa conflagrabit in substantiam albam. Quæ simul ac omnis ingesta fuerit, & combusta, auferatur mollis adhuc existens ex crucibulo, & refrigerata aliquoties edulcoretur aquâ purâ. Tum siccetur in pulverem, qui servetur usui. *Marg.*

Vires. *Est specificum in febribus, tam continuis, quàm intermittentibus, celebratum Helmontio in libro Belgico, qui* Aurora *inscribitur. Est nihil aliud, quàm* sulphur Antimonii fixum *redditum, blandè edulcorans massam sanguineam.*

Dos. *Helmontio est à gr. xx. ad xxxvj.*

Alius processus.

REc. Florum Antimonii rubrorum bene edulcorator. & siccator. ℥. j. Nitr. opt. & pulverizat. ℥. ij. Misceantur exactè. Hujus materiæ instituatur detonatio, in crucibulo ignito, super carbonibus accensis collocato, per cochlearia, & vices, semper injiciendo, & expectando, donec primum cochlear sit redactum in materiam albam: sic tandem habebitur, & relinquetur, in crucibulo massa alba, sive subflava, quæ est ipsum *sulphur fixum Antimonii.* Oportet verò totam massam extrahere cum *Idem.*

ſpatulâ, ſtatim, quando ab igne removetur crucibulum & quamdiu adhuc mollis eſt. Tum illa edulcoranda eſt aliquoties aquâ purâ, & ſiccanda in pulverem albiſſimum.

Vires. *Eſt inſigne diaphoreticum conveniens febribus quibuſvis, tam continuis, quàm intermittentibus, tam acutis, quàm chronicis, unde Helmontius hoc vocavit ſuum* diaphoreticum.

Doſ. *eſt à ℥. ß. ad gr. xxxvj.*

Vide. Proceſſum ſuperiorem Maëtſianum ſub titulo: *Præparatio, & fixatio ſulphuris Antimonii.*

Cap. XXX.

Panacea ſulphuris Antimonii.

Le Mort. REc. Sulphuris veri Antimon. (*ſcilicet præparati juxta proceſſum ſuperiorem le Mortianum, cui titulus Antimonii ſulphur verum,*) & Reguli Antimonii optimè purificati, ana ℥. j. In pulverem tenuiſſimum redigantur, & miſceantur, infundendo in retortam. Ei ſuperaffundantur ol. ſulph. per Camp. vel Ol. Vitriol. optimè rectificat. ℥. iij. Digerantur per ſeptem dies. Octavo die augeatur ignis, adhibito Recipiente amplo, & ol. Vitrioli ad ſiccitatem abſtrahatur. Ol. abſtractum pulveri in retorta reſtanti denuò affundatur; atque iterum abſtrahatur: hoc continuando per ſex vices. Ultimò addatur ℥. j. ß. recentis olei Vitrioli, & denuò abſtrahatur, igne in fine fortiſſimo, ad candeſcentiam ferè vaſis. Pulverem, fractâ retortâ, exime, & in crucibulo, per tres horas, bene candefacito, & erit pulvis totaliter fixus, &, ſi placet, ſpiritu Vini aromatizatum quater ab ipſo deſtilla.

Vires. *Purificat ſanguinem: omnibus morbis per ſudorem curabilibus medetur, præcipuè Lepræ, Morpheo, Scorbuto, Lui Venereæ, &c.*

Doſ. *à gr. j. ad viij.*

Cap. XXXI.

Præparatio Balſami ſulphuris Antimonii.

Maëts. REc. Salis mirabilis Glawberi q. p. Fundatur in crucibulo, eique ſucceſſivè adjicito particulas Antimonii, inſtar piſorum, quouſque conſpicies ſalem tuum eſſe ſufficienter imprægnatum Antimonio.

Quo

Quo in casu Sal mirabilis Antimonium ulterius dissolvere recusat. Tunc relinques supra ignem, donec aliquomodo frigescere, & in duritiem concrescere, incipit. Postea eximes salem tuum sulphureum Antimonialem adhuc ferè calentem, & in pulverem contundito (secùs enim humidum aëris sibi facilè conciliare solet) eique affundito ol. Succini rectificati, ad eminentiam duorum digitorum transversorum. Digerantur simul per noctem, & manè ex retorta vitrea instituatur destillatio. Ita ol. Succini secum rapit purissimam partem Sulphuris Antimonii, constituetque Balsamum Sulphuris Antimonii maximarum virium, quod interiùs, & exteriùs, summo cum ægrorum levamine præscribi potest.

Notato, quòd hoc Balsamum in principio vehementer fætet, sed post mensem unum, aut alterum, maxima fætoris pars perit.

Vires. *Interiùs exhibetur in affectibus pulmonum ex acri, & corrosivo, sale oriundis. Insuper adhibetur in dolore colico, paßione hystericâ, obstructionibus mensium, & similibus affectibus. Exteriùs applicatum dissolvit potenter tumores duros, glandulas induratas, & cum egregio successu exhibetur partibus frigore exustis. In genere id totum præstat, quod à Balsamo Sulphuris vulgari expectari potest, quòd sic conficitur. Vide Processum sub tit.* Præparatio Balsami sulphuris vulgaris.

Alius processus.

Rec. Sal. mirabilis Glawberi q. p. Fluat in crucibulo. Cui fluenti *Maëts.*
successivè adjice Antimonii ad instar pisorum contusi, quantum à sale dissolvi potest. Quod animadvertere poteris, quando Antimonium in superficie Salis indissolutum manet. Vel Rec. Salis mirabilis Glawberi partes. iv. Antimonii contusi, instar pisorum partem j. Sal illud sulphureum Antimoniale adhuc calens ex crucibulo eximatur, & in pulverem tenuem contundatur, antequam humiditatem aëris sibi contrahat. Pulverem hunc retortæ vitreæ committe: eique affunde Ol. Succini rectificati ad eminentiam trium, vel quatuor, digitorum. Digerantur per noctem simul. Postmodùm instituatur distillatio ad siccitatem. Ita enim ol. Succini imprægnabitur virtutibus sulphuris Antimonii, & obtinebis Balsamum magnarum virium, quod vices explere potest omnium balsamorum, quæ ex sulphure extrahi possint, exhibeturque interiùs, & exteriùs applicatur in omnibus affectibus, quibus Balsama sulphuris ullo modo succurrere possunt.

Alius processus.

Marg. REc. Sulphuris Antimonii puriſſim. ℥. ß. Ol. Terebinth. vulgar. ℥. ij. m. & in cucurbitâ vitreâ oblongâ digere, ſed igne tertii gradûs, per tres horas, ita ut ſulphur cum magno ſtrepitu ſolvatur. Relinque vitrum in arenâ, donec ſit ſponte refrigeratum. Tum ſolutionem decanta, & in olla mundâ, affuſâ ſufficiente quantitate aquæ puræ, per quadrantem horæ, coque, dando operam, ut ignis non flammæ, ſed prunarum tantùm, adhibeatur, quia materia facillimè accenditur, accenſa verò nullâ aquâ extingui poteſt.

Aquâ refrigeratâ effunde aquam cum ſuperfluitante oleo Terebinthinæ, & reperies in fundo Balſam. ſulphuris nigrum, & craſſum inſtar picis, qui cum quatuor, aut quinque partibus olei alicujus aromatici, ut eſt Aniſi, Fœniculi, in gratiſſimum Balſamum diſſolvi poterit. Vel extrahe cum ſpir. Vin. rectificato in tincturam, quam ſerva uſui.

Vires. *Putatur eſſe à pleriſque Chymicis Balſamum naturæ, diciturque confortare calidum nativum, & inſenſibiliter depurare maſſam ſanguineam, unde, maximorum morborum remedium eſſe perhibetur. Videatur Hartmannus in praxi Chymiatrica, & Baſilius Valentinus in curru triumphali: nam Antimonium de natura ſolari eſt, ſive materia Solis eſt.*

Doſ. *Sunt gr. iij.*

CAP. XXXII.

Præparatio Panaceæ ex ſale Antimonii nativo.

Maëts. REc. Sal. Antimonii nativi q. p. Conteratur in pulverem tenuem. Eique affundito aq. pluvialem ad eminentiam digitorum trium tranſverſorum. Coq. in fictili vitriato. Ita enim adſcendet in aquæ ſuperficie flos tenuis, quem cautè cum cochleari argenteo auferto, & exſiccato: eique poſt modùm affundito ſufficientem quantitatem alcohol Vini, & inflammando fige.

Exhibetur hæc Panacea tanquam ſpecificum in Epilepſia cum raſura ungulæ Alcis, cranii humani, magiſt. Corallorum, & ſpiritu ſanguinis humani.

Doſ. *à gr. iv. ad x.*

Exhibetur inſuper pro ſudorifero magnarum virium in Peſte, febribus malignis, Variolis, Morbillis, & cæteris affectibus ſudore curandis.

CAP. XXXIII.

Panacea Anwaldina.

REc. Salis Antimonii mineralis, vel (ejus defectu) Salis Antimonii per sublimationem rectificati, q. p. Hunc in alcohol conterito, eique affunde Spir. Vitriol. rectif. ad eminentiam dig. j. *Maëts.*

Spatulâ lignea bene incorporato, & postmodùm ad siccitatem evaporato. De novo eamdem quantitatem Spir. Vitriol. affundito, & evaporato, ut priùs: & hanc operationem tertia vice repetito. Hoc peracto, affunde alcohol Vini ad eminentiam digitor. trium transversor. Stent in digestione per hor. xij. & postmodùm, per destillationem, alcohol Vini ad siccitatem auferto, & peracta erit Panacea, quæ Anwaldo, solet adscribi, cujus *dos. à gr. ij. ad x.*

Exhibetur specificè in Epilepsia; insuper in morbo Gallico: in hydrope: in Scorbuto inveterato. Medicamentum est potentissimum, potenter obstructiones corporis humani tollens, ac proinde, in morbis chronicis, summo cum ægrorum fructu exhiberi potest.

CAP. XXXIV.

Antimonii Clissus.

REc. Antimon. crud. ℥. ij. Nitr. opt. ℥. iv. Sulphur. commun. ʒ. iij. Redigantur omnia seorsim in pulverem, qui cribretur, & misceatur, dum sit in ignem imposita retorta tubulata, applicato recipiente amplo vitreo, quod contineat pauxillum aquæ puræ. Sit autem junctura recipientis cum retorta leviter tantùm clausa. Tum in retortam ignitam ingeratur cochlear prædicti pulveris, statimque claudatur tubulus, aut foramen, operculo. Sic in momento materia incendetur, propelleturque nubes in recipiens. Cessante inflammatione, ingeratur novum cochleare ejusdem materiæ, continueturque operatio, donec omnis materia sit consumpta. Sic tandem in recipiente pro aqua communi reperietur succus acidissimus, qui, recipiente crebriùs moto, & hinc inde loto, auferatur, & servetur usui: hic enim est *spiritus acidus sulphuris Antimonii*, qui vulgò *Clissus* dicitur. *Marg.*

Vires. *Est stomachicus, & alexipharmacus, diciturque facere ad longam vitam.*

Dof. *sunt aliquot guttæ in convenienti liquore.* Vide processf. sub tit. Acetum Antimon. compositum, qui processus videtur esse idem cum hoc.

CAP, XXXV.

Quinta essentia Antimonii.

Maëts. REc. Florum Antimonii in summam rubedinem, per continuas flammas, fixatorum q. p. Misce cum æqual. portione Sal. Ammon. & sublimentur simul. Ita enim portio florum adscendit, portio verò in fundo remanebit; cui novam adde Sal. Ammon. portionem, & sublimato, ut priùs. Hoc verò continua, donec maxima pars florum elevata sit in altum cum Sal. Ammon. Hisce floribus affunde aq. pluv. & ab omni salsedine liberato, exiccatoque. Cui pulveri affundito menstruum ex Spir. Urinæ, & Spir. Vini, dephlegmatis, ana, compositum. Stent simul in digestione, quousque pulvis tuus rubicundus in menstruo prædicto sit solutus. Instituatur distillatio, ex retorta, leni primò igne: Sic enim transibit Spir. Vini. Postmodùm augeatur ignis, & subsequetur quinta essentia Antimonii, sub forma olei rubicundi, fragrantis odoris.

♃. Croci Solis cum oleo Mercuriali præparati q. p. Huic affunde quint. Essent. Antimon. ad eminentiam transversor. dig. ij. Stent in furno fixationis, sive arena calida, quousque qualitas Essent. Antimonii sese intimè univerit cum croco Solis, & degenerent simul in pulverem rubeum, ac præparata erit medicina summa ex sole, & antimonio, conflata.

Dof. *à gr. j. ad iv.*

CAP. XXXVI.

Præparatio Sudoriferi ex Antimonio.

Idem. REc. Antimon. opt. longis striis splendent. ℥. v. vel part. v. Sal. Tartar. opt. purificat. ℥. j. Sal. commun. ℥. iv. Conterantur in pulverem tenuem, & exactè inter se misceantur, & committantur crucibulo, ignique exponantur, donec instar aquæ fluant. Effundantur in conum fusorium. Ita enim in fundo coni residebit Antimonium correctum in forma Reguli: à superiori verò parte observabis scorias salinas, quas à Regulo separato.

Hæ

Hæ ſcoriæ in aq. pluv. reſolutæ curant exteriùs ſcabiem, ſi locus ſcabie affectus hoc lixivio ſæpe lavetur.

Regulum verò in fruſta comminuito, & aq. pluviali edulcorato, exiccato, uſuique reſervato. Hunc ſi exhibere volueris in pulverem tenuem conterito, donec omnes ſcintillæ diſpareant, pulviſque refetat colorem obſcurè rubrum.

Doſ. *in adultis à gr. xij. ad xx. uſque.*

Exhibetur etiam in febri, tertianâ præcipuè, reliquiſque febrium ſpeciebus, horâ unâ ante paroxiſmum, ſtraguliſque opertus ſeſe ad ſudores componat æger.

Nota: *quod pulvis hic fœliciùs operatur, ſi ejus uſum purgans præceſſerit. Itidem, ſi exhibeatur cum tinctura Opii correctâ cum Sale Tartari, quod potentiùs vires exercet ſuas, minore cum patientis moleſtiâ. Exhibetur inſuper in obſtructionibus quibuſvis per ſudorem curabilibus.*

CAP. XXXVII.

Antimonii pulvis emeticus, abſque ullo incommodo operationes exercens

REc. Vitri Antimonii hyacinthini per ſe facti abſque ullo addito. *Maëts.* v. g. ℥. vj. Nitr. puriſſim. ℥. ij Alcoholizentur, & exactè inter ſe miſceantur, & in crucibulum candens conjiciantur, ut moris eſt in Antimonii diaphoretici præparatione. Calcinatione peracta, maſſam tuam ex crucibulo exime: & in pulverem conterito: cui affunde aquam tepidam, & edulcora. Poſtmodùm ubi omnis ſalſedo ablata eſt, affunde novam aquam tepidam, & ſimul agitato, ita enim aqua lacteſcit. Quem lacteum liquorem effunde, & tuæ maſſæ denuò aliam aquam tepidam affunde, & procede, ut priùs. Ita remanebunt grumi quidam in fundo, qui ſunt abjiciendi, quippe non ſatis per Nitrum correcti

Doſ. *eſt à gr. vj. ad gr. xv. in infuſione Vini.*

CAP. XXXVIII.

Syrupus emeticus.

REc. Infuſionis præcedentis pulveris cum Vino q. p. Huic adde ſac- *Idem.* chari clarificati q. s. &c. ad Syrupi conſiſtentiam evaporato.

Doſ. ℥. ß.

CAP, XXXIX.

Antihecticum Antimonii.

Maëts, REc. Reguli Antimonii, Stanni Anglic. opt. an. q. p. Fundantur simul in crucibulo, & ubi bene fusa steterint, effundantur, &, simul ac refrigerata erunt, comminuantur in pulverem tenuem. Cui admisce Nitr. purificati præter propter dimidiam partem. Totius massæ instituatur calcinatio in crucibulo, ut artis est, in Antimonii diaphoretici præparatione. Calcinatione peractâ, salsedinem ablue, pulveremque subtilissimum à grumis separato, ut dictum in pulvere emetico. (*Vide processum superiorem sub eo titulo.*)

Exhibetur hoc medicamentum in Lue Venerea: principaliter in ulceribus inveteratis, ex acri sale originem trahentibus. Exhibetur itidem in hecticâ incipienti: in obstructionibus uteri: & diversimodè, pro ratione subjectorum, operari solet. In quibusdam enim per diuræsin operatur: in quibusdam autem per sudores: in aliis verò per sedes. Et quandoque ubi ventriculus saburrâ oneratur, per vomitum unum, vel alterum, vires suas ostendit. In Lue Venereâ, uti & in ulceribus inveteratis, commodè exhibetur in decocto Guajaci, Sassafræ, Sarzæparrillæ, &c.

Dos. *à gr. v. ad viij.*

Exteriùs summo cum successu inspergitur ulceribus. Vel, si mavis, misceatur pulvis hic cum emplastro Diasulphuris Rulandi. Secundus processus Antihectici habetur cap. 50. quod vide.

CAP. XL.

Menstruum ad tincturam Antimonii.

Idem. REc. Chrystallor. Veneris, part. ij. Sulphuris mineralis (quod bene nota) part. j. Contundantur in alcohol, & misceantur exactè inter se. Et retortæ vitreæ committantur, & igne leni destillationem tuam aggreditor: & successivis gradibus prosequitor ad totalem fumorum expulsionem. Ita enim videbis flores quosdam Sulphuris elevatos in vas recipiens, unà cum liquore acido prædictis floribus inquinato. Quem per repetitam destillationem rectifica, & obtinebis liquorem clarum, limpidum, acetum accerrimum.

CAP.

CAP. XLI.

Tinctura Antimonii.

REc. Vitri Antimonii hyacinthin. per se facti (quod bene nota) q. p. Contund. in alcohol. eique affundito menstrui præcedentis ad eminentiam dig. iij. Stent in digestione continuâ, bis, terve, de die cum bacillo ligneo agitando (quod nota bene) quòusque menstruum tuum flavissimam tincturam ex Antimonio extraxerit. Tincturam decanta, &, si visum fuerit, cum novâ sufficienti quantitate menstrui iterum tentetur extractio. Tincturas confunde, & per alembicum fiat ablatio superflui liquoris, quòusque extractio tua ad olei formam redacta fuerit. Huic affunde alcohol Vini ad eminentiam dig. transversor. iij. Stent in digestione tepida simul, & observabis spiritum Vini tuum tincturâ Antimonii impraegnari. Tinctum hunc spiritum decanta, & ad remanentiam dimidii per destillationem auferto. Ita enim obtinebis tincturam Antimonii efficacissimam. Quam si magis coloratam desideraveris, cum croco solis sequenti methodo conjungito: *Maëts.*

℞. Croci solis, part. j.
Tinctur. Antimon. præpar. part. iij.

Misce simul in vase Porcellano, & leni igne ad siccitatem evaporentur.

Dos. *Tincturæ est à gtt. v. ad xv.*

Dos. *autem pulveris à gr. ij. ad gr. vj.*

Exhibetur tinctura hæc in omnibus morbis per sudorem curabilibus. Principaliter autem in morbo Venereo, Lepra, in scabie profundâ, & inveteratâ; in febribus; Apoplexia, contracturis, &c.

CAP. XLII.

Crocus Solis ad præcedentem operationem.

REc. Solis per Antimonium purgati, part. j. Mercurii à fæcibus, & nigredine, lavati, part. vj. Fiat secundùm artem amalgama. Quo commisce sulphuris duplum totius. Misce inter se, & sub tegulâ calcinentur, continuò agitando ad totalem sulphuris, & Mercurii, expulsionem. Ita obtinebis crocum, à fæcibus, si quæ adsint, abluendum. *Idem.*

CAP. XLIII.

Tinctura Antimonii: processus alius.

Le Mort. EX Antimonii vitro optimè pulverizato fit tinctura Antimonii, sequenti modo:

℞. Vitri Antimonii q. v. Ei superfunde spiritum sal. dulcem, cui guttæ aliquot Spir. Nitri permixtæ sunt. Stent simul in digestione per dies aliquot, donec flavissimam ex Antimonio susceperit tincturam. Quam decanta, & in balneo Mariæ destilla ad quartæ partis remanentiam. Huic superfunde recens alcohol Vini, & digere, ut antea, & obtinebis tincturam magnarum virium.

Eadem hæc tinctura fieri potest in sequenti menstruo:

℞. Spir. Sal. comm. optimè rectificat. ℥. iij.
Spir. Nitr. rectificat. ℥. ij.
Alcohol Vin. ℥. xij.

Digerantur simul, & postea destillentur: & destillatio bis repetatur, donec spiritus optimè uniti sunt, quo extrahe tincturam, ut ante.

Secundò: loco vitri Antimonii crocum metallorum accipere licet, præcipuè illius croci, qui cum sale communi præparatus est.

Tertiò: huic tincturæ solis tincturam permiscere solent, ad Vires ejus magis augendas.

Vires. *Instar Panaceæ est in omnibus morbis per sudorem curabilibus, & multò minorem laborem, & tempus requirit, quàm tinctura, quæ fit, mediante aceto destillato.*

Dos. *à gtt. j. ad x. in Vino, vel alio liquore, præsertim sudorifero.*

Alius processus.

Idem. REc. Antimonii, Nitri, ana part. j,
Sal. Tartar. part. ij.

Misce optimè simul, & injiciantur crucibulo candenti. Fundantur simul per hor. ß. ad minimum. Dein, refrigeratis omnibus, materia pulverizetur. Pulverizatæ superfunde spiritûs Vin. cum sale alcali rectificati q. s. ad supereminentiam aliquot digitorum. Digerantur simul in phiala arctissimè clausa per dies aliquot, donec sanguineo colore tinctus appareat spiritus. Tum decanta, & recentem spiritum Vini fæcibus superfunde, &

digere,

digere, ut antea. Hoc tamdiu continuando, donec tincturam amplius dare nequeat. Tincturas omnes confunde, & ad medietatem spir. Vin. in balneo Mariæ abstrahe. Dein usui serva.

Vires. *Cardiacum, & sudoriferum, est. Venenis, & putredini, resistit: Icterum curat: omnes obstructiones tollit: vermes pellit: urinam ciet.*

Dos. *à gtt. iij. ad ℈. j. Et instar Panaceæ est in omnibus febribus, & cachexia.*

Alius processus.

Rec. Antimonii, Salis alcali, ana ℔. j. Contundantur grosso modo, & infundantur crucibulo candenti. Fluant simul per hor. j. ß. Dein, refrigeratis omnibus, materia pulverizetur. Pulverizatæ superfundatur alcohol Vini purissimum ad supereminentiam.ij. dig. Digerantur simul per dies aliquot. Dein clarum à fæcibus separetur, & usui servetur. E fæcibus sulphur auratum extrahi potest, in satis largâ copiâ, si aqua communis ei superfundatur,& simul coquantur per hor. ß. Tum decoctum filtretur: filtratum cum aceto præcipitetur: præcipitatum edulcoretur, & exiccetur. *le Mort.*

Vires *Tincturæ Antimonii. Cardiaca est, omnibus obstructionibus, morbis, & febribus conveniens: sudores movet: calculum pellit.*

Dos. *à gtt. v. ad ℈. ß. in vehiculo convenienti.*

Vires *Sulphuris aurati. Sudores movet: vomitivum est, si largiori sumatur dosi: vermes necat.*

Dos. *à gr. j. ad viij. Ad vomitum gr. xij.*

Tinctura Vitri Antimonii: alius processus.

Rec. Vitri Antimonii ritè præparati, etiamsi pellucidum haud sit, modò probè percoctum sit, ℥. ij. Redigatur in pulverem subtilissimum: cribretur: includaturque lagenulæ vitreæ, affundaturque ei spiritûs Veneris sufficiens quantitas, & instituatur digestio per dies, & noctes, quatuordecim, vel donec tinctura sanguinea obtenta fuerit. Tum fiat separatio menstrui à vitro per lenem decantationem, reponaturque tinctura ad quietem per diem, & noctem. Decantetur iterum à fæcibus. Hoc toties fiat, donec tinctura planè pellucida sit, nec ampliùs quicquam fæcum deponat. Quo obtento, fiat destillatio hujus tincturæ ex retorta vitrea, leni igne, ad siccitatem usque (si potest fieri in balneo Mariæ, melius erit.) Sic recuperabitur spir. Veneris, sive menstruum affusum, *Marg.*

sub

ſub forma pellucida, & alba. In fundo verò retortæ relinquetur pulvis rubicundus. Huic pulveri affunde Alcohol Vini q. s. Digere per diem, & noctem. Tincturam decanta, & ſerva uſui. Et, ſi placet, deſtilla ad dimidiæ partis conſumptionem. Sic habebis tincturam oleoſam, ſive oleiformem, à Chymicis plurimùm expetitam.

Vires. *Dicitur corroborare ſanguinem, atque ab omni labe mundare, ſimulque eum reddere incorruptibilem. Fortè hac de cauſâ, quòd hæc tinctura tantam torturam ignis perpeſſa, conſtans tamen permanſerit. Dicitur curare Elephantiaſin, Lepram, omneſque alios inſanabiles morbos.*

Doſ. *Eſt guttar. iij.*

Tinctura Antimonii genuina: proceſsus alius.

Marg. REc. Vitr. Antimonii ſine ulla additione præparati ℥. j. Huic in lagenulâ vitrea affunde ſpir. Vener. rectificat. ℥. iv. Digerantur, vitro exactè clauſo, per dies, & noct. xiv. Et habebitur liquor ſanguinei coloris, qui à pulvere Vitr. Antimonii leniter decantatus, ita ut ſine fæcibus ſit, deſtilletur ex retorta vitrea ad ſiccitatem uſque, & quidem igne non adeò valido. Sic in fundo relinquetur pulvis aliquis rubicundus, qui cum ſpir. Vin. per aliquot d. & noct. in digeſtionem repoſitus, alcohol Vini rubedine jucundâ tinget. Decanta tincturam, & ex retortâ pura deſtilla ad dimidias. Sic relinquetur in retorta liquor rubicundiſſimus, olei inſtar pinguis, qui Chymicis dicitur *Eſſentia*, *Balſamus*, & *tinctura genuina*, Antimonii.

Vires. *Dicitur corroborare ſpiritus vitales, ſanguinemque præſervare à putredine: hinc &* tinctura vitæ *appellatur. Operatur autem ſine ulla manifeſta alteratione, nempe faciendo nec vomitum, nec ſeceſſum, nec ſudorem excitando.*

Doſ. *ſunt gtt. iij.*

CAP. XLIV.

Calcinatio Antimonii pro Vitro.

Idem. REc. Antimonii crudi minutiſſimè pulverizat. ℔. ß. Indatur patellæ terreæ non vitriatæ, ponaturque ſuper carbonibus accenſis, agiteturque perpetuò ſpatulâ aliquâ nec ligneâ, nec ferreâ, ſed aut terreâ, aut cupreâ, ita ut fumus copioſè exhalet, donec concreſcat in globulos. Terantur hi globuli rurſus, fiatque calcinatio, ſicut antea,

ſem-

ſemper expectando, donec concreſcat, & concretum iterum terendo, donec tandem Antimonium relinquatur ſub forma pulveris cineritii coloris, & qui, carboni vivo impoſitus, fumum non emittat. Tum enim Antimonium ritè calcinatum eſt pro vitro hyacinthino.

Uſus. *Inſervit parando vitro Antimonii. Poteſt etiam ex hac calce cum Spir. Aceti, & Spir. Veneris, extrahi tinctura.*

Secundus proceſſus.

REc. Antimon. crud. ſubtiliſſimè pulverizat. ℔. j. Inde patellæ terreæ, non vitriatæ: & impone carbonibus accenſis, perpetuò agitando ſpatulâ aliquâ, aut ſtylo, ſed nec ligneo, nec ferreo, verùm ex alia materia, quæ Antimonium inficere nequit, qualis eſt fiſtula Tabaccalis, donec tandem Antimonium concreſcat in globulos, ſive grumos, quod fit tardè, ſi ignis nec validus nimis, nec imbecillus ſit. Quòd ſi ignis ſit vehemens, ſtatim concreſcet. Debetque tum iterum redigi in pulverem, & eodem modo tractari, ſicut antea, donec non ampliùs in grumos concreſcat, ſed relinquatur ſub forma pulveris incani, ſive cinerei, parum, aut nil fumi, emittens, qui ab initio copioſus, & ſulphureus eſſe conſuevit. Calcem præparatam ſerva uſui. *Marg.*

Uſus. *Inſervit fundendo vitro, ut & extractioni tincturæ per Spiritum aceti, & Spir. Veneris.*

Tertius proceſsus.

REc. Antimon. opt. minutiſſimè pulverizat. & cribrat. ℥. iv. Inde patellæ terreæ, non vitriatæ, quam repone ſuper carbonibus moderatè accenſis, & ſpatulâ lapideâ perpetuò agita, ne adhæreſcat fundo, ſed multum fumi, & ſulphuris, emittat, dando operam, ne ignis ſit, vel nimis validus, vel nimis remiſſus. Primò enim modo fluet Antimonium, quod fieri non debet: altero modo, non fumabit, & ſic non calcinabitur. Cùm concreverit in grumos, terantur illi rurſus, procedaturque ulteriùs calcinando, ſicut antea (oportet ſæpe terque quaterque pulverizare) donec Antimon. non ampliùs grumeſcat, nec multum fumi emittat, ſitque præterea cinerei coloris. Sic ritè calx erit præparata. *Idem.*

Uſus. *Inſervit parando vitro, ut & tincturæ, Antimonii.*

Calcinatio, ſive incineratio, Antimonii: proceſsus quartus.

Marg. REc. Antimon. crud. ſubtiliſſimè pulverizat. ℥. iv. Imponatur fictili terreo, non vitriato, reponaturque intra carbones bene accenſos: agitetur perpetuò ſpatulâ terreâ, ne adhæreat fundo, ut fumus ſulphureus ſeparetur, donec concreſcat in globulos.

Quo facto, redigatur iterum in pulverem, & denuò igni redde. Iterum agita, ſicut antea: &, quoties in grumos concreſcit, iterum tere, & ſic perge, donec tandem Antimonium non ampliùs concreſcat in grumos, ſed ſub formâ pulveris gryſei relinquatur, & erit rite præparata calx Antimonii.

Uſus. *Inſervit fuſioni vitri Antimonii, ut & tincturæ extractioni.*

CAP. XLV.

Vitrum Antimonii.

Idem. REc. Calcis Antimon. præcedenti modo paratæ, q. s. Statuatur crucibulum ſuper carbonibus accenſis. In hoc ignitum ingeratur calx Antimonii: relinquaturque ibi per dim. hor. per ſe, ſine ulla additione aut boracis, aut florum Sulphuris, aut Nitri. Tum effundatur fluidum Antimonium ſuper patellam cupream lævigatam, ut poſſit fluere in lamellas, quæ ad ignem refrigerentur, ne rumpantur in multas partes, & habebitur vitrum Antimonii pellucidum, & rubri coloris, quod ideò *Hyacinthinum* dicitur.

Si non ſit pellucidum, planè indatur hoc vitrum iterum in crucibulum, & fundatur eodem modo adhuc ſemel, vel bis, & fiat pellucidum. Quòd ſi, ne ſic quidem, pellucidum erit, redigatur vitrum obſcurum in pulverem, & calcinetur ſicut ab initio, donec fumum non ampliùs emittat, & tum iterum funde, ſicut antea. Si, ne hoc quidem modo, fiat pellucidum, redigatur vitrum in pulverem minutiſſimum, eique affundatur Spir. Veneris rectificatus. Digeratur per d. & noct. xiv. Tum decanta tincturam ſanguineam, & ſerva uſui. Vitrum verò in fundo relictum recipe, & in crucibulo funde, ſicut antea, in vitrum Antimonii. Quod ſine dubio erit pellucidum, & hyacinthinum.

Vires. *Movet vomitûm, & ſeceſſum, ſi imponatur vino albo, & per noctem in eo relinquatur. Nempe ſi ℥. ij. Vini albi imponatur ʒ. j. vel altera, Vitri Antimonii. In ſubſtantia datur ad gr. iij. in conſerva aliqua.*

Eſt

Eſt Amſtelodami artifex, qui toti mundo parat hoc vitrum, & huic rei unicè incumbit. Sed ille per tincturam parat, & reddit illud aliquantò durius, quàm meum, unde ſine dubio addit aliquid aliud.

Proceſsus ſecundus.

REc. Calcem Antimon. præcedenti proceſſu elaboratam. Inde omnem ſimul in crucibulum, ſuper carbonibus accenſis collocatum, & ignitum. Tegatur latere: ſerveturque ſic in igne bene accenſo per ſemihoram, ut Antimonium fluat inſtar aquæ. Tum effunde fluidum Antimonium in patellam cupream mundam, & politam, ut Antimon. Fluere poſſit in lamellas, nec tenues nimis, nec craſſas. Refrigeretur ſenſim, prope ignem, ne vitrum rumpatur in ſubitaneo frigore. Si rite præparatum eſt, erit vitrum pellucidum coloris hyacinthini. Quòd ſi opacum fuerit, conſueverunt Chymici vitrum redigere in pulverem, & denuò calcinare ſicut ab initio, tumque iterum fundunt, ſicut antea. *Marg.*

Quòd ſi, ne ſic quidem, pellucidum erit, extrahunt tincturam cum Spir. Vener. & tum calcem albam iterum fundunt in vitrum. Sed, ne ſic quidem, interdum pellucidum evadit. Videtur culpa eſſe in Antimonio diverſi generis, quod nunquam ad pelluciditatem perduci poteſt. Sæpe tamen Antimonium brevi labore calcinatur prædicto modo, & ſtatim in vitrum pellucidum abit, quod ſine dubio à diverſitate Antimonii proficiſcitur. Chymici tamen ad præparationem Vitri Antimonii commendant diem ſerenum, & clarum, quem multum putant ad pelluciditatem contribuere.

Vires. *Inſervit diverſis præparationibus, ut Oxyſaccharo vomitivo. Tartaro emetico, Vitro correcto vomitivo Zwelferi. Per ſe autem, & ſolum exhibitum, ſiquidem purgat in præparatis quoque per ſuperiora & inferiora, & cum violentiâ aliqua, ſolet infundi cum vino, item cum muſto, & redigi in ſapam.*

Doſ. *in ſubſtantia ſunt gr. ij. vel gr. iv. in infuſo verò gr. vj. vel viij.*

Vitrum Antimonii hyacinthinum: proceſsus tertius.

REc. Calcem Antimon. præcedenti modo præparatam. Stet crucibulum mundum ſuper carbonibus probè ignitum. Inde unâ vice omnem calcem Antimonii. Crucibulum laterculo accuratè claude, ne carbones incidant. Relinque ſic intra carbones bene accenſos per dim. *Idem.*

hor. Tum fluidum Antimonium infunde in patellam cupream tersam, & politam, margine circumdatam, & priùs modicè calefactam, ut fluat in lamellas tenues, quæ erunt pellucidæ, & sanguineicoloris, si calx rite præparata fuerit. Oportet verò refrigerare in patella, ne statim rumpatur.

Vires. *Purgat per superiora, & inferiora, si frustulum ejus, cujuscumque ponderis, imponatur per noctem, duabus ℥. vini albi. Redigitur etiam in pulverem, & exhibetur in substantia.*

Dos. *sunt gr. iij. vel iv.*

Processus quartus.

Marg. REc. Calcis Antimonii præcedenti modo præparatæ ℥. iv. vel q. s. Ingeratur in crucibulum super accensis carbonibus bene ignitum, relinquaturque latere tectum per dim. hor. in igne satis valido, donec fluat instar aquæ.

Tum effunde super lamellam cupream tersam, ut fluat in lamellas tenues, & pellucidas, quæ erunt coloris hyacinthini, si calcinatio rite peracta fuerit.

Vires. *Habet emeticas vires, per vomitum, & secessum, potenter excludens biliosos humores.*

Dos. *in substantia est gr. iv. in infuso, gr. vj.*

Imponitur quoque quæcumque quantitas vitri per noctem Vini albi ℥. ij. & postea solum vinum exhibetur, edulcoratum saccharo pro vomitorio. Non debet autem Vini quantitas superare ℥. ij. nec diutiùs, quàm per noctem, infundi. Crocus Antimonii est mitior, quàm vitrum ejusdem, unde ego eo utor, non hoc.

Processus quintus.

Le Mort. REc. Antimon. crud. opt. pulverizat. q. p. Immittatur pelvi terreæ vitriatæ. Calcinetur leni igne, donec subgryseum acquirat colorem. Auge deinde parumper ignem, donec fumus omnis ferè cesset, & in cineritium desinat colorem. Postea liquefiat in crucibulo, & effundatur super cuprum vel ferrum, excalefactum. Dein servetur usui.

Nota primò. Si accelerare calcinationem animus sit, admisceatur Antimonio media pars Salis gemmæ.

Nota secundò. Si vitrum satis transparens non sit, calcinatio iterari debet.

Nota.

Nota tertiò. In calcinatione cavendum ab igne forti, quia in grumos facile ibit Antimonium, qui denuò pulverizandi sunt.

Nota quartò. Borax in sufficienti quantitate Antimonio fundendo addita, pelluciditatem ejus promovet.

Nota quintò. Si cum sale gemmæ calcinatio facta fuit, illud denuò ab Antimonio, mediante aquâ, separandum est.

Nota sextò. Si calcinatio ulteriùs intendatur ad album colorem, diaphoreticum evadet Antimonium, & fixum.

Nota septimò. In fusione vitri grumi aliqui Reguli ad fundum descendunt, qui postea à vitro separandi sunt.

Vires. *Vomitivum est sat violentum, bilem, & pituitosos humores, expurgans.*

Dos. *in substantia à gr. j. ad iv.*

In infusione in Vino à gr. iij. ad gr. x.

Exinde vis vomitiva in infusionibus nunquam, vel sat tardè exhauritur, & inde fit poculum vomitivum, si vitrum Antimonii fusum effundatur in pocula, vel in cantharos, ut fundum tegat.

Processus sextus.

REc. Antimon. crud. q. v. Redigatur in pulverem subtilem. Immittatur patinæ terreæ vitriatæ supra ignem. Tamdiu calcinetur continuâ agitatione cum spatulâ ferreâ, donec in vehementissimo igne nullum ampliùs fumum emittat. *le Mort.*

Nota primò. Vehementissimus ignis gradus est, ubi patina inferiùs candescere incipiat.

Nota secundò. Lento igne incipiendum est, quoniam alias in grumos citissimè abit Antimonium. Quod denuò, si ita contingat, pulverizationi subjiciendum est.

Hoc tandem Antimonium calcinatum crucibulo infunde, & in igne satis vehementi fundatur. Fusum effundatur in pelvem æneam, vel terream vitriatam, optimè antea excalefactam. Dein lento modo frigefiat, si expetatur Antimonii vitrum satis durum, & minùs fragile, quò enim citiùs frigebit, eò fragilius existet.

Vires. *Vomitorium est, quoscumque humores expurgans, in infusione ad ℈. j. in substantia ad gr. iv.*

Nota. Si quis Regulum omnem inibi (scilicet in Vitro) contentum expellere velit, seu ad fundum præcipitare, injectione carbonum ligni

illud efficere poteſt. Sic enim Regulus ad fundum deſcendet, ſub forma globulorum, qui poſtea ſeparari poteſt.

Cap. XLVI.

Sapa vomitiva Antimonii:

Marg. REc. Vitr. Antimon. ſubtiliſſimè pulverizati, ℥. j. Muſti, ſive Vini recentis, ℥. xij. Miſce, & digere, per d. & noct. Tum filtra per pannum. Colaturam evapora ad tertiæ partis remanentiam. Sic relinquetur conſiſtentia ſyrupi, qui vulgò *Sapa* dicitur. Vel poteſt etiam amplius evaporari ad conſiſtentiam pilularum, & tum poſſunt dici *Pilulæ vomitivæ.*

Vires. *Purgat per vomitum, & ſeceſſum.*

Doſ. *Sapæ* ʒ. *ij. ad* ʒ. *iij.*

Pilularum verò datur una ad piſi magnitudinem.

Cap. XLVII.

Ceruſſa Antimonii.

Le Mort. REc. Reguli Antimonii ℥. j. Aquæ regiæ, ℥. iij. Macerentur ſimul, donec effervescentia ceſſet. Dein digerantur ſimul per diem unum. Sic Regulus in fundo corroſus remanebit, ſupernatante Aquâ regiâ leviſſimâ flavedine tinctâ. Aquam ſupernatantem effunde, & pulverem in fundo ſubſidentem ſæpiùs affuſâ aquâ recenti edulcora. Dein ſuper cretâ exicca.

Vires. *Sudorificum eſt, & diaphoreticum, vires Bezoardici mineralis æmulans.*

Doſ. *à gr. iij. ad* ℈. ß.

Cap. XLVIII.

Acetum Antimonii compoſitum.

Marg. REc. Antimon. crud. Nitr. Sulphur. ana ℥. iv. Terantur omnia ſeorſim: cribrentur: miſceantur: tum inſtituatur per retortam tubulatam

tam detonatio, materiam per vices ingerendo, applicatoque recipiente amplo, quod pauxillum aquæ puræ contineat. Sic cum impetu erumpent vapores, & ſpiritum acidum deponent in aquam, qui filtratus per chartam ſervetur uſui. Hic enim dicitur *Acetum Antimonii compoſitum.*

Vires. *Attenuat, aperit: eſt diaphoreticum: præſervat à putredine: extinguit calorem febrilem: conducit in peſte.*

Doſ. eſt ad aliquot guttas in Julebo. *Vide Cap. 34 ſub titulo Cliſſus Antimon. qui proceſſus videtur idem cum hoc.*

CAP. XLIX.

Regulus Antimonii: proceſſ. primus.

REc. Tartar. crud. ℔. ß. Antimonii ℔. ß. Terantur omnia ſeorſim: ſubtiliſſimè cribrentur, & miſceantur. Tum crucibulo ſuper carbonibus collocato, & igniatur: relinquanturque in magno igne, crucibulo clauſo, donec Fluxerint, aut ad minimum fluxui vicina ſint. Tum, partitis vicibus, injiciatur Nitri pulverizati pauxillum, ut omnia exactè fluant inſtar aquæ. Quo facto, removeatur crucibulum ex igne, ſinaturque refrigerari, perpetuò pulſando illud, ut Regulus ad fundum deſcendat. Tandem, crucibulo refrigerato, & fracto, reperietur in fundo ſubſtantia alba metallica, quæ eſt ipſe Regulus Antimonii. Materia hærens ſupra Regulum dicitur *Scoriæ Regulinæ* ſaturatæ ſulphure Antimonii. *Marg.*

Vires. *Regulus Antimonii, inſtar Croci metallorum, purgat per ſuperiora, & inferiora, daturque vel in ſubſtantia, vel in infuſo. Infunditur verò cum Vino albo.*

Doſ. *in ſubſtantia eſt gr. iij. ad iv.*

In infuſo verò vj. vel viij.

Funditur etiam in globulos, qui deglutiti purgant per ſuperiora, & inferiora, recolliguntur que in excrementis. Conflatur etiam in pocula Regulina dicta, quæ capere debent ℥. ij. Vini albi.

Proceſſus ſecundus.

REc. Antimon. crud. Tartar. crud. ana ℔. ß. Terantur omnia ſeorſim: cribrentur: miſceanturque. Tum ſit ad manum crucibulum ſuper carbonibus accenſis bene ignitum. In hoc conjiciatur materia omnis unâ vice. Claudatur crucibulum tegulâ, relinquaturque donec vel fluat, *Idem.*

vel

vel ad minimum bene ignita ſit. Tum per vices injiciatur pauxillum Nitri pulverizati, toties, donec omnis materia fluat inſtar aquæ. Quo facto, remove crucibulum ex igne, & ſine leniter refrigerari, continuò pulſando illud ſpatulâ ferreâ, ut Regulus ad fundum deſcendat.

Crucibulo refrigerato, & fracto, reperitur in fundo crucibuli materia alba metallica, ſed fragilis, quam ſepara à ſcoriis, & ſerva uſui. Hic enim eſt Regulus Antimonii, qui quærebatur.

Scoriæ, quæ ſupra Regulum erant, & ideò Regulinæ dictæ ſunt, poſſunt adhuc calidæ in pulverem redigi, qui pulvis coctus cum aquâ purâ, & colaturâ redactâ ad ſiccitatem, efficit *ſulphur Antimonii auratum* Beguino dictum, quod nihil aliud eſt, quàm *Crocus metallorum. Vide proceſſum le Mort. cui titulus Sulphur auratum Antimonii optimum.*

Vires. *Regulus Antimonii, inſtar Croci metallorum purgat per ſuperiora, & inferiora. Poteſt etiam cum Mercurio ſublimato redigi in Butyrum Antimonii. Calcinatione abit in vitrum. Si in formam cupream fundatur, parabitur ex eo poculum Regulinum. Cum Nitro etiam figitur in Antimonium diaphoreticum. Intra corpus plerumque ſumitur infuſum ejus.*

Sunt tamen, qui Regulum Antimonii fundunt in globulos, quos exhibent devorandos illis, qui vomitu indigent; globulos verò dejectos per alvum iterum colligunt, & ſervant uſui, quem locum poteſt habere in caſtris ubi medicamentorum defectus eſt.

Infunditur autem Regulus in Vino albo, quod non debet excedere ℥. ij. idque debet ſtare per noctem tantùm, ſive ſit ad ʒ. j. Reguli, ſive ℥. ß. perinde erit.

Proceſſus tertius.

le Mort. REc. Antimon. Tartar. crud. ana ℔. j. Sal. petræ ℥. iv. Miſce. Indantur crucibulo candenti, & detur ignis liquefactionis, ut fluant inſtar aquæ. Tum effunde materiam in conum fuſorium, commovendo conum, donec refrigerata ſit materia. Exime poſtea Regulum, & in ſuperiori parte hærebunt ſcoriæ, quas in aqua communi coquendo ſolve, & filtretur tinctura, eique ſuperaffundatur aceti vulgaris q. s. ad præcipitationem ſulphuris. Præcipitabitur ſulphur aurei coloris, quod *ſulphur auratum* vocant Chymici. Regulus, ſi placet in pulverem redigatur, & immittatur crucibulo candenti, ſuperfundendo, cùm fluere incipit, Tartar. alb. ʒ. ij. Sal. petr. ʒ. xij. ut bene fluat; tunc exime, & effunde, & erit candidus.

Vires. *Regulus, & sulphur, sunt vomitiva in febribus, & cachexia, virginum, unde efficiuntur pilulæ perpetuæ, & pocula perpetua, si in tales formas fundatur.*

Dosis. *Infusionis ab ℥. ß. ad ℥. ij.*

Processus quartus: Regulus Antimonii per se.

REc. Antimon. crud. ℔. j. Cinerum clavellator. vel alterius alcali. ℥. iv. Liquefiant simul. Liquefactis insperge per vices Nitr. ℥. ij. Stent in infusione per hor. ß. Dein effundatur materia in mortarium antea bene calefactum, & sebo illitum, & concutiendo quandoque frigefiat. Dein materia distringatur. Sic in fundo apparebit Regulus, qui à scoriis separandus est, & servandus. E scoriis fit Tinctura Antimonii, sulphur auratum. *le Mort.*

Nota primò. Si lubeat, major quantitas salis alcali addi potest, & eò citiùs liquefiet: sed minorem Reguli quantitatem deponit multò puriorem.

Nota secundò. Si limaturæ Martis media circiter pars, respectu Antimonii, additur, major etiam copia Reguli elicitur, qui dicitur *Regulus Martialis.*

Nota tertiò. Si Regulus purior expetatur, iteratò liquefieri debet per se indendo frustum unum, vel alterum, Nitri. Sic denuò scorias deponet, & multò purior evadet.

Vires. *Vomitivus est, purgans serosos, & pituitosos humores. Propinatur ex infusione Vini Gallici.* Dos. *in infusione à* ℈. ß. *ad* ʒ. *j.* Dos. *Vin. ab* ℥. ß. *ad* ℥. *j.* ß.

Inde etiam fiunt pocula perpetuò vomitum cientia, mixturâ sequenti:

℞. Stanni Angl. opt. ℔. j

Regul. puriss. ℥. x. Vel, si placet, ana. Sed tum nimis fragilis erit. Liquefiat primò stannum: dein pulvis Regul. Antimon. injiciatur. Stent simul in igne per quadrantem circiter horæ, vel donec unita sunt. Dein effunde in figuram quam libet.

Inde etiam fit stannum argentum colore referens:

℞. Stann. Angl. opt. vel Indici depuratiss. ℔. j.

Liquefiat igne vehementi: cui injiciatur frustulum Boracis. Cum bene liquefit, addatur Reguli pulverizati iteratâ liquefactione parati ℥. j. ß. Commoveantur, ut incorporentur omnia simul. Dein, cùm Regulus totaliter liquefit, quod statim fit, amoveantur ab igne, & in prototypum fundantur.

Processus quintus.

le Mort. REc. Cinerum clavellator. Tartar. crud. ana ℥. v. Antimon. ℔. j. Fundantur simul per horæ quadrantem, donec instar aquæ fluant. Dein stiriam unam, vel alteram, Nitri injice, ut tantò meliùs fluat, movendo aliquando bacillo ferreo, ne materia fundo adhæreat. Liquefactis omnibus, effunde materiam in mortarium calens sebo illitum, concutiendo sæpius, ut ad fundum descendere Regulus possit, quem postea à scoriis segrega.

Depurari potest iteratâ liquefactione, addendo Nitri chrystallum unam, vel alteram.

Usus quidam hujus Reguli.

e Mort. REc. Stanni opt. ℔. j. Reguli Antimon. ʒ. j. Cupri. ℥. ij. Cuprum primò optimè candefiat in crucibulo. Ubi in summo candore existit, superfunde Regulum Antimonii pulverizatum, & illico solventur Venus, & Antimonii regulus. Dein statim stannum per vices injiciatur, aliquando materiam ferro movendo. Stanno liquefacto, materia ab igne removeatur, & in quascumque figuras effundatur. Et habebis stannum dealbatum, & induratum, ita ut colorem, & sonum argenteum, æmuletur.

E Regulo etiam fit diaphoreticum Bezoardicum minerale planè æmulans, sed fortiorum virium.

Regulus metallicus Antimonii: processus sextus.

le Mort. REc. Reguli Antimonii grosso modo pulverizat. ℔. j. Cinerum clavellator. ℔. ß. Tartar. & Nitr. ana ℥. iv. Misce invicem, & ingerantur per vices in crucibulum candens. Fluant optimè per hor. ß. Dein effundatur materia in mortarium sebo illitum, vel per se in crucibulo subsideat, aliquoties illud concutiendo. Refrigeratis omnibus, frangatur. Sic supernatabunt scoriæ à Regulo separandæ. Regulum hunc, si placet, iteratò funde, superjiciendo stiriam unam, vel alteram, Nitri, ut eò magis à scoriis separetur, & ad instar argenti purus evadat. Dein servetur in usum.

Inde fiunt pocula vomitoria dicta, sequenti modo:

℞. Rc.

℞. Reguli depurati ℔. j. Stanni Anglici ℔. ij. Liquefiat primò Regulus: huic liquefacto superinjice stannum. Liquefacta simul effunde in formam quamcumque poculorum. Si fortiùs expetatur, recipiantur Stanni, & Reguli, partes æquales, sed eò fragilius evadet.

Vires. *Vomitivus est, & quoscumque humores purgans. Inde etiam fiunt pilulæ perpetuæ dictæ, quæ post deglutitionem semper usui inservire queunt, quæ in formas nempe liquefiunt, ut pocula.*

Usus poculorum sequens est. ℞. *Vini, vel hydromelitis, vel alicujus alterius liquoris fermentati spirituosi ℥. ij. Infundantur ad minimum per noctem. Dein usui exhibeantur.*

Hinc etiam fiunt canthari vomitivi sequenti modo. ℞. Reguli iteratâ fusione optimè depurati ℥. ij. Hoc liquefactum injice cantharo, seu fictili, cuicumque optimè calefacto, & omne postea Vinum in hisce vasis per horas vj. infusum vomitivum evadet. Idem etiam fieri potest cum Vitro Antimonii, loco Reguli, in eâdem quantitate.

Processus septimus.

REc. Antimon. & Tartar. ana partes æquales. Pulverizentur, & exactè misceantur inter se, ac crucibulo commissæ exponantur igni, quousque bene candent. Hoc signo apparente cum spatulâ ferreâ, foveam tuæ massæ imprimito, & successivè injicito pauxillum Nitri. Ita Nitrum inflammabitur cum massa, eamque ad fusionem disponet. Hoc continua, donec Antimonium fluat instar aquæ. Dein effundito in conum fusorium calentem, sebo illitum, & à superiore parte leviter concutito latera coni tui fusorii, ut pars gravior metallica fundum petat. Omnibus refrigeratis, massam tuam effunde, & in imum ejus inspicito. Ibi enim observabis Regulum Antimonii resplendentem instar Lunæ. In superiore parte incides in scorias, ex sese sulphureum odorem eructantes. Regulum ab iis separa, & usui reserva. *Maëts.*

Scorias, dum calent, pulverizato, iisque affunde aquam pluvialem ad eminentiam quatuor, vel quinque, digitorum transversorum. Coquantur simul, quousque pluviam colore flavo rubicundo imprægnatam animadvertes. Tunc filtrato per chartam emporeticam, & præcipita, cum cremore Tartari, in aqua resoluto per coctionem, vel per acetum distillatum, vel cum phlegmate Vitrioli, vel spir. Salis. Ita enim pulvis quidam flavi, vel rubescentis coloris, fundum petit, *sulphur auratum* dictus. Hunc pulverem exicca, &, majoris securitatis gratiâ, fige per flammam alcohol Vini.

Pulvis hic exhibetur in obstructionibus tenacioribus resolvendis, ac proinde in quartana, hydrope, podagra, lue Venerea, & similibus affectibus, maxime juvare solet. Specifice verò adhibetur contra Epilepsiam, tam infantium, quam adultorum.

Dos. *Est a gr. ß. in infantibus ad gr. vj. vel gr. viij. in adultis.*

Ex his scoriis, aëri humido expositis, stillat liquor aurei coloris, egregium, & præstantissimum remedium in vulneribus, & ulceribus sordidis, & inveteratis, mundificandis, & curandis. Insuper resolvit potentissimè tumores duros. ex Tartaro fixo nostri sanguinis originem ducentes, ut in podagrâ nodosâ, tophis Veneris, & similibus. Deinde si ex hisce scoriis extrahatur tinctura cum Vino Malvatico, vinumque hoc stilletur super lateres candentes, ita ut fumi copiosi exinde exsurgant, potentissimum est remedium ad menstrua obstructa revocanda. Fumus, si in sellâ perforatâ ab ægra excipiatur, potenter menses evocare solet.

Hic Regulus misceatur cum pauxillo Stanni. Fundatur in scyphos vomitorios perpetuos dictos. Quibus si Vinum Hispanicum, vel Gallicum digeres per noctem, impraegnabitur tenuissimis effluviis Antimonii, ac eâ ratione vomitorium, & catharticum, evadet. Regulus mixtus cum Stanno ipsius stridorem tollit, magisque sonorum reddit, & durum, ita ut Lunam ferè referat. Verùm hoc habet vitii, quod Stanno livorem quemdam conciliat: quem ut tollas, hâc methodo procedito:

♃. Stann. Anglic. optimæ notæ ℔. j. Reguli Antimonii depurati ℥. ij, vel ℥. j. ß. Vener. rubr. ℥. ij. Ita, ratione Veneris, tollitur livor. Fundatur primitus Venus. Cui tunc addito Regulum Antimonii, & Stannum. Funde per ignem satis strenuum, donec omnia bene sunt commixta. Tunc effunde, & obtinebis massam sonoram, duram, & resplendentem, ad modum Lunæ; ex qua supellectilia varia elaborari possunt.

Processus octavus.

Maëts. REc. Antimonii subtilissimè pulverizati, Tartar. in subtilem pollinem redacti, ana q. p. Exactè inter sese conterantur, & misceantur, & committantur crucibulo forti, ignique imponantur, quousque inter sese candeant. Spatulâ ferreâ foveam, seu lacunam, massæ imprimito. In eamque successivè tantum Nitri pulverizati conjicito, quousque massa tua fluat instar aquæ, in coque statu per dimidium horæ, vel quadrantem, contine. Ac in conum fusorium excalefactum, & sebo illitum interiùs, effunde, & à superiore parte conum leviter concute. Ita enim

enim pars metallica, & ponderosa magis, Antimonii, fundum petet coni. Quæ ubi paululum refrigerata erit, ex cono excute. Ita enim observabis, superiore parte, hærentes scorias, sulphur scilicet Antimonii, unà cum sale Tartar. & Nitr. alcalizato: ab inferiore parte Regulum Antimonii, instar argenti, splendentem. Quem à scoriis bene repurga, & usui reserva.

Hic si primâ fusione satis purus non fuerit, per reiteratam fusionem cum pauxillo Nitri rectificetur. Ita enim totaliter à scoriis purgabitur.

Scorias contundito subitò, & in aq. pluv. coquito, quòusque aqua instar sanguinis colorata appareat. Hanc filtra, & cum solutione cremoris Tartari, vel cum aceto destillato, vel cum phlegmate Vitrioli, vel cum similibus acidis, præcipitato. Ita enim cadet ad fundum pulvis rubri, vel subfusci coloris, qui edulcoratus, ab omni fætore, & sale, liberatus, & exiccatus, à Chymicis vocatur *primum ens auri.*

Exhibetur primum hoc ens auri in principio morborum, in febribus, obstructionibus mensium, mesenterii; hypochondrii, in Epilepsia, præcipuè infantum, in qua præcipuum dicitur arcanum: *in incipiente paralysi: in podagra, hydrope, & similibus aliis morbis, de quibus consule* Glauberum, in Pharmacopæa Spagyrica, parte 7. *ascendendo à gr. j. ad iv. v vj. vel quousque æger nauseam percipiat. In quibusdam operatur per sudores, in quibusdam per sedes, in quibusdam per urinas, in quibusdam per vomitum. In infantibus, in quibus metus est convulsionum Epilepticarum, dosis instituatur à quartâ parte grani, usque ad gr. j.*

Scoriæ, si per se solvantur in aëre libero, exhibent liquorem aureo-flavum, potens antidoton contra ulcera maligna, & inveterata.

Quidam ad ciendos menses lateri ignito scorias imponunt, ita ut fumus superiùs per pudenda excipiatur, & à Chymicis pro infallibili habetur medicamento.

Ex Regulo Antimonii funduntur ab artificibus scyphi, vel globuli, *perpetui* dicti, propterea quod per longum temporis tractum vim suam Emeticam reservent.

Insuper cum Regulo Antimonii Stannum induratur, ut sonorum evadat instar argenti, cujus proportio hæc esse poterit:

℞. Stann. Anglic. purissim. ℔. j.
Regul. Antimon. ℥. j. ß.
Cupr. opt. sive Japonic. ʒ. ij.

Fundantur inter sese, & ex hac massa quævis ad mentem componito.

Ex Regulo insuper Antimonii præparatur Antimonium diaphoreticum unâ, & simplici, fusione:

℞. Reguli Antimonii, partem j.
Nitr. optim. part. iij.

Conterantur, & inter se exactè misceantur. Successivè in crucibulum candens conjiciantur. Fluant inter sese per horam unam, aut alteram, & per crucibulum, in fundo foramine sat magno pertuso, in frigidam conjice. Ita enim Antimonium, in forma pulveris candidi, fundum petet, solventibus sese salibus in frigida.

Beneficio Reguli Antimonii plumbum induratur, hoc modo:

℞. Plumbi part. xij.
Regul. Antimon. part. j.

Fundantur inter sese, & in formas quasvis infunde.

Cap. L.

Præparatio Antihectici ex Regulo Antimonii.

Maëts. *PRocessus hic, superiùs omissus, hîc etiam commodè inseri posse videbatur, propterea quòd præparatio ex Regulo fit.*

℞. Reguli Antimonii præparati, ut dictum supra, partes ij. Stanni Anglic. partem j. Fundantur simul. Ubi refrigerata erunt, comminuantur in pulverem tenuem. Hisce adde Nitri purissimi ad pondus omnium. Exactè inter sese conterantur, & detonentur, in crucibulo candenti, ut artis est in Antimonio diaphor. Omnia, ubi calcinata sunt, eximantur ex crucibulo, quod confringe. Massam verò in pollinem tenuem conterito, eique pluviam calentem affundito, & cum pistillo agitato. Ita enim lactescet pluvia; quam leniter decanta. Novam verò pluviam calentem restanti massæ affunde, & procede, ut priùs. Hocque continua, quòusque nihil nisi grumi in fundo remaneant, & sordes crassiores. Liquorem verò lacteum in quieto loco repone, & à cineribus defende. Ita enim pulvis candidissimus præcipitabitur ad fundum, supernatante pluviâ, quæ in sese combibit sales nitrosos. Pulverem sæpiùs lava, quòusque totalis Nitri acrimonia ablata sit. Exicca, & usui reserva.

Pulvis hic exhibetur in febri hectica, ut & in hydrope, cum Rob Sambuci: præsertim in ulceribus malignis, inveteratis, scorbuticis, quæ neque per decocta, neque per benigniora medicamenta Galenica curari possunt; est præstantissimum medicamentum. In quibusdam operatur per vomitum, in quibusdam

busdam per secessum, per urinas, per sudores, in quibusdam per omnia corporis emunctoria. Methodus exhibendi hæc esto. Adscende à gr. iv. vel v. eò usque, donec æger nauseam persentiat. Tum paululum de dosi remitte. Et eo tenore singulis diebus procede. Simul ac observaveris medicamentum hoc operari per Urinas, observabis etiam ulcera maligna, & inveterata, de violentiâ suâ remittere, quæ tunc per unguenta, vel Emplastra incarnativa facile consolidantur. Quorum omnium loco sit Emplastrum Opodeldoch, *&* Sticticum Paracelsi.

Cap. LI.

Regulus Antimonii ruber: processus primus.

REc. Salis communis, decrepitati, Nitri crudi, Antimonii crudi, ana ℥. iv. aut quantum sufficiet. Terantur omnia seorsim. Tum misceantur, & per cochlearia ingerantur in crucibulum ignitum, expectando semper donec primum cochlear sit consumptum, quia aliàs nimiâ ebullitione materia regurgitat. Quando materia omnis erit ingesta, tum tege crucibulum latere, & ignem simul auge, atque sic in fluore conserva per integram horam. Tum remove crucibulum ab igne, & refrigeratum frange. Sic in fundo reperietur Regulus Antimonii ruber, nisi potius totum Antimonium depuratum, & rubicundum factum. In superficie verò salia hærebunt, quæ à Regulo separari debent. Est autem Regulus hic valde fragilis, nec unquam sine fractura crucibuli, suique ipsius, removeri potest. Putatur autem multis esse Crocus metallorum Rulandi, præferturque vulgari Croco, quòd retinuerit integrum suum sulphur, quod aliàs cum Nitro solo consumitur. *Marg.*

Vires. *Purgat per superiora, & inferiora, biliosos præcipuè humores.*

Dos. *In substantia gr. iv. in infuso gr. x.*

Processus secundus.

REc. Antimon. crud. minutissimè pulverizat. Salis decrepitat. Nitr. pulverizat. ana ℥. ij. Misceantur omnia exactè: postea massa per vices, sive cochlearia, ingeratur in crucibulum super carbonibus ignitum, expectando semper, donec prius cochlear in fluorem perfectè sit redactum. Tum ingeratur aliud cochlear, donec materia omnis sit ingesta, semper expectando fluxum prioris cochlearis. Tum tegatur crucibulum latere, *Idem.*

&

& relinquatur adhuc in valido satis igne, per horam unam integram. Sic Regulus colorem contrahet purpureum, qui antea gryſei coloris erat, poteritque, perfracto crucibulo, extrahi, vel reponi, donec Salia in ſuperficie liqueſcant.

Uſus. *Putatur eſſe verus* Crocus metallorum Rulandi, *qui toties celebratur in Centuriis ejus authoris. Aliàs habet vim purgandi per ſuperiora, & inferiora. Præfertur vulgari Croco metallorum, quòd ſulphur Antimonii ferè totum adhuc retineat, quod aliàs in vulgari præparatione cum Nitro incendio abſumitur.*

Doſ. *In ſubſtantia eſt gr. iij. In infuſo gr. vj. aut viij.*

Proceſſus tertius.

Marg. REc. Antimon. crud. Nitr. Salis comm. decrepitat. ana ℥. iv. Terantur omnia ſeorſim: cribrentur: & miſceantur. Tum ingeratur materia per vices in crucibulum ſuper carbonibus accenſis bene ignitum, ita ut ſemper expectetur, donec primum cochlear ſit diſſolutum, quia materia mirum quantum ebullit. Quando omnis materia erit ingeſta, tum claudatur crucibulum latere, & carbonibus bene ignitis ab omni parte tegatur: relinquaturque ſic in igne bene accenſo per horam integram (abſque hoc nihil fiet.) Sic tandem crucibulo refrigerato, & fracto, reperietur in fundo maſſa purpurea ſplendens, quæ nihil aliud eſt, quàm Antimonium depuratum, vocaturque vulgo *Regulus Antimonii ruber.*

Vires. *Eaſdem habet cum Croco metallorum. Cui tamen præfertur vulgò à Chymicis, quòd integrum ſulphur Antimonii in ſe contineat, quod aliàs in calcinatione cum Nitro conſumitur.*

Multi credunt hunc eſſe verum Crocum Rulandinum, quem ille ex terra ſancta paraſſe ſcribit.

Doſ. *Quoque eſt eadem, nempe in infuſo ad gr. vj. vel viij. In ſubſtantia gr. ij. iij. aut iv.*

Proceſsus quartus.

le Mort. REc. Antimon. crud. pulverizat. ℥. j.
Nitr. puriſſim. ℥. j.
Salis commun. ℥. ß.

Immittantur per vices in crucibulum candens, & fluant ſimul per horæ qua-

quadrantem. Sic postea, refrigeratis omnibus, subsidebit Antimonium in massa nigra, quæ pulverizando rubrum acquiret colorem.

Hic Regulus purificatur, mediante mediâ parte salium præcedentium, & liquefiant denuò simul. Sic multò magis fixatur. Dein accuratè pulverizatus usui servetur.

Vires. *Instar Panaceæ est in omnibus febribus intermittentibus. Saburram vitiosorum humorum per omnes vias expellit. Si cum salibus alcalicis permixtus adhibeatur, sudores movet. In nimiâ verò dosi exhibitus vomitum movet satis leniter.*

Dos. *à gr. ij. ad x. Ad vomitum verò, ad ℈. j.*

Hic Regulus purificatus permiscetur pulveri antefebrili è China confecto.

Processus quintus.

REc. Nitr. purissim. ℥. j. *le Mort.*
Antimon. ℥. j. ß.
Sal. commun. ℥. ß.

Pulverizentur simul: dein in crucibulo candenti per vices ingerantur, ut materia fluat per hor. circiter ß. Sic, refrigeratis omnibus, subsidebit Regulus instar vitri nigri resplendens, supernatantibus salibus, qui pulverizatione in rubro-purpureum colorem vergit.

Nota: hic Regulus melior fit, si iteratâ salium mixturâ denuò fluat.

Vires. *Sudorificum est, si in minori dosi assumatur: vomitivum verò fit in majori dosi exhibitum. Instar Panaceæ quibusdam usui est, febres pellit, obstructiones tollit.*

Dos. *à gr. iij. ad ℈. j.*

Si pro sudorifico exhibetur, miscetur cum sale Alcali; vel aquâ aliquâ sudorificâ. Ad vomendum in vino, vel hydromelite, exhibetur.

CAP. LII.

Butyrum Antimonii: processus primus.

REc. Antimon. crud. pulverizat. minutissimè ℥. j. Mercur. sublimat. ℥. ij. Misceantur exactè in mortario vitreo. Hæc materia destilletur ex parva retorta vitrea, in arena, igne tertii gradûs. Et prodibit primò butyrum liquidum. Postea sequetur butyrum glaciale, quod facile collum retortæ obstruit. Hinc retorta debet esse colli brevis, & *Marg.*

ampli. Facilè tamen, carbone vivo admoto, butyrum coagulatum fluidum redditur. Quando nil amplius prodit, & Mercurius jam circa collum retortæ sublimari incipit, peracta est operatio. Serveturque utrumque butyrum usui.

Usus. *Butyrum Antimonii per se summum est corrosivum, externè tantùm inserviens Chyrurgis in tollendis excrescentiis carnosis, in ulceribus, aut fistulis: aut in amputandis partibus cancro, vel sphacelo, obsessis. Chymicis inservit sæpe pro menstruo: plerumque tamen est materia pro conficiendo Bezoardico minerali, & Mercurio Vitæ.*

Processus secundus.

Marg. REc. Antimon. crud. subtilissimè pulverizat. ℥. ij. Mercur. sublimat. ℥. iv. Misceantur exactè in mortario vitreo. Indantur retortæ vitreæ. Reponantur in cellam per diem unum, vel alterum. Tum destilla ex arena, igne tertii gradûs, applicato recipiente vitreo. Sic prodibit primò butyrum liquidum. Postea etiam glaciale dictum. Sit autem retorta colli brevis, quia facilè butyrum collum obstruit, si nimis longum sit: in loco enim calido butyrum fluit, in loco autem frigido coagulatur.

Vires. *Externi tantùm usûs est. Usurpatur pro cathæretico, & corrosivo, in Gangræna, aut Cancro, pro carne mortuâ extirpandâ. Chymicis inservit pro Mercurio Vitæ, & Bezoardico minerale, parando.*

Processus tertius.

Idem. REc. Antimon. crud. subtilissimè pulverizat. & cribrat. ℥. ij. Mercur. sublimat. ℥. iv. Misce exactè in mortario vitreo. Tum in retortâ vitrea reponantur simul in cellam per hor. 48. Quibus elapsis, fiat destillatio ex arenâ, igne tertii gradûs, vehementer urgendo illum per horas iv. aut v. Sic prodibit in recipiens primò liquor aqueus, qui dicitur butyrum Antimonii *liquidum*: mox sequetur alius liquor, qui statim in recipiente coagulabitur, & dicitur butyrum Antimonii *glaciale*. Utrumque serva usui. In fine destillationis Mercurius ad collum retortæ sublimabitur.

Usus. *Butyrum Antimonii est tantùm externi usûs apud Chirurgos in tollendis partibus corruptis. Est enim valde corrosivum, quia copioso acido olei Vitrioli, & Salis communis, est imbibitum.*

Dos. *Est pro re natâ.*

Pro-

Processus quartus.

REc. Antimon. crud. minutissimè pulverizat. ℥. ij. Mercur. sublimat. ℥. iv. Terantur in mortario vitreo, misceanturque accuratissimè. Hæc massa indatur retortæ vitreæ, quæ sit colli brevis, & paulò latioris, reponaturque retorta per aliquot dies, & noctes, in cellam. Postea instituatur destillatio in arena, cum igne tertii gradûs per hor iij. vel iv. urgendo. Sic prodibit in recipiens duplex butyrum: unum, *fluidum* dicitur, aqueum: alterum verò lateribus recipientis adhærens gummosum, quod vulgò Antimonii *butyrum glaciale* dicitur. Utrumque servetur usui. *Marg.*

Vires. *Est potens corrosivum, & tantùm externi usûs in delendo Cancro, in auferendâ Gangrænâ. Chymicis inservit sæpe pro menstruo, quando per deliquium solutum est. Est etiam materia Mercurii vitæ, & Bezoardici mineralis.*

Dos. *Est pro re natâ.*

Processus quintus.

REc. Antimon. crud. Mercur. sublimat. corrosiv. ana q. v. Bene pulverizata, & mixta, indantur retortæ, & fiat destillatio primò lento igne, donec butyrum adscendere incipiat. Tunc augeatur ignis, donec totum effluxerit. *le Mort.*

Nota. Si butyrum in collo retortæ inhæreat, cum carbone, sive prunâ candente, collum retortæ calefieri debet, ut butyrum liquefactum in recipiens cadere possit Ultimò augeatur ignis, supra, & infra, cum ponendo, ut retorta fere candeat per tres horas, & habebis *Cinnabarim* Antimonii, quam ex collo retortæ collige. Ex butyro, priùs rectificato, modo sequenti fit Mercurius vitæ, & Bezoardicum minerale. *Vide processus inferiùs sub his titulis.*

Rectificatio butyri Antimonii.

REc. Butyri Antimon. q. v. Imponatur retortæ vitreæ, & per gradus destilletur, donec omne ferè butyrum candidum, & clarum, adscenderit, & serva usui. *Idem.*

Processus sextus.

le Mort. ℞ Ec. Mercur. sublimat. corrosiv. Antimon. crud. ana ℥. iv. Pulverizetur primò Mercurius sublimatus. Deinde admisce Antimonium pulverizatum, indanturque simul retortæ vitreæ in arena ponendæ. Detur ignis primò lenis, donec liquor glacialis adscendere incipiat. Tum auge ignem ad finem usque.

Nota bene primò. Si butyrum in collo retortæ maneat, admoto carbone vivo proliciatur.

Nota secundò. Si Cinnabaris expetatur, augeatur fortissimè ignis supra, & infra, per hor. circiter ij. Et postea in collo retortæ adhærebit Cinnabaris, quæ, fractâ retortâ, eximenda est.

Nota tertiò. Mercurius vivus è capite mortuo denuò extrahi potest, si parum limaturæ Martis, vel calcis vivæ, ipsi permisceatur. Sic Mercurius quartâ parte diminutus reperietur post destillationem igne vehementi factam.

Vires. *Causticum est insigne: metalla dissolvit: sed rarioris est usûs per se: & exinde fiunt Bezoardicum minerale, & Mercurius Vitæ.*

Processus septimus: Oleum, seu Butyrum glaciale.

Idem. ℞ Ec. Mercur. sublimat. corrosiv. Antimon. crud. ana ℔.ß. Misceantur exactè invicem, & reponantur parum in aëre aperto, ut salia in Mercurio existentia magis in Antimonium agere possint. Dein in phialam vitream mixtura infundatur, & per arenam igne satis forti propellatur. Sic primò prodit parva liquoris quantitas: secundò oleum in frigido coagulans, quod, mediante prunâ adhibitâ circa collum, in recipiens propelli debet: tertiò auctiore adhuc igne, inferiùs, & superiùs posito, procedit primò terra quædam fuliginosa subnigra Antimonii, & Mercurii vivi, in parva quantitate: ultimò Cinnabaris intensissimo ignis gradu.

Butyrum Antimonii cum liquore removendum est, ubi fuligo collo retortæ adhærescere incipiat. Ex hoc butyro fit Mercurius Vitæ, & Bezoardicum minerale.

Vires. *Butyrum Antimonii causticum est insigne: excrescentias carnis absumit: ulcerum erodentium, & gangrenæ malignitatem corrigit, sedulam verò requirit manum, cùm pulmaceolo pars affecta leviter inungitur, vel ulcus serpens circumducitur, ne ulteriùs serpere possit.*

Usus. *Internus non est.*

Præpa-

Præparatio Butyri Antimonii, Mercurii Vitæ, Bezoardici mineralis, Cinnabaris Antimonii, &c. Processus octavus.

REc. Antimon. ſubtiliſſimè triti, Mercur. ſublimat. corroſiv. ana q. p. Exactè inter ſeſe miſceantur, & conterantur. Conjiciantur in retortam vitream, & ex arena ſucceſſivis ignis gradibus inſtituatur deſtillatio. In fine deſtillationis excitetur ignis ſuppreſſionis, illumque continua, quòuſque omnes fumi prætererint, vaſque recipiens clarum evadat. Omnibus refrigeratis, vas recipiens aufer, liquoremque glacialem, ſeu butyrum Antimonii, ac per novam cucurbitam vitream ex arena rectifica, quòuſque ab omni fuligine, & ſordibus, liberatum ſit. Quo in caſu inſtar nivis candidum erit. *Maëts.*

Proprietas hujus Butyri eſt admirabilis, quòd ſcilicet non tantùm cum acido Nitri efferveſcat, ut in Bezoardico minerali conficiendo fieri conſueſcit, ſed etiam cum ſalibus alcalicis Tartari, Nitri, & ſimilium.

Liquor hic gummoſus ad miraculum ſiſtit Sphacelum, & Gangrænam, ſi ſcilicet plaga pennâ hoc liquore madefactâ circum ſcribatur, quem terminum malum tranſgredi non ſolet, ſed ad miraculum ſubſiſtit.

Retortam poſtmodùm diffringe, ac ejus ſuperiori partè Cinnabarim rubicundo colore rutilantem reperies, quam aufer, & uſui reſerva.

In collo retortæ incides in portionem Mercurii revivificatam, & in portionem ſulphuris Antimonii.

Mercurium Vitæ ſi velis, guttatim Butyrum tuum Antimonii rectificatum inſtilla in pluviam. Ita enim pluvia abſorbet ſales in ſeſe Butyri Antimonii corroſivos, præcipitante ſe Regulo Antimonii ad fundum vitri, in forma pulveris candidiſſimi: hunc pulverem bene edulcora, & intra chartas emporeticas complicatas exicca, & obtinebis Mercurium Vitæ, ſeu *pulverem Algoreth*, *Aquilam albam*, emeticum, & catharticum inſigne.

Cujus doſis à gr. ij. ad gr. iv. in ſubſtantia. In infuſione ad gr. vj.

Nota. Quòd in Lue Venerea inveterata, ut & in obſtructionibus pertinaciſſimis, Mercurius hic Vitæ commodiſſimè exhibetur in Extracto Cathòlico, aliiſve purgantibus ad gr. ij. Sed Medicus ſummâ ope niti debet, ut per convenientia cardiaca mixta cum foliis Solis, utpote per confectionem Adkermes, de Hyacinthis, & ſimilia, ægrorum vires reſtaurentur, & conſerventur. Ut Mercurii Vitæ promptitudo agendi paululum refrænetur, miſceatur

 tur

tur cum sale mirabili Glawberi, simulque calcinentur per horam unam, aut alteram. Postmodum Salem mirabilem à Mercurio Vitæ per ablutiones aufer, Mercurum Vitæ exicca, & usui reserva.

CAP. LIII.

Butyrum Antimonii extemporaneum.

le Mort. REc. Antimonii crud. in subtilissimum pulverem redact., ℥. j. Spir. Sal. commun. opt. ℥. iij. Digerantur simul igne satis forti, ut spiritus coquatur per hor. circiter. j. Dein, refrigeratis omnibus, liquor supernatans effundatur, qui instar aquæ limpidus apparebit. Hic easdem planè operationes producit, atque butyrum præcedens.

Nota. Idem butyrum etiam ex Sale communi, & Antimonio, ana, cum modicâ parte Vitrioli ad albedinem calcinati, per retortam terream, igne aperto, elicitur.

Nota secundò. Si major Cinnabaris copia expetatur, butyrum illud in retorta terrea, igne aperto, fiat. Sic ad excandescentiam per ij. horas ignis continuetur, & omnis Mercurius sulphuri Antimonii permixtus sub forma Cinnabaris adscendit.

Nota tertiò. Si fuligines aliquæ, vel fæces, in butyro Antimonii hæreant, rectificandum est per se in retorta vitrea, & sic albissimum procedet. *Vide processum sequentem.*

CAP. LIV.

Butyrum Antimonii cum, & sine, destillatione, & sine Mercurio.

Idem. REc. Antimonii grosso modo pulverizat. ℔. j. Spir. Salis cum oleo Vitrioli parati q. s. ad supereminentiam aliquot dig.

Digerantur simul satis forti igne, ut phlegma omne evaporare queat. In cujus loco recens Sp. Salis reaffundatur sæpiùs, donec circiter ad ℔. j. Antimonii ℔æ ij. Spir. Salis affusæ sint. Dein frigefiant omnia, & mediam circiter partem liquoris supernatantis effunde, & seorsim asserva.

Restans materia in retorta ulteriùs pellatur. Sic prodibit primò sulphur rubrum Antimonii: postea subsequitur Butyrum seorsim excipiendum.

Nota

Nota bene. Si Butyrum non satis album appareat, rectificatione depurari poterit.

Usus. *Externi tantùm usûs est Butyrum Antimonii. Liquor ab Antimonio separatus eumdem planè usum cum butyro habet, nisi quòd Butyrum magis sit dephlegmatum, & à particulis impurioribus segregatum. Si verò Antimonium sit satis bonæ notæ, & spir. Salis depuratus butyro Antimonii non inferior est. Inde fiunt Mercurius Vitæ, & Bezoardicum minerale sequenti methodo.* Vide processus sub his titulis.

CAP. LV.

Rosa mineralis.

REc. Butyri Antimon. limpidi sequenti methodo parati. q. s. *le Mort.*

♃. Reguli Antimon. Martial. ℥. ij.
Mercur. sublimat. corrosiv. ℥. j. vel
Spir. Sal. ℥. iij. (Quod idem est.)

Digerantur simul per diem unum: dein destillentur. Destillatum rectificetur per se: dein aëri sereno exponatur, si in forma Butyri sit (si verò in forma Olei non opus est) donec instar Olei fluidum evadat.

Hoc oleum superfunde lapidi Hæmatitidi præparato, pulverizato, & lævigato, quartæ circiter parti, respectu Olei. Digerantur simul; quò diutiùs, eò meliùs. Addendo post semi hor, vel hor. j. spiritûs carminativi cujuscumque optimè rectificati mediam partem respectu Olei. Dein digestione finitâ (quæ quò longior, eò melior) præcipitentur in s.q. aquæ commun. & edulcorentur. Edulcorato, & exiccato pulveri superfunde spiritum carminativum eundem rectificatum, ad superemin. dig. j. Digeratur per hor. vj. Dein incendatur. Postea pulvis siccus ad usum servetur.

Vires. *Vomitum ciet, & secessum.* Dos. *à gr. j. ad gr. vj. vel viij.*

CAP. LVI.

Præparatio purgantis, & emetici, blandissimi, ex Antimonio.

REc. Butyri Antimon. rectificat. q. p. Hoc stillatim confundito cum *Maëts.* Sale Tartari purificato, & pulverizato; ita enim simul ebullient, & effer-

efferveſcent. Hoc continua, quòuſque omnia efferveſcentiæ ſigna ceſſaverint, & fermentatio ſedata fuerit. Tunc Sal tuum exiccato, & uſui reſerva.

Hujus gr. iv. ad vj. vel viij. aliquando ſolum per inferiora purgant, aliquando unum, aut alterum, excitant vomitum. Ac proinde cùm ventriculus ſaburrâ moleſtâ gravatur, vel quando bilis copioſiùs, vel ſuccus Pancreaticus, ad inteſtina defertur, commodè exhiberi poteſt. Poſt vomitum enim unum, vel alterum, blandè per inferiora purgat.

Cap. LVII.

Mercurius Vitæ: Proceſſus primus.

Marg. RȻ Ec. Butyr. Antimon. liquidi q. s. Effundatur hoc ſenſim in vitrum repletum aquâ purâ, & ſtatim præcipitabitur materia alba ad fundum Vitri. Reponatur vitrum ad quietem per dim. horæ, vel donec aqua ſit facta limpida. Tum decanta aquam limpidam, eamque ſerva. Materiam verò relictam aliquoties novâ aquâ purâ edulcora, & tum ſicca in pulverem album, qui eſt ipſe *Mercurius Vitæ* dictus.

Vires. *Potens eſt vomitorium, & dejectorium medicamentum, nec convenit niſi robuſtis. Infunditur plerumque in Vino albo, & tum conducit etiam hydropicis, eorum aquas expurgando. Fœtum quoque expellit, atque ita partum facilitat, ſi difficulter parturientibus exhibeatur.*

Doſ. *In ſubſtantia eſt gr. iij. in cochleari Vini. In infuſo verò gr. iv. vel v. Sed tunc colatura tantùm exhibenda eſt.*

Proceſſus ſecundus.

Idem. RȻ Ec. Butyr. Antimon. liquidi q. v. Præcipita in aq. pur. guttatim infundendo, & ſtatim aqua evadet lactea, quæ poſt quadrantem horæ coagulum album ad fundum deponet. Decanta aquam limpidam, & illam ſerva. Tum adhuc aliquoties coagulum album edulcora aquâ purâ: aquas verò ſemper ſerva, & conjunge. Tum coagulum album exicca leniter in pulverem, qui erit ipſe *Mercurius Vitæ*, ſive *pulvis Algoreth.*

Vires. *Eſt potens vomitorium per ſuperiora, & inferiora evacuans. Ducit etiam ſerum, ſi infundatur in Vino, & colatura tantùm hauriatur.*

Doſ. *In ſubſtantia ſunt gr. iij. In infuſo gr. iv. vel v. Medicamentum eſt ſat periculoſum.*

Pro-

Processus tertius.

REc. Butyr. Antimon. liquidi q. p. Effunde illud guttatim in vitrum repletum aquâ purâ, & videbis statim præcipitari in coagulum album: quod repone ad quietem, donec fundum petierit. Tum decanta aquam limpidam, & aliquoties aquâ purâ edulcora, Aquas verò decantatas serva, & coagulum album exicca in pulverem. Qui vulgò dicitur *pulvis Algoreth*, & *Mercurius Vitæ*, quamvis ex puro Antimonio constet, possitque in vitrum Antimonii pellucidum brevi fusione redigi, quod vulgò *Succinum Antimonii* dicitur. *Marg.*

Dos. *In substantia sunt gr. iij. In infuso vero gr. iv.*

Vires. *Est vehemens vomitorium, robustioribus tantum exhibendum. Si tamen infundatur in Vino, & coletur per pannum, mitior evadit, tuncque serum fœliciter expurgat.*

Processus quartus.

REc. Butyri Antimon. liquidi q. p. Præcipita cum aq. pur. guttatim instillando. Præcipitatum edulcora aliquoties aquâ purâ, semper reponendo, donec aqua fiat limpida. Aquas illas serva: & massam albam in charta leniter exicca in pulverem, qui dicitur vulgò *pulvis Algoreth*, & *Mercur. Vitæ.* *Idem.*

Vires. *Purgat per vomitum, & secessum, idque potenter: expellit fœtum: ducit serum, in infuso.*

Dos. *In substantia est gr. iij. in cochleari vini. In infuso gr. iv. vel v. & tum digeritur per noctem, & colatur per pannum.*

Præparatio Mercurii Vitæ, ejusque securatio:
Processus quintus.

REc. Butyr. Antimonialis rectificat. q. p. Hoc stillatim misceto cum aq. pluv. Quæ in se absorbens sales corrosivos Mercurii sublimati corrosivi ad fundum mittit partes magis metallicas, & minerales, Antimonii, sive Regulinas. Aquam sale acido Vitriolico impraegnatam effunde, & aliam de novo affundito, & hoc continua, quousque omnem acrimoniam ablatam animadvertes. Tunc pulverem in fundo remanentem inter chartas complicatas leniter exiccato. Ita obtinebis *pulverem* *Maëts.*

Algoreth, vel *Aquilam albam*, vel, ut ordinariò audit, *Mercurium Vitæ*, qui reverâ eſt progenies, & filius, Antimonii, non autem Mercurii.

Vehemens emeticum, & catharticum, eſt hic Mercurius Vitæ; & proinde non niſi in exiguâ doſi, & in infuſione adhibendus eſt. Hîc enim principia magis activa Antimonii, ſulphur ſcilicet, & Sal volatile, in actum deducta ſunt.

Doſ. *à gr. ij. ad gr. vj. in infuſione.*

Hic autem Mercurius Vitæ, ut blandè operationes exerceat, utque potiſſimùm per inferiora purget:

♃. Sal. mirabilis Glawberi part. ij. vel iij. Mercur. Vitæ, partem j. Affunde Sal mirabile in crucibulum, eique fluenti miſceto Mercurium Vitæ, & bacillo ligneo inter ſe bene agitato. Hoc peracto effundantur, & aquâ pluv. ubi deferbuêre, omnem Salem auferto. Ita obtinebis Mercurium Vitæ ſecuratum, & maximâ ex parte emeticâ ſuâ vi deorbatum, & privatum.

Doſ. *In ſubſtantia eſt à gr. iv. ad viij. cum Extracto de ſucco roſarum, Catholico, & ſimilibus.*

Huic Mercurio Vitæ ſi alas reſcindere viſum fuerit, ita ut per ſudores ſolummodò operetur:

♃. Butyr. Antimonialis rectificat. ut ſupra dictum. Huic ſucceſſivè affundito ſp. Nitri, quouſque effervefcentiam ſedatam obſervaveris, lenique igne ex vaſe vitreo liquorem ſupernatantem evaporato ad ſiccitatem. Quo peracto maſſam tuam committito crucibulo terreo, ibique candeat per dim. hor. Ita propellentur in auras omnes ſpiritus Nitri corroſivi, remanebitque in fundo pulvis fixus, aridus, inſipidus, diaphoreticus, magnarum virium. *Qui cum ſummo ſucceſſu exhibetur in omnibus morbis per ſudores curandis, præſertim in illis, in quibus à ſpirituoſis, oleoſis, & ſalinis volatilibus metuitur inflammatio ſanguinis.*

Bezoardicum minerale: vide infra.

Doſ. *à gr. vj. ad gr. xv.*

Exhibetur ordinariò cum Theriaca, Croco, Diaſcordio, confectione de Hyacinthis. Et experientia edocuit, quòd ſi huic Bezoardico diaphoretico addas grana aliquot ſalis herbarum fixi, utpote Abſynthii, Card. ben. itidem gr. j. aut alterum, Laudani Op. fœliciſſimè opus perficiat. Ut:

♃. *Bezoardic. mineralis*
Croc. Britann. vel opt. ana gr. viij.
Laud. Op. gr. j. ß.
Sal. Card. ben. gr. xij.
Confect. de Hyacinth. vel
Diaſc. Fracaſt. q. s. ad formam boli. m. f. ſudoriferum.

Bu-

Butyrum Antimonii si stillatim affundas sali Tartari rectificato, quousque effervescentia sedata est, massamque tuam exiccaveris in pulverem, emeticum, & purgans, ex Antimonio tutissimum obtinebis.

Cujus dos. in substantia est à gr. iv. ad gr. vj. vel viij. Vide processum superiorem, cui titulus præparatio purgantis, & emetici blandissimi, ex Antimonio.

Vide etiam Butyri Antimon. processum octavum.

Processus sextus.

REc. Butyri Antimon. q. v. Ei superfunde tantum aq. communis, ut quatuor digitis supereemineat, & præcipitabitur pulvis albissimus, multis affusionibus aquæ recentis edulcorandus, & lento igne exiccandus. *le Mort.*

Vires. *Vomitus movet egregios, & saburram Ventriculi exonerat, unde subvenit febribus ex obstructione ortis.*

Dos. *à gr. ij. ad vj.*

Infusio Mercurii Vitæ.

REc. Mercur. Vitæ ʒ. ij. Vin. Gallici. ℥. xx. Stent in digestione tepida per hor. xij. sæpius commovendo. Deinde vinum clarum à fæcibus separa, per inclinationem, majoris securitatis gratiâ. *Idem.*

Dos. *Ab.* ℥. ß. *ad* ℥. *j.* ß.

Processus septimus.

REc. Butyr. Antimon. q. v. Ei superfunde aq. communem. Et præcipitabitur pulvis albus, repetitis aquæ affusionibus edulcorandus. *Idem.*

Vires. *Vomitivo-catharticum est, unde convenit in pituita viscida, & bile, evacuandis, & ventriculo nimiis humoribus obsesso.*

Dos. *gr. j. ad iv. in substantia. In infuso verò à gr. iv ad xx.*

Nota primò. Butyrum facile obstruet collum retortæ in destillatione Butyri Antimonii: ergo retorta debet habere collum amplum, & breve.

Secundò. Antimonium,& Mercur.sublim. debent exactè permisceri in mortario vitreo, donec in unam massam abierint, & digerantur hor. xxiv.

Nota tertiò. Sp. Nitri cum butyro debet in digestione stare per noctem, & tum destilletur. Qui spir. debet cohobari cum pulvere relicto ter, & postea per se servandus, utilis ad Solem solvendum, & volatilizandum.

Processus octavus.

le Mort. REc. Liquoris, vel Butyr. Antimon. q. v. Eum immitte duodecim partibus aquæ ad minimum, & præcipitabitur pulvis albus, sæpius aquâ communi edulcorandus.

Sp. Vitrioli Philosophicus: vide cap. seq.

Nota. Aqua prima, in qua præcipitatio facta est, evaporari poterit, donec remaneat in fundo *Sp. Vitrioli Philosophicus*. Pulverem præcipitatum exicca supra Cretam.

Vires. *Vomitum movet: bilem, & pituitam, purgat: febribus convenit. Corrigitur ejus vehementia sequenti methodo:*

℞. Salis commun. decrepitat. ℥. j.
Nitr. purissim. ℥. j. ß.

Fundantur simul in igne. Dein sensim injiciatur Mercurii Vitæ ℥. j. ß. Fluant simul per hor. quadrantem: dein edulcoretur Mercurius.

Dos. *Mercurii hujus à gr. ij. ad ℈. ß.*
Incorrecti verò à g. j. ad gr. vj.

Processus nonus.

Idem. REc. Butyr. Antimon: cujuscumque q. v. Infunde in s. q. aquæ. Sic præcipitabitur pulvis albissimus (prout magis, aut minùs, acidum sit) sæpiùs reiteratâ aquæ recentis affusione edulcorandus: postea super creta exiccandus. Aquas omnes in edulcoratione adhibitas primâ, vel secundâ, evapora, ad remanentiam scilicet illius circiter ponderis, quod fuerat butyrum Antimonii, & sic remanebit *spir. Vitriol. Philosophicus* dictus. Verùm potiùs spir. Salis compositus dicendus est. Dicitur etiam *Cohob Antimonii* apud Authores.

Sp. Vitriol. Philosoph. vide infra.

Vires, & Usus. *Bilem, & pituitam viscidam, per vomitum, ac secessum, expurgat. Datur plerumque in infusione, vel in bolo.*

Dos. *à gr. ij. ad vj. ad summum.*

Vires spiritûs, &c. *Vermes necat: sitim extinguit: obstructiones tollit. Idem etiam spir. si recenti Antimonio superfundatur, denuò illud extrahit, & in Butyri formam redigit. Ita cum uno, eôdemque spiritu, quinquies, vel sexies, Antimonium extrahi possit.*

Dos. *à gutt. iij. ad xij.*

CAP. LVIII.

Purgans ex Antimonio securissimum.

REc. Nitr. part. ij. Mercur. Vitæ part. j. Fluat Nitrum in crucibulo, eique fluenti successivè admisceto tuum Mercurium Vitæ. Fluant simul per momentum, & baculo inter se bene misceto. Quo facto, effundantur, & misceantur cum Sale communi, ad pondus omnium, & per horæ dimidium strenuè inter se terantur. Quo peracto, omnem salem per edulcorationem aufer, & Mercurium tuum Vitæ vi suâ emeticâ spoliatum exiccato. Et cum Extracto rosarum in formam pilularum redigito. *Maïet.*

Dos. *est à gr. iv. ad v. vel vj.*

Purgat blandè absque torminibus. Phlegmata tenacia incidit, & attenuat: obstructiones pertinaces potenter resolvit. Quòd si quandoque per inferiora non purgat, non rarò transit in diaphoreticum.

CAP. LIX.

Spir. Vitrioli Philosophicus: processus primus.

REc. Aquam illam, in qua Butyrum Antimonii fuit præcipitatum pro Mercurio Vitæ parando. Filtra hanc per chartam, & colaturam evapora ad quintæ, vel sextæ partis, remanentiam. Hanc verò destilla per retortam, & prodibit primò phlegma. Cum verò guttæ cadent acidæ, applicetur novum recipiens, colligaturque seorsim spir. acidus, qui vulgò *Philosophicus* dicitur. Estque ille sp. compositus ex spir. Vitrioli, & spir. Salis communis, illis nempe, qui Mercurium sublimatum reddebant corrosivum, & noxium. *Marg.*

Usus. *Præcipuè laudant Chymici hunc spir. in sistendo dolore capitis. Putantque aliquid Mercuriale illi adhærere, quia regeneratus est ex Mercurio sublimato.*

Dos. *Sunt aliquot guttæ.*

Processus secundus.

REc. Aquam illam, quâ, in præcedenti operatione, Mercurius Vitæ fuit præcipitatus, & edulcoratus. Filtra per chartam, & eva- *Idem.*

pora, fortè ad remanentiam duarum, vel trium, unciarum. Tum residuam destilla ex retorta vitrea, in arena, & prodibit primò aqua insipida. Quando jam incipiunt cadere guttæ acidæ, tum applica novum recipiens, & destilla ad siccitatem usque, & accipietur sp. acidus penetrantissimus, qui servetur usui.

Est hic spir. compositus ex spir. Vitrioli, Salis communis, & Nitri. Mercurius enim sublimatur cum Vitriolo calcinato, & Sale communi decrepitato, & Nitro, idque bis, vel ter, vel etiam pluries, unde maximè corrosivus evadit, accipiendo in se spiritus acidos prædictorum salium. In butyro verò Antimonii illi spiritus acidi prodeunt in recipiens, & in Mercurio Vitæ cum aqua edulcorantur, & separantur ab Antimonio. Hinc apparet, Venenum Mercurii sublimati consistere in solis particulis acidis, quæ hic in spir. acidum colliguntur.

Vires. *Magni faciunt hunc sp. Chymici, qui credunt eum peculiare aliquid possidere ex Mercurio, quia nempe cum Mercurio per longum tempus habitavit: imprimis autem commendant in doloribus capitis sedandis; in movendo Urinam.*

Dos. *Est aliquot guttarum, trium scilicet, quatuorve.*

Processus tertius.

Marg. REc. Aquam illam, in qua præcipitasti, quâque edulcorasti, Mercurium Vitæ. Filtra per chartam, & evapora, ad octavæ partis remanentiam. Residuum destilla per retortam vitream: & prodibit primò phlegma. Cùm jam acidæ guttæ incipiunt cadere, applica novum recipiens, & seorsim collige spiritum acidum penetrantissimum. Qui nihil aliud est, quam sp. regeneratus ex Vitriolo, & Sale communi, cum quo Mercurius fuit sublimatus, & factus adeò corrosivus, ut vulgò venenum audiat, quamvis non nisi per accidens venenum fiat, si scilicet vel malè, vel in majori quantitate, usurpetur.

Vires. *Instar spiritûs Vitrioli, & Sal. communis, mixtorum est. Putatur tamen aliquid peculiare possidere ex Mercurio. Hinc laudatur imprimis in dolore capitis sedando.*

Dos. *sunt aliquot guttæ.*

Processus quartus.

Idem. REc. Aquam illam, in qua Mercurius Vitæ fuit præcipitatus, quâque fuit edulcoratus. Filtra per chartam, & evapora ad quintæ, vel sextæ,

ſextæ, partis remanentiam. Reſiduam pelle per retortam vitream, in arena. Et prodibit primò phlegma. Quando jam guttæ acidæ cadunt, tum applica aliud recipiens, & deſtilla ad ſiccitatem uſque. Sic habebitur ſp. acidus penetrantiſſimus ex ſpir. Vitrioli, & Salis comm. conflatus, qui vim corroſivam in Mercurio ſublimato conſtituebat.

Vires. *præcipuas habere dicitur in placando dolore capitis inveterato. Dicitur etiam inſervire parando oleo Talci apud Schroëderum.*

Doſ. *eſt aliquot guttarum.*

CAP. LX.

Bezoardicum minerale: proceſſus primus.

REc. Butyr. Antimonii glacialis q. v. Affunde ei in vitro oblongo tamdiu ſpir. Nitri rectificatum, idque guttatim, quamdiu effervescit. Deſinente efferveſcentiâ, reponatur vitrum per noctem in digeſtionem. Sequenti die liquorem deſtilla ex retorta vitrea ad ſiccitatem uſque. Retortâ refrigeratâ, reaffundatur deſtillatus ſpiritus & adhuc ſemel deſtillatio inſtituatur ad ſiccitatem uſque. Repete & tertium cohobium. Tum materiam albam relictam in fundo retortæ aufer, & in mortario vitreo in pulverem redige. Hunc pulverem in crucibulo mundo, & ignito, paululum reverbera, ut ſpiritus corroſivi avolent, & pulvis relinquatur vel inſipidus, vel ſubacidus. Qui verum eſt Bezoardicum minerale dictum. *Marg.*

Vires. *Eſt inſigne diaphoreticum magnorum morborum remedium, judice Helmontio. Conducit imprimis in febribus, & hydrope. Fortificatur Diaſcordio, vel Theriacâ, aut alcali aliquo Abſynthii, ſive Card. ben.*

Doſ. *eſt gr. x. vel xij.*

Proceſſus ſecundus.

REc. Butyrum Antimonii glaciale q. s. Ei in vitro oblongo contento affunde guttatim ſp. Nitri rectificati s. q. id eſt, quamdiu efferveſcat. Digere per noctem. Tum deſtilla ex retorta vitrea ad ſiccitatem uſque. Cohoba bis. Tum pulverem relictum in crucibulo mundo ſuper accenſis carbonibus paululum reverbera. Ne tamen comburatur in cineres, ſed evadat ex flavo albus, qui eſt ipſum Bezoardicum minerale. *Idem.*

Vires. *Dicitur Helmontio eſſe remedium magnorum morborum, nempe ob-*

obstructiones reserando, sudorem ciendo, humores solvendo, acidum, & acre absorbendo, pluribus morbis conducit.

Dos. *gr. viij. ad xij. Aliqui etiam ad ℈. j. adscendunt.*

Processus tertius.

Marg. REc. Butyr. Antimon. glacialis q. s. Ei affunde in vitro oblongo sp. Nitr rectificat. q. s. id est, quamdiu effervescit. Tum repone in digestione per diem, & noctem. Mox destilla liquorem limpidum ex retorta vitrea, in arena, ad siccitatem usque, & relinquetur in fundo retortæ massa albissima. Quam bis cohoba. Oportet verò leni igne uti. Tandem pulverem albissimum minutissimè læviga in mortario vitreo, & in igne aperto, in crucibulo puro, tamdiu reverbera, donec non ampliùs fœteat, nec spiritus corrosivos emittat. Cavendum verò, ne pulvis comburatur, & fiat cineri coloris, sed relinquatur albissimus, aut ad flavedinem accedens.

Vires. *Habetur pro magnorum morborum remedio. Estque blandum aliquod alcali acidos humores figens, & imbibens.*

Processus quartus.

Idem. REc. Butyr. Antimon. glacialis q. s. Affunde in vitro oblongo tantum spir. Nitr. rectificati, donec desinat effervescere. Tunc repone per noctem ad quietem. Sequenti die, ex retorta vitrea, destilla in arena ad siccitatem usque. Cohoba bis. Tandem pulverem album recipe, & in crucibulo puro paulum reverbera, donec spiritus corrosivos deposuerit, nec ampliùs fœteat. Quod relinquitur est Bezoardicum minerale dictum.

Vires. *Dicitur ab Helmontio magnorum morborum remedium. Instar alcali blandi humorem acriorem absorbet, acidum edulcorat, & sic partes à dolore liberat.*

Dos. *sunt gr. x. ad xij.*

Processus quintus.

Maëts. REc. Butyr. Antimon. recentis rectificat. q. p. Huic successivè affunde spir. acerrimum Nitri, quousque effervescentia sedata sit. Liquor supernatans evaporetur ad siccitatem pulveris. Qui in crucibulo, per

horam

horam dimidiam, calcinetur. Ita enim obtinebis pulverem candidissimum, inodorum, nulliusque saporis, Regulum scilicet Antimonii per spiritum Nitri fixatum.

Dos. *Hujus Bezoardici est à gr. v. ad gr. xx.*

Commodè hoc Bezoardicum miscetur Salibus diaphoreticis alcalibus Absynthii, Cardui ben. Scord. & similibus: ut

℞. *Sal. Absynth.*
Card. ben. ana gr. xij.
Bezoardic. mineral.
Croc. optim. ana gr. vj.
Oculor. Cancr.
Corallor. rub. pp. ana gr. v.
Laud. Op. gr. j. m. f. sudoriferum.

Vide etiam processum quintum capitis 57.

Processus sextus.

Rec. Butyr. Antimon. q. v. Ei superfunde spir. Nitr. donec strepitus cessaverit. Indatur hæc mixtura crucibulo. Et primò lento igne evapora, donec pulvis appareat citrinus. Tunc auge ignem, donec crucibulum intus, & extra, candeat. Tunc remove crucibulum ab igne, & permitte refrigerari. Pulverem album exime, & usui reserva. *le Mort.*

Vires. *Est diaphoreticum, & adversatur pesti, venenis, cæterisque morbis contagiosis.*

Processus septimus.

Rec. Butyr. Antimon. q. v. Superfunde ei spir. Nitri, vel aquam fortem, donec effervescentia cesset: Evaporetur deinde sp. Nitr. ad consistentiam pinguedinis usque. Dein immittatur crucibulo, quod in igne positum postea candefiat, donec nullos ampliùs vapores emittat rubros. Sic obtinebis pulverem albo-rubrum. *Idem.*

Nota primò. Idem Bezoardicum fieri potest, si Flores Antimonii, vel Regulus ejus, cum aqua regia calcinetur.

Nota secundò. Non opus est repetere affusionem spir. Nitri, ut plerique volunt, quoniam omnia corpora saturata suo acido nunquam ampliùs immutantur, vel alterantur.

Vires. *Bezoardicum, & diaphoreticum, est. Pesti, Lui Venereæ, Ictero, & morbis omnibus per sudorem curabilibus prodest.*

Dos. *à gr. iij. ad ℈. j.*

Bezoardicum minerale sine sublimato: processus octavus.

le Mort. REc. Reguli Antimon. à scoriis separati. ℥. j. Huic superfunde Aq. regiæ. ℥. iij. Misce invicem, & digerantur invicem per duos dies, donec omnis regulus in pulverem albissimum abeat. Huic postea superfunde magnam quantitatem aquæ communis. Sic præcipitabitur pulvis albissimus, sæpiùs recenti affusâ aquâ edulcorandus.

Vires. *Egregium est sudoriferum & Bezoardicum, omnibus morbis per sudorem curabilibus conveniens. Pesti, & venenis, adversatur.*

Dos. *à gr. iij. ad xij.*

Processus nonus.

Idem. REc. Butyr. Antimon. ℥. j. Sp. Nitr. vel Aquæ fortis. ℥. iij. Misceantur per vices. Dein, post effervescentiam factam, evaporetur liquor omnis ad consistentiam usque extracti albi, instar glutinis. Hoc gluten imponatur crucibulo, & ulteriùs igne vehementi urgeatur, donec optimè candefiat. Dein ab igne removeatur, & frigefactus usui servetur pulvis.

Vires. *Insigne est diaphoreticum, & alexipharmacum. Venenis, & putredini, resistit. Utilissimum est in peste, & febribus malignis, Paralysi, &c.*

Processus decimus.

Idem. REc. Butyr. Antimon. q. v. Huic superfunde sp. Nitri, donec effervescentia planè cesset, & in liquorem subrubrum abierit. Evaporentur simul in fundo cucurbitæ vitreæ fractæ, aut simili, donec consistentiam spissiorem induat amyli cocti. Deinde imponantur crucibulo, & valde igniantur, donec nulli ampliùs appareant vapores subrubri. Dein ad usum reponatur.

Vires. *Bezoardicum est, & sudorificum: putredini resistit: febribus, & morbis malignis, convenit.*

Dos. *à gr. iij. ad ℈. j.*

Sp. Nitri Bezoardicus: Vide cap. seq. Nota. Si liquor ille ex spiritu Nitri, & butyro Antimonii, in retortam vitream immissus, per arenam destilletur, *Spiritum Nitri Bezoardicum* præbet, sed rarioris tamen usûs. In Chymicis tamen easdem ferè operationes, ac Aqua regia, exercet. Insuper aurum non solùm dissolvit,

vit, sed etiam volatilizat, unde plures aurum potabile inde facere satagunt. *Vide cap. 57. processum septimum.*

CAP. LXI.

Spiritus Nitri Bezoardicus: processus primus.

REc. Illum spir. Nitri, cum quo Bezoardicum minerale fuit præparatum, & cohobatum. Serva hunc usui. Hinc enim est *sp. Nitri Bezoardicus* dictus: non quòd vim Bezoardicam contineat, sed quia à Bezoardico minerali aliquoties abstractus est. *Marg.*

Usus. Est vera Aqua regia solvendo Soli destinata. Imprimis hunc Chymici laudant in volatilizando Sole, eumque per retortam pellendo. Quod etiam præstat, quia valde pinguis est, & lentitudine suâ calcem Solis facile per retortam abripit in recipiens. Eam tamen nullo modo resolvit, sed illam iterum in perfectum Solem redire sinit. Hic habetur processus pro magno arcano apud Schroëderum.

Processus secundus.

REc. Spir. illum Nitri, cum quo priùs Bezoardicum minerale fuit præparatum. Serva hunc usui. Dicitur *Bezoardicus* hoc solùm nomine, quòd à Bezoardico minerale est abstractus: nullam tamen vim Bezoardicam possidet. *Idem.*

Usus. Est instar Aquæ regiæ solvens Solem, & Antimonium.

Processus tertius.

REc. Spir. illum Nitr. qui ter à Bezoardico minerali fuit abstractus. Hunc serva usui. Est enim Chymicorum sp. Nitri *Bezoardicus* dictus. *Idem.*

Usus. Est vera aqua regia solvens Solem, aliaque metalla. Creditur vulgò calcem Solis volatilizare, & secum abducere ex retorta in recipiens, quod ideò fit, quia spiritus est valde viscidus, & pinguis, atque sic Calcis Solis particulas minimas facilè secum rapit.

Processus quartus.

Marg. REc. Spiritum Nitri illum, cum quo paratum fuit Bezoardicum minerale. Hic dicitur *Bezoardicus*, non quòd vim Bezoardici obtineat, ſed quia à Bezoardico minerali fuit abſtractus.

Uſus. *Eſt mera aqua regia, unde inſervit Chymicis in ſolvendo Sole, & Antimonio.*

Cap. LXII.

Cinnabaris Antimonii.

Idem. REc. Caput mortuum Antimonii relictum in deſtillatione Butyri Antimonii. Indatur retortæ vitreæ loricatæ, fiatque deſtillatio in igne aperto, ita ut retorta probè igniatur. Et unius, aut ſeſquihoræ ſpatio, totum caput mortuum Butyri Antimonii ſublimabitur in collum retortæ, relicto in fundo retortæ pauxillo Antimonii crudi, quod Chymicis *Antimonium regeneratum* dicitur. Retortâ refrigeratâ, & fractâ, eximatur Cinnabaris Antimonii, ſepareturque à ſcoriis, & Mercurio currente, & hærente in principio colli, ſerveturque uſui. Cinnabaris redacta in pulverem à Chymicis adhuc aliquoties rectificatur, & ſublimatur per ſe, ex retorta vitrea in arena. Sic tandem evadit puriſſima, & rubicundiſſima. Imprimis ſi circa finem collo retortæ imponatur carbo ignitus: hic enim ſulphur in Cinnabari exaltat, & pulchrum conciliat colorem.

Vires. *Inſervit curandæ Epilepſiæ, aliiſque morbis, qui à fermento acido dependent.*

Doſ. *eſt gr. ij. vel iij.*

Proceſsus ſecundus.

Idem. REc. Caput mortuum in Butyro Antimonii deſtillando relictum. Redigatur in pulverem. Hic ſublimetur vel ex phiala parva, vel ex retortâ vitrea, ſed loricatâ, imponendo vitrum in ignem apertum. Sic ſpatio horæ unius, vel duarum, totum caput mortuum ſublimabitur in collum vitri. Unde, finitâ operatione, vitro fracto, poteſt auferri, & à ſcoriis ſeparari. In prima parte colli colligitur materia nigra, quæ lotione

tione aquæ puræ abit in Mercurium. Quem multi Chymici falsò putant esse Mercurium Antimonii, cùm potiùs sit resuscitatus ex Mercurio sublimato.

Cinnabaris redigitur in pulverem, & adhuc sæpiùs eodem modo rectificatur, sublimaturque per se ex vitro puro, donec planè sanguinei coloris evadat. Aliqui ad septimam sublimationem adscendunt. Collo retortæ imponunt carbonem vivum, quem vocant ignem suppressionis, qui Cinnabaris colorem exaltat. Est enim nil aliud, quàm Mercurius, & sulphur Antimonii.

Vires. *Intra corpus exhibita medetur Epilepsiæ, certo experimento illam esse naturæ alcalinæ. Cùm enim Epilepsia producatùr ab acido, hæc verò Cinnabaris acidum destruat, inde concluditur alcalinæ, & sulphureæ naturæ esse; utrumque enim hoc principium acidum temperat.*

Dos. *sunt gr. iij.*

Alii solvunt Cinnabarim in spiritu Salis communis. Tum destillant ad siccitatem. Accipiuntque pulverem albissimum, quem vocant Chaos Mercurii.

Processus tertius.

REc. Caput mortuum relictum in destillatione butyri Antimonii. *Marg.* Redige in pulverem subtilissimum, & ex retortâ loricatâ sublima in igne aperto. Sic spatio sesquihoræ caput mortuum ferè totum sublimabitur in collum retortæ in substantiam lapideam; quæ, in mortario vitreo, in pulverem redacta, sanguinei coloris evadit, diciturque vulgò *Cinnabaris* Antimonii, constans ex Mercurio, & sulphure Antimonii. Potest, & debet, hæc Cinnabaris redacta in pulverem aliquoties adhuc eodem modo sublimari, unde pulcherrima, & purissima evadit. Chymici septies rectificari jubent, sed sufficit terna rectificatio.

Usus. *Chymici ex hac Cinnabari, ex decoctione, parant sulphur Antimonii. Deinde ex hac Cinnabari etiam conantur augmentari Solem. Intra corpus laudatur in Epilepsiâ.*

Dos. *gr. ij. aut. iij.*

Vide etiam processum Mactsianum, id est, octavum pro conficiendo Butyro Antimonii, cap. 52.

CAP. LXIII.

Aqua benedicta Rulandi.

le Mort. REc. Croci metallor. ℥. j.
Vin. Gallic. ℥. xxx.
Misce, & stent in digestione per hor. xxjv. Deinde clarum à non claro separetur: & tum ad usum servetur.

Vires. *Easdem vires poßidet cum Croco metallorum, sed in majori dosi adhibetur.*

Dos. *ab* ℥. ß. *ad* ℥. *j.* ß.

Processus secundus.

Maëts. REc. Croci metallor. ʒ. j. ß.
Vin. Hispan. albi. ℥. x.
Fiat infusio in vase vitreo bene clauso. Post digestionem peractam, filtra vinum. Cui adde:

Syrup. Violar. cærulei. ℥. ij.
Ol. sulph. per Camp. gtt. xij. misce.

Dos. *à* ʒ. *ij. ad* ℥. ß.

Vide superiùs cap. 24. & alibi.

CAP. LXIV.

Aqua fortis.

Marg. REc. Vitriol. vulgari modo calcinat. & pulverizat. Nitr. optim. & pulverizat. ana ℔. ß. Misceantur exactè, & destillentur ex retorta terrea satis firma eodem modo, per ignem reverberii, sicut in spir. Nitri dictum est. Hâc tamen differentiâ, ut destillatio continuetur per 34. horas, & loco recipientis vitrei applicetur vas terreum, satis firmum, quodque spiritum acidum non absorbeat. Tandem liquor destillatus rectificetur ex retorta vitrea, in arena, ad siccitatem usque, & habebitur spir. acidus acerrimus, qui vulgò *aqua fortis rectificata* dicitur.

Usus. Est menstruum peculiare, & maximè frequens, apud Chymicos, *pro*

pro solvendâ Lunâ, Marte, Venere, & Mercurio, diciturque ab aurifabris Aqua separatoria *vulgò.*

Aqua fortissima: processus secundus.

REc. Vitriol. ad albedinem optimè calcinat. ℔. ij. Nitr. purissim. ℔. j. Misceantur invicem. Et destillentur, igne primùm lenissimo, donec vapores maximè turbulenti cessent. Deinde augeatur ignis, ut optimè vas candefiat per hor. j. Dein refrigerentur omnia. Refrigeratum effunde spiritum, & usui repone. *le Mort*

Nota bonitatis est, cùm Mercurio superfusus tam vehementer in ipsum agat, ut unà cum illo coaguletur.

Vires. *Solis operationibus Chymicis inservit, solutionibus nempe faciendis. Lunam dissolvit, & cætera omnia, quæ Aqua regia non attingit.*

Præparatio Aquæ fortis: processus tertius.

REc. Vitriol. part. ij. Nitr. part. j. Misceantur inter se, & destillentur, ut artis est, in olla ferrea, vel vitro, vel in terrea. In hac aquâ forti si dissolveris quartam partem Salis Ammoniaci, evadit *Aqua regia.* *Maëts.* *Aqua regia: Vide cap. seq.*

Vel:

REc. Salis commun. calcinat. q. p. Eique affunde Aquam fortem ad eminentiam quatuor digitor. transversor. Destillentur simul ex retortâ vitrea. In vase autem recipiente pone quartam partem florum Sal. Ammoniaci (respectu aquæ) ita enim Aqua fortis, destillata super Sal commune, secum rapit tenuissimas partes Salis communis, & in recipiente imprægnatur Sale Ammoniaco. Qui sales cum aquâ forti componunt Aquam regiam potentissimam, quâcum aurum Fulminans facilè præparare possis. Ut: *Vide processum sub titulo Aurum fulminans.*

Præparatio Aquæ fortis, & Aquæ regiæ: processus quartus.

REc. Vitriol. exsiccati, part. iij. Nitr. part. ij. Exactè inter sese conterantur, & misceantur. Destillentur, ut artis est, vel ex retortâ vitrea, vel, uti jam mos obtinuit, per cacabum ferreum, pri- *Idem.*

mò

mò leni igne, postea augendo ignem ad quartum usque gradum.

Inservit Aqua fortis separationibus argenti ab auro, ut & calcinationibus Mercurii, unde præcipitata alba, & rubra: corrosionibus diversorum metallorum, & mineralium, unde varii croci, & flores metallici præcipitati, Marcasitarum cosmetica originem ducunt suam.

Hæc ut *Regis balneum minerale*, seu *Aqua pugilum*, sive *Aqua regia* evadat:

♃. Aquæ fortis q. p. Destilletur ex retorta vitrea super Salem communem decrepitatum. In vase autem recipiente collocata sit sufficiens quantitas Salis Ammoniaci, vel flores Salis Ammoniaci, ita ut Aqua fortis destillans tantum Sal. Ammoniaci resolvat, quantum in poris suis contineri queat, & præparatam habebitis Aquam regiam, ad Regem metallorum, Solem scilicet, solvendum.

CAP. LXV.

Aqua Regia pro solvendo Antimonio.

Marg. REc. Sal. gemmæ in pulverem redact. ℥. j. Spir. Nitr. ℥. iv. Misce, & ex retorta vitrea, in arena, destilla ad siccitatem usque. Prodibitque spiritus acidus penetrantissimus, qui in vitro accuratè clauso servetur usui.

Usus. *Præter id, quòd peculiare menstruum est pro solvendo Sole, inservit quoque solvendo Antimonio: cujus usus ex sequentibus patebit.*

Aqua Regia: processus secundus.

Idem. REc. Salis gemmæ minutim pulverizat. ℥. j. Spir. Nitr. ℥. iv. Misce, & destilla ex retorta vitrea, in arena, ad siccitatem usque, & prodibit aqua penetrantissima, quæ in vitro, stricti orificii, accuratè clauso, servetur usui.

Usus. *Est menstruum peculiare pro solvendo Sole, & Antimonio.*

Processus tertius.

le Mort. REc Aquæ fortis, ut superiùs præparatur, ℥. iv. Sal Ammon. ℥. j. Misce simul, donec omne Sal Ammoniacum dissolutum sit. Deinde ad usum servetur.

Vires.

Vires. *Dicitur Aqua regia, quia Regem metallorum, Solem, in se dissolvit, unde etiam apud plurimos Authores nomine* Lavacri mineralis Solis *venit. Insuper omnia ramosa corpora metallica aggreditur, quæ Aqua fortis aliàs attingere nunquam solet. Solutionibus, & extractionibus, variis perficiendis insuper inservit.*

Vide etiam processum tertium, & quartum, capitis, quod immediatè præcessit.

CAP. LXVI.

Aqua Vitæ aurea Rulandi, sive, Sp. Vitæ aureus ejusdem.

REc. Pulpæ Colocynth. ʒ. v. *Maëts.*
Rha. elect. ℈. ij.
Gum. Tragacanth. Arabic.
Bdellii, ana ʒ. j. ß.
Cinnamom. ℈. j. ß.
Sp. Aceti, sive Aceti destill. ℥. xviij.
Vin. Malvatic. ℥. xj.

Digerantur simul, igne tepido, per noctes, & dies. iij. Exprimantur fortiter, & filtrentur.

Dos. *à* ʒ. *ij. ad* ℥. ß.

CAP. LXVII.

Aqua Vitæ.

REc. Rad. Angelic. *le Mort.*
Zedoar.
Valerian.
Petasitid.
Cyper. rot.
Imperator.
Galang. maj. ana ℥. j.
Irid. Florent.
Cort. Arantior.
Citrior.
Cassiæ lign.

Cinnamom.
Cubebar.
Cariophyllor.
Cardamom. ana ℥. ß.
Baccar. Laur.
Sem. Anis.
Foenicul.
Carui.
Dauc. vulg.
Levistic. ana ʒ. ij.
Baccar. Juniper. ℥. ij.
Nucis moscat. ʒ. vj.
Herb. Majoran.
Menth.
Lavendul.
Thymi.
Salviæ.
Rorismarin. ana p. ij.
Flor. rosar. rubr.
Melilot.
Sambuc. ana p. j.
Sp. Vin. ℔. x.

Digerantur simul per hor. xxjv. Deinde destillentur ad medietatem liquoris, & spir. prolectum usui serva.

Nota. Tingi potest Turnisolis.

Vires. *Colicis flatibus summopere succurrit: ventriculum debilitatum restaurat: omnibus frigidis morbis convenit, ut & crapulæ.*

Dos. ʒ. *j. ad* ʒ. *iv.*

Cap. LXVIII.

Aqua Vitæ extemporanea.

le Mort. REc. Spir. Vin. optimè rectificat. ℥. ij.
Ol. Cinnamom. gtt. x.

Misceantur invicem, ut oleum optimè dissolvatur, in sp. Vini. Dein infundatur in s. q. spir. Vin. vulgaris, & edulcoretur cum s. q. Syrup. Sacchar. candi, vel, si placet, albi tantùm. Liquor ille erit instar

ſtar ſpiritûs deſtillati iſtius ſimplicis, cujus oleum adhibetur.

Nota primò. Cum quovis oleo deſtillato, ut Cariophyllorum, Juniperi, Roriſmarini &c. poſſis eodem modo procedere.

Nota ſecundò. Si lubet ſpiritui huic colorem conciliare, poteſtis, infundendo ei ſimplex aliquod præbens ei colorem. V. g. pro rubro colore infundatur Santalum rubrum, vel grana Kermes, pro aureo adhibeatur Crocus vel Curcuma. Et, poſt ſuſceptam tincturam ſufficientem, coletur, & uſui reſervetur.

Cap. LXIX.

Aqua compoſita aromatica.

REc. Herbarum ſiccatarum Majoranæ, Menthæ, Meliſſæ. ana m. iij. Infunde in veſica cuprea cum aq. pluviali per noctem unam. Tum, applicato capitello ſtanneo cum refrigeratorio, fiat deſtillatio, ut detrahantur aquæ odoratæ circiter ℔. vj. Tum ſiſtatur, & habebis aquam compoſitam aromaticam. *Marg.*

Vires. *Calefacit, & ſiccat. Inſervit pro vehiculo in miſturis componendis pro morbis frigidis.*

Cap. LXX.

Aqua compoſita deſtillata.

REc. Chelidon. maj. m. x. *Idem.*
Fol. Raphan. ruſtican. m. vj.
Scrophular. m. iv.
Taraxac.
Violar. ana m. iij.

Conciſa omnia inde veſicæ cupreæ, & affusâ ſufficienti quantitate aq. puræ per noctem digere. Tum applicato refrigeratorio deſtilla, ut moris eſt. Prodeuntem aquam in vitreo recipiente collige, donec ℔as viij. vel x. bonæ, & odoratæ, aquæ nactus fueris. Tum deſiſte: nam quæ ſequitur aqua minùs valida eſt. Priorem verò ſerva uſui.

Vires. *Temperata ferè eſt in primis qualitatibus. Attenuat, reſolvit: conducit in febribus, obſtructionibus, imprimis ſi auctæ fuerint vires ejus aliquo Sale volatili, aut ſpiritu acido, aut alio quocumque additamento. Inſer-*

vit ergo solvendis Electuariis, parandis potionibus, & mixturis, hauriendis spiritibus, aliisque, pro vehiculo.

Dos. *ab* ℨ. j. *ad* ℨ. ij.

Cap. LXXI.

Aquæ destillatæ frigidæ.

le Mort. REc. Plantagin. Fumar. vel alicujus alterius vegetabilis frigidi dicti, quantitatem satis magnam. Huic superfunde Salis commun. Tartar. crudi ana m. j. aut ij. (prout major, aut minor, erit quantitas) Aq. commun. q. s. Macerentur simul per 4. aut 5. dies. Vel, si majoribus viribus prædita, & spirituosa, requiratur aqua, per 14. dies. Dein destillentur per Vesicam. Aqua destillata super recentes herbas rectificetur, & ad usum postea servetur.

Vires. *Aq. Plantaginis ardorem renum summopere mitigat: refrigerat: Erysipelati succurrit: est & anodyna.*

Dos. *internè ad* ℥. ij.

Aqua Fumariæ lenissimo modo purgat in puerperis, & gravidis.

Dos. *ab* ℥. ß. *ad* ℥. ij.

Methodus parandi aquas stillatitias simplices ex herbis frigidis: processus secundus

Exprimatur ex hisce herbis succus in s. q.

Idem. REc. Hujus succi part. j.
Aquæ commun. part. ij.
Herbæ recentis. q. s. id est, quantum succus,
Et herba, capere possunt.
Salis commun. &
Tartar. alb. crud ana m. j.

Reponantur per octo, vel decem, dies, donec fermentationem aliquam concipiant. Postea destillentur. Destillatæ rectificentur super herbas recentes. Et erit aqua omnibus viribus illius simplicis imbuta.

Cap.

CAP. LXXII.

Aquæ destillatæ calidæ.

REc. Herb. cujuscumq. calidæ q. v. *le Mort.*
Salis alcali. m. ij. aut iij.
Tartar. crud. mediam part. (scil. respectu salis)
Aq. commun. q. s.
Macerentur simul per iv. dies. Dein destillentur. Et, si placeat, super recentes herbas rectificetur.

Methodus destillandi aquas simplices ex herbis calidis: processus secundus.

REc. Herbam quamcumque calidam dictam, vel odoriferam. Huic *Idem.* superfunde aq. commun. q. s. ad bene humectandum. Adde postea cineres clavellatos ad m. j. vel ij. secundùm quantitatem. Reponantur in maceratione, donec fermentationem suscipiant: quod apparet ubi bullæ in supremitate apparent. Postea destillationi committantur, tamdium continuando, donec odore, & sapore, planè expers sit aqua.

Nota bene. Aquæ omnes in genere primùm destillatæ fœtent. Temporis verò tractu, ubi ad majorem quietis statum redactæ sunt particulæ, genuino odore præditæ existuut. Quod fit spatio trium, vel quatuor, septimanarum.

Nota secundò. Olea, si supernatent, auferenda sunt (quicquid alii in contrarium dicant) quoniam, temporis tractu, in mucilaginosam reducuntur substantiam, & aquas defædant.

Nota tertiò. Sunt, qui aquas hasce super parvam quantitatem recentium simplicium rectificant, & postea sale proprio imbuunt, unde aquæ valde diuturnæ, & longævæ, fiunt, quod in secretis maximè habetur. Verùm dantur plurimæ herbæ, & flores, quæ vel nullum, vel exiguum valde Sal præbent, in cujus defectu Sal aliud alcali substitui potest. Istiusmodi sunt omnes herbæ fere cæphalicæ, excepto roremarino, & herbis frigidis.

Sal Alcali durationem promovet, quia debilitat acidum in liquore existens, unde situs, & putrefactio, induceretur.

CAP. LXXIII.

Notæ generales super omnes aquas, & olea destillata, &c.

le Mort. Omnia olea, & aquæ, ex vegetabilibus eliciendæ, sufficientem quantitatem aquæ communis requirunt, ita ut ei innatare queant, vel si sufficiens succi proprii adsit quantitas, tantò efficacior inde elicitur spiritus, vel aqua. Olea verò succum non expetunt.

Prout magis, vel minùs, activæ expetuntur aquæ, eò magis diutinum requirunt macerationis tempus, additis salibus, quæ putrefactionem cohibere queant, ut sale communi, Nitro, Tartaro, Alumine, & in genere omnia Acida, tam rigida, quàm fluida.

Aquæ frigidæ, quoniam præcipuam vim suam mutuantur à particulis Nitrotartareis, iisque subacidis, cum s. q. salis communis, & mediâ parte Tartari (respectu scilicet salis) vel tertiâ parte Aluminis, vel quartâ parte Nitri, macerentur per quatuordecim circiter dies. Deinde tertia pars circiter liquoris abstrahatur, &, si placet, super recentes herbas rectificetur.

Hæc verò differentia inter Salia superiora addenda occurrit. Primò, ut eæ aquæ, quæ vim stipticam, & adstringentem, requirunt, Alumen potiùs, quam alia Salia, admittant, quoniam illud pro parte volatilizatur, & vim refrigerantem, & adstringentem, auget. Secundò, quæ maximè refrigerare debent, Nitrum admittant. Tertiò: quæ simul incidere, & lentè purgare, debent, Tartarum expetunt. Cui sub finem macerationis parum proprii Salis Alcali additur, ad volatilizationem ejus magis promovendam. In omnibus verò additur Sal commune, tanquam necessarium.

CAP. LXXIV.

Aquarum stillatitiarum præparandi modus ex tempore.

Idem. REc. Olei cujuscumque stillatitii, ut olei fœnicul. Menth. &c. ana guttas aliquot. Has infunde s. q. spir. Vini optimè rectificat. ut penitus in eo dissolvantur. Et singulis hisce drachmis olei, & spiritûs, pinta integra aquæ communis addatur, & viribus illius simplicis imbuetur.

Eodem

Eodem etiam modo aquæ compositæ, & aquæ Vitæ, fieri possunt * Idem etiam fieri potest, si, mediante saccharo, unà cum oleis, fiat Elæosaccharum. Verùm hæ aquæ non tam permanentes existunt ob Sacchari fermentantem naturam. Quò verò fortiores spiritus assumuntur, quibus soluta hæc olea infunduntur, eò in majori copia addi olea debent, ne spiritus in saporem, & odorem, prædominium obtineant. V. g. si drachma una sufficiat pintæ uni aquæ communis, drachma duæ vix sufficient spiritui Vini. Etiam non semper dosis determinari potest. Nam olea ista, quæ dulces, & molles, obtinent particulas in majori dosi adhiberi debent, quàm quæ rigidas, & amaricantes obtinent. V. g. si solutio olei fœniculi ʒ. j. requirat, ℈. j. Gariophyllorum, vel Cinnamomi, sufficiet. *(Vide cap. 68.)

Idem esto judicium de similibus.

Cap. LXXV.

Coagulum Asari.

REc. Folia, & radices, Asari, q. p. & quidem recentia. Concide, & contunde. Tum exprime succum per pannum. Hunc affunde iterum herbæ concisæ, sive expressæ. Digere per diem, & noctem, in balneo Mariæ. Ita ut etiam bulliant. Exprime iterum succum, sicut antea, atque leni igne redige evaporando ad consistentiam massæ pilularum. Habebisque extractum radicum, & foliorum, Asari, quod Hartmanno dicitur *Coagulum Asari.* Ut autem absque situ conservari possit, reponenda est massa in fictile album, aut etiam vitrum, madefaciendaque spiritu Vini rectificato. Sic ab omni mucore conservari potest. *Marg.*

Vires. *Purgat per superiora, & inferiora, pituitam, & bilem.*

Dos. *est* ℈. *j.*

Cap. LXXVI.

Præparatio Arsenici, seu Realgaris.

REc. Sal. mirabil. Glawberi. ℥. iv.
Arsenic. alb. chrystallizat. ℥. ß.

Fluat Sal mirabile in crucibulo. Cui adde Arsenicum pulverizatum. Fluant simul per horam integram. Ablue, & aquâ pluviali edulcora. Arsenicumque tuum de novo cum eâdem portione Salis fundito: & tertiâ vice re- *Maëts.*

repetito, & ultimò cum Alcohol Vini coquendo ad ſiccitatem maturetur. Ita enim Arſenicum à ſuo corroſivo, magnâ ex parte, liberatur, & ordinariò miſceri ſolet cum radicibus Ari, & ſubigi. Ut:

♃. Arſenici per ſal mirabile correcti. ℥. j.
Rad. Ari pulverizat. ℥. iv.
Fuligin. ex ligno q. s. ut inde oriatur pulvis gryſcus. m.

Miſcetur cum Emplaſtro; vel in forma pulveris excipiatur à lana rotunda, ſalivâ jejunâ madefactâ, Cancroque imponitur.

Applicatur etiam pulvis hic Arſenici correcti in ſordidis ulceribus, malignis, qui mundificat, ut poſtea Sarcotica admittant, ac iis ad cicatrizationem adduci queant.

CAP. LXXVII.

Magnes Arſenicalis.

Marg. REc. Arſenic. alb.
Antimon. crud.
Sulphur. commun. ana ℥. iv.

Terantur omnia ſeorſim minutiſſimè: cribrentur: & miſceantur. Indatur maſſa patellæ terreæ non vitriatæ, & ſuper leni igne carbonum accenſorum fac ut fluant omnia ſimul, ſpatulâ aliquâ ferreà movendo; cavendo ne maſſa accendatur, quod facillimè contingit. Quando omnia optimè ſunt mixta, tum effunde ſuper lapidem in lamellas, & habebitur medicamentum gryſei coloris, non abſimilis nempe colori magnetis nativi, quod ſervetur uſui.

Vires. *poſſidet attrahendi, & maturandi, unde & nomen accepit. Eſt verò externi tantùm uſûs, conveniens Emplaſtris pro curandis carbunculis, & bubonibus peſtilentialibus: quorum uſus videatur apud Angel. Salam. & Hartmann.* in praxi Chymiatrica, titulo de peſte.

Proceſſus ſecundus.

Idem. REc. Antimon. crud.
Arſenic. alb.
Sulphur. commun. ana ℥. j.

Tere omnia ſeorſim. Miſce. Et in patellâ terreâ, ſuper carbonibus accenſis, ſive flamma, movendo identidem ſpatulâ ferreâ, funde, ut fluant inſtar picis, cavendo, ne materia accendatur. Materiam fluidam

dam effunde super laterem in tabellas, & serva usui.

Vires. *Est tantùm externi usûs. Ingreditur* Emplastrum *pro carbunculis pestilentialibus. Consule* Hartmann. in praxi, *&* Angelum Salam. *Dicitur etiam gestari de collo, amuleti loco, contra pestem.*

CAP. LXXVIII.

Atramentum sympatheticum

COnficitur ex duobus liquoribus: quorum primus: *le Mort.*

℞. Lithargyr. Solis. ℥. j.
Aceti destillat. ℥. iij.

Coq. parumper, donec Acetum destillatum dulcescat. Deinde filtretur, & liquor servetur usui. Secundus:

℞. Auripigment. ℥. j.
Calcis vivæ, circiter, ℥. ij.

Coq. optimè simul, donec subviridem colorem liquor acquirat; qui dein filtrandus, & usui servandus.

Usus. *Quæcumque liquore primo exarantur, non apparebunt, nisi secundus sit admotus. Qui si admoveatur, pedetentim nigrescit conscriptum, etiamsi corpus aliquod interponatur, verbi gratiâ liber vel modicè crassus, ita ut charta conscripta superiùs, & alia altero liquore madefacta inferiùs ponatur.*

CAP. LXXIX.

Auriculæ Judæ

VUlgatissimi apud plebejos usûs sunt in gutturis affectionibus, sequenti modo præparatæ: *Idem.*

℞. Hord. mund. ℥. ij.
Rad. Liquirit. ℥. ß.
Auricular. Judæ. ʒ. v. vel vj.
Ficuum paria iv. vel vj.

Coq. simul in cerevis. tenui. Colaturæ ℥. xx. addendo:

Sacch. cand. ℥. j. m.

Gargarizent cum hoc decocto: &, post gargarisma, sumant illius decocti cochlear ia duo. Dosin illamquater, vel quinquies, in die repetendo.

CAP. LXXX.

Præparatio Auri fulminantis.

Maëts. REc. Auri, part. j. Aquæ regiæ, part. iij. vel iv. Solvatur aurum in tepido calore arenæ. Cui soluto, affunde stillatim ol. Tartar. per deliq. quousque effervescentia Salium sedata sit. Ita facta est regeneratio Nitri: nam portiones Nitri tenuissimæ se conjunxerunt intimè cum particulis auri, ac proinde dum nimio calore vexantur, flammam cum tonitru concipiunt, eodem modo, ac hoc contingere solet in pulvere tonitruante ex Nitri part. ij. & Tartar. & sulphur. ana parte. j. conflato.

CAP. LXXXI.

Præparatio Azoth Auri fact.

Idem. REc. Mercur. viv. à sordib. purificat. ℥. vij..
Lunæ exactè cupellat. ℥. j. fiat amalgama.
Solis per Antimon purgat. ℥. j.
Mercur. ℥. viij.

Fiat amalgama Mercurii cum Luna, & Mercurii cum Sole separatim.

Solvito amalgama Lunare in sufficienti quantitate spir. Nitri: amalgama Solare in sufficienti quantitate spir. Nitri. Solutiones confundito, & ex retorta vitrea propellito omnem humiditatem: in fine ignem ita augendo, ut spiritus corrosivi secessum faciant à calce in fundo remanente. Hanc calcem edulcorato, & postmodum cum Alcohol Vini figito.

Præcipitatum hoc est etiam diaphoreticum, & rarissimè salivationes movet, & non nisi in corporibus valde pituitosis. Exhibetur in iisdem affectibus, ut dictum in Mercurio diaphoretico. Vide processum sub hoc titulo.

Dos. *à gr. j. ad gr. iij. Exhibetur cum vehiculis supra dictis in Mercur. diaphor.*

CAP.



CAP. LXXXII.

Balsamus aromaticus, sive simplex.

REc. Ol. Nucistæ, sive Nuc. Mosc. ℨ. ij. Extrahe cum spir. Vin. rectificato digerendo diligenter omnem tincturam semel, vel aliquoties, donec oleum planè album relinquatur. Tum sicca, & recipe pro corpore balsami. Huic adde ol Menth. stillatitii genuini gutt. ij. Misce diligenter spatulâ, & serva usui. Hic enim est Balsamus Menthæ dictus gratissimi odoris. *Marg.*

Vires. *Est cardiacus, & cephalicus: conducit in Epilepsiá, Apoplexia, Syncope, aliisque capitis affectibus admovendo naribus, aut pauxillum illinendo fronti, & temporibus.*

CAP. LXXXIII.

Balsami Italici descriptio, & præparatio.

REc. Oliban. Myrrh. Aloës. *Maïis.*
Mastich. Sarcocoll. ana ℥. ij.
Colophon. Terebinth. Ven. ana ℥. j.
Axung. porcin. Styrac. Calamit.
Benzoin. ana ℨ. ij.
Ol. Hyperic. ℔. j. ß.
Spir. Vin. ℥. j.
Ol. Petr. ℨ. vj.
Spicæ. ℥. ß. Axung. human. ℨ. v.
Ceræ flavæ. ℥. iv. m. f. s. a. Balsamum.

Quòd si rubro colore tinctum velis, hâc methodo procedito. Balsamum tuum liquefacito, eiquę successivè misceto tantum ligni Santali rubri, in tenuem pulverem redacti, quòusque in colore arrideat.

Praxis verò componendi hæc esto. Sumito cucurbitam cum annulo plumbeo, ut moris est. Eam collocato in balneo Mariæ. Huic primò committito oleum Hyperici, ignemque augeto, quòusque ebulliat balneum Mariæ. Tunc addito Terebinthinam cum Colophon. Axung. porcinâ, & humanâ. Quibus liquefactis misceto Oliban. Myrrh. Aloën, Mastich. Sarcocoll. Styrac. Calamit. Benzoen, & spatulâ ligneâ conti-

nuo agitato, quousque pulveres resolutos, quantum fieri potest, animadvertas. Tunc addito ceram flavam. Quâ liquefactâ, omnia trajicito per linteum in ollam convenientem. Cùm verò refrigeratum est hoc Balsamum, & spissum evasit, ei commisce Ol. Petr. & Ol. Spicæ. *Talique modo obtinebis Balsamum vulnerarium maximarum virium fæliciter vulnera recentia curans.*

Interius etiam exhibetur optimo cum successu in hæmorrhoidibus cæcis exulceratis, quantum scil. cuspide cultri contineri potest. Quo in casu secretum est.

Præparatio Balsam. Italici vulnerarii: processus secundus.

Maëts. Rec. Oliban. Myrrh. Aloës.
Mastich. Sarcocoll. ana ℥. ij.
Colophon. Terebinthin. ana ℥. j.
Axung. porcin. ℥. ß.
Styrac Calamit. Benzoin. ana ʒ. ij.
Ol. Hypericon. ℔. ij.
Petræ. ʒ. vj.
Spicæ. ℥. ß.
Axung. human. ʒ. vj.
Ceræ flavæ. ℥. vj. m. f. s. a. Balsamum.

Methodus componendi hæc esto. Cucurbitam vitream in Balneo Mariæ, ut artis est, collocato. Eique primùm ol. Hypericonis unà cum gummi Olibano, Myrrh. Aloë. Mastich. Sarcocoll. & Styrac. Calamit. bene pulverizatis, indito. Accendatur ignis, & ubi Balneum incalescit, continuò oleum cum gummi circumagitato, augendo ignem, donec aqua bene bulliat. Ubi animadverteris gummi esse dissoluta, adde Colophoniam, & Terebinthinam, ut & Axung. human. & porcin. postmodùm ceram flavam. Quæ ubi soluta fuerint, trajiciantur omnia per linteum rarum, & ubi paululum massa refrigerata est, adde Ol. Petr. & Ol. Spic. Ac præparatum erit Balsamum Italicum vulnerarium.

Hoc Balsamum si rubicundo colore tinctum velis, ipsi adde, antequam totaliter refriguit, gummi Draconis, vel ligni Santali rubri, per cribrum angustissimum trajecti, quantum sufficit ad justam tincturam.

Usus *ejus est in vulneribus recentibus, quæ mirificè sanat. Itidem in catarrhis dolorificis frigidis discutiendis. Specificè autem interiùs exhibetur in hæmorrhoidibus internis exulceratis.*

Dosis. *Instar nucis avellanæ cum vino calido.*

CAP. LXXXIV.

Balsamum Apoplecticum.

R Ec. Ol. Nuciſtæ (ſive Nucis moſcatæ) expreſſi ʒ. ij. Moſci. gr. viij. Zibeth. gr. x. Ol. Roriſmarin. gutt. vj. Ol. lign. Rhodii gutt. x. Ol. Jaſmin. gutt. xx. Cum Balſami Peruvian. q. ſ. f. Balſamum ſ. a. *le Mort.*

Primò. In cochleari magno æreo liquefit Oleum Nuciſtæ: ſpatulâ agitatur. Quando frigeſieri incipit, admiſcentur olea, agitando poſt ſingulorum inſtillationem. Poſtremò tantum Balſami Peruviani inſtillatur, quantum ſufficit ad colorem rubro-nigreſcentem inducendum. Inſtillatur autem partitis vicibus, ſpatulâ ſemper agitando, & bene miſcendo.

CAP. LXXXV.

Balsamum Gariophyllorum.

R Ec. Ol. Nuc. moſcat. expreſſ. ʒ. ij. *Idem.*
Ol. Gariophyllor. ℈. ij.
Gariophyllor. contuſor. in ſubtiliſſimum pulverem ℈. j. Vel q. ſ. ad tingendum Balſamum. Miſceantur optimè in liquato Oleo Nuciſtæ, & ad uſum reſervetur.

Vires. *Memoriam confortat: dolores capitis tollit; & vertigines.*

CAP. LXXXVI.

Balsamum Jasmini.

R Ec. Ceræ albiſſim. ʒ. j. *Idem.*
Ol. Jaſmin. ʒ. ij.
Miſce: fiat Balſamum odoris amœniſſimi, quod ſpiritus valde reficit.

CAP. LXXXVII.

Balsamum Vitæ.

le Mort. REc. Ol. Lini. ℥. xvj.
Aloës. ℥. j.
Myrrh. Sandarach.
Mastich. ana ℥. ß.
Terebinth. ℥. iv.

Misce simul, & ponantur in balneo Mariæ, & coq. per hor. ij. materiam sæpiùs agitando cum bacillo ligneo, donec planè soluta sint gummata. Deinde adde: Camphor. ʒ. ij.

Lithargyr. auri pulveriz. optimè, ℥. ij. Misce simul.

Nota. Lithargyrium etiam extempore permisceri poterit cum gummatibus.

Macerentur simul per dies tres, vel quatuor, ad minimum. Dein clarum à fæcibus per decantationem separa. Maceratio fit, ut Lithargyrium magis imbibat acidum Balsami.

Usus. *Præservat omnia corpora perspicua, quæ in eo retinentur.*

Nota. Si non satis bene exiccetur, & duram induet consistentiam, idem Lithargyrium recens addi poterit, & denuò in balneo Mariæ coqui.

Internè calculum pellit. Miscetur cum saccharo, vel pulvere Liquiritiæ, in formam boli, superbibendo cochleare unum spiritûs Vini, ut tantò citiùs penetret.

Fistulas ani, & hæmorrhoidas internas persanat, si addantur:
Ol. Petr. & Terræ. ana ℥. ß.
Ceræ citrin. recent. ℥. ij. vel iij.

Externè etiam in omnibus affectibus frigidis adhibetur, ut in Arthritide vagâ, dolore capitis, & aurium, in quibus summopere conducit, si pars affecta eo illinatur.

Vulnera recentia citissimè curat, si cum parva quantitate ceræ in formam unguenti reducatur.

Dos. *Magnitudo nucis moscat. manè, & vesperi.*

CAP. LXXXVIII.

Modus generalis præparandi omnia Balſama.

OLeum Nuciſtæ expreſſum, vel Cera, vel Axungia, quod corpus efficit Balſamorum, ſemper primò liquefit. Dein admiſcetur Ol. Tartar. per deliq. (quoniam Balſami unctuoſitatem diu ſervat.) ſive cum pulveribus mixtùm (debet autem talis eſſe Olei Tartari quantitas, ut pulveres poſſit recipere) ſive per ſe, ubi pulveres non recipit Balſamus. Deinde ubi frigefactum fuit corpus Balſami, adduntur olea ſtillatitia. Et ultimò tincturæ, ſive colores. V. g. pro balſamo Cinnamomi recipitur Bolus Armena ad tingendum Balſamum. *le Mort.*

Balſamorum præparandi ratio: Proceſſus ſecundus.

REc. Flor. Hyperici, Chamomill. &c. s. q. Infundantur oleo Terebinthinæ. Digerantur ſimul per duos, vel tres, dies, donec colore illius ſimplicis imbutum ſit. Dein coletur oleum, & exprimatur. Oleo huic recentes adde flores, vel herbas, & denuò procede, ut ante, operationem hanc ter, vel quater, repetendo. Oleum deinde clarum deſtilla, leni igne, per retortam, in arena, donec quarta circiter pars ſuperſit in fundo retortæ. Sic obtinebis Balſamum craſſum, quod ulterius, ſi lubet, in Sole, vel hypocauſto, in formam duriorem redigi poterit. Hujus uncia ſemis libram unam Olei tingit. *Idem.*

Nota. Si ex herbis calidis oleum fundentibus, ut Menth. Majoran. Roremarino &c. fiat operatio, oleum proprium ſtillatitium, poſt Balſamum factum, affundatur.

Mixtura cum oleo Olivarum tali modò fit. Clarefiat oleum in balneo Mariæ bulliente. Dein ſenſim infundatur Balſamum hoc, & miſcendo ſimul uniantur.

Methodus componendi Balſama, tam externa, quàm interna, odorifera, & non odorifera: proceſſus tertius.

BAlſama hæc tria requirunt: primò, ut optimè ſint mixta, æqualia, lævia. Secundò: ut ſint mollia, unctuoſa, inſtar linimentorum duriorum. Tertio: ut ſint colore eodem prædita, quo ſubjectum, à quo Balſami nomen deſumptum eſt. *Idem.*

Tripli-

Triplicis generis Balſama dantur. Primò odorifera, ex oleis ſtillatitiis vel expreſſis, odoriferis, quæ excipiuntur corpore aliquo craſſiore unctuoſo.

Secundò: quæ fiunt ex gummatibus, & reſinis, quæ excipiuntur oleo aliquo expreſſo, & ad plenam diſſolutionem in balneo Mariæ coquuntur. Doſis plerumque gummatum Olei partem unam comprehendit.

Tertio: Balſama ſtillatitia, quæ poſt deſtillationem olei ſubtilis ſubſequuntur. Exempla Balſamorum odoriferorum duo habetis ſuperiùs, nempe Balſamum Gariophyllorum, & Balſamum Jaſmini, cap 85. & 86.

Quartò: Balſamum fit ſolâ contuſione, nempe ubi Balſama naturalia admiſcenda ſunt oleis expreſſis, & ſtillatitiis, ut Balſam. Peruvian. Liquidambr. Storax liquida. Illa ſequenti modo miſcentur:

♃. Ol. Nucis moſc. expreſſ.
Ceræ albiſſim. ana ℥. j.

Liquefiant ſimul. Dein ab igne remotis adde olea in conveniente quantitate. Ubi hæc ſimul frigefacta fere ſunt, addantur Balſama nativa, & pulveres tingentes, & optimè contundendo miſceantur, donec in unam maſſam abierint.

Modus componendi Balſama.

le Mort. REc. Vegetabilia valde odorifera, ut ſunt Flores, & Folia, Jaſmini, Baſilici, &c.

Immiſceantur Axungiæ præparatæ, id eſt, coctæ cum aquâ aliquâ odoriferâ. Inſolentur tempore æſtivo per ſex dies, vel, ſi feſtinari debeat, per tres dies. Dein in balneo Mariæ lento igne liquefiat, & per linteum à Foliis, & Floribus, ſeparetur. Recentia deinde Folia, &c. ſubſtituantur, inſolando, & procedendo, ut ante, tamdiu hanc operationem continuando, donec maximè odorifera axungia evadat. Macerentur deinde in balneo Mariæ calente axungia ſola, ut omnem humiditatem deponat per hor. 24. in vaſe optimè clauſo, ne quid expiret. Dein lentè frigefiat ſine ullâ agitatione, & poſtea à liquore ſubſidente ſegregetur, & obtinebis axungiam odoratiſſimam.

Nota. Eodem modo cum oleis procedi poteſt. Sic Itali faciunt oleum ſuum Jaſmini.

Pro-

Processus quartus.

REc. Folia Hyperici cum floribus tenuioribus. Reponantur in s. q. Olei Terebinthin. Macerentur loco calido per tres dies. Dein recentia adhuc folia, & flores, oleo à præcedentibus expresso, reponantur denuò per tres dies; & eodem modo ter procedatur adhuc. Dein oleum tinctum aquæ superfundatur. Evaporetur oleum, mediante coctione, donec resideat Balsamum unctuosum, & crassum, ad instar sanguinis rubicundum, quod usui reserva. *le Mort.*

Vires. *Insigne est vulnerarium nervoso generi optimè conveniens, si gutta una, vel duæ, vulneri instillentur. Internè curat omnia Aposthemata, ulcera, hæmorrhoidas internas, & fistulas ani sanat.*

Dos. *à gr. iij. ad ℈. ß. bis in die.*

Calculum etiam summopere pellit: & melancholiæ hypochondriacæ subvenit, scilicet internè sumptum. Inde fiunt olea cocta si ℥. j. in ℔. j. ol. Oliv. dissolvatur in balneo Mariæ.

CAP. LXXXIX.

Balsamum vulnerarium.

REc. Gum. Tacamahac. Sarcocoll. *Idem.*
Mastich. Styrac. Calamit.
Myrrh. Aloës. ana ʒ. ij.
Terebinth. Ven. ʒ. iij.
Ol. Olivar. ℥. viij.

Misceantur simul, & infundantur vitro, & in balneo Mariæ tamdiu ebulliant, donec gummata dissoluta sunt, quod experimur bacillo materiam commovendo, nempe si non ampliùs gummata fundo adhæreant. Tunc adde:

Ceræ. ℥. j.
Camphor. ʒ. ß.
Ol. Petr. & Spicæ. ana ʒ. j.
Ol. Terræ. ʒ. j. ß.

m. f. Unguentum molle, & per linteum colandum.

Vires. *Conducit omnibus affectibus frigidis, internè pellit calculum: hæmorrhoidas sistit: surditati convenit: arthritidem vagam tollit.*

Dos. *Internè nucis moscatæ magnitudine.*

CAP. XC.

Ad tingenda Balsama nativo colore.

Marg. REc. Decoctum cujuscumque herbæ despumatum, & clarificatum. Præcipita cum solutione Aluminis in aqua pura factâ. Præcipitationem exsicca. Cum hoc pulvere tinge Balsamum ejusdem herbæ, & concilia bis illi nativum colorem, & saporem.

Subjectum Balsamorum artificialium vel est cera alba, vel ol. Nucis moscatæ expressum (quod ex India ad nos defertur) cum sp. Vini extractum, & dealbatum, vel medulla ossium.

Ad cognoscendum autem, quæ sint artificialia, quæ non, aut ingredientia cujuscumque alterius compositi, præcipita illa, modo dicto, cum Alumine, & pulveres exsicca, & sic eos cognosces: nam Alumen omnia vegetabilia sic præcipitat.

Ut rectè porro fiat Balsamum artificiale, præter basim prædictam, addenda est ad imprægnationem subjecti gutta una, vel altera, cujuscumque olei habere velimus Balsamum, ut Rutæ, Gariophyllorum, Cinnamomi, & habebis Balsamum illius olei affusi.

CAP. XCI.

Bellidis in oculorum affectibus collyrium præstantissimum.

le Mort. REc. Florum Bellidis pratensis minoris q. v. Contundantur in mortario lapideo: deinde exprime succum. Succus hic recenter expressus instilletur oculo laboranti verrucâ, vel cataractâ, vel nebulâ, & spatio quatuordecim dierum, etsi desperatissimus esset affectus, medetur.

CAP. XCII.

Flores Benzoin.

Idem. REc. Benzoin q. v. Mitte ollæ rotundæ chartâ duplici munitæ, convolutâ in modum manicæ Hippocratis. Indatur postea igni lento. Et flores nivei adscendent, qui sæpiùs colligantur.

Vires.

Vires. *Proficuum est ad Asthma, & omnes pulmonum, & thoracis, affectus.*

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ℈. j.

Processus secundus.

REc. Benzoin q. v. Imponatur in ollam terream formâ cucurbitæ factam. Huic superponatur alembicum è charta factum in forma Pyramidis. Reponatur super ignem moderatum. Sic post hor. ß. flores adscendere incipient, qui cum plumaceolo colligendi sunt. *le Mort.*

Nota. Duo adhiberi debent capitella, ut, uno ablato, alterum imponi possit. Tamdiu continuetur hæc operatio donec papyrus pinguis fiat. Signum est olei procedentis.

Ex ℔a j. Benzoin ℥. j. ß. vel, ad summum, ℥. ij. florum colliguntur.

Processus tertius.

REc. Benzoin q. v. Injiciatur ollæ terreæ, superposito alembico chartaceo ad pyramidis figuram fabrefacto, & igne leni fiat sublimatio. Singulâ horâ ß. si ignis satis fortis fuerit, flores cum plumaceolo amoveantur. Sic flores elegantissimi, ad instar serici albicantis, colliguntur. Postea in vitro inclusi serventur. Signum absolutæ sublimationis est, si charta, seu alembicus, oleo tanquam madefacta apparere incipiat. *Idem.*

Ex hisce floribus paratur Essentia Benzoin sequenti modo. *Vide processum sub hoc titulo. Vide etiam cap. 95. per totum.*

CAP. XCIII.

Tinctura florum Benzoin.

REc. Spir. Vini super carminativis bis destillati. ℥. j. Florum Benzoin. ʒ. ij. Misce, fiat digestio, lentissimo igne, in phialâ oblongâ, donec flavo colore tingatur. *Idem.*

Vires. *Multò majores possidet vires, quàm flores Benzoin simplices. Insuper flatus discutit: medetur tussi inveterata: anhelitum difficilem curat: & dolores colicos.*

Dos. *à gutt. iv. ad xx.*

CAP. XCIV.

Essentia Benzoin.

le Mort. REc. Florum Benzoin. ʒ. ij.
Styrac. Calam. opt. ʒ. j.
Ol. lign. Rhodii, vel
Jasmin. illius gutt. ij. hujus gutt. iv.
Zibeth. gr. ij.

Misce invicem Zibeth. & Styrac. unà cum oleo lign. Rhod. Dein phialæ immittantur, superponendo flores Benzoin. Et digerantur per dies duos, cum sp. Vin. rectificat. q. s. Dein clarum à spisso decantetur, & usui servetur.

Egregium existit odoriferum, unde omnes vestes eo fumigari possunt, ut: chirothecæ, linteamina, &c. In quem finem talis mixtura fit:

♃. *Tincturæ hujus gutt.* XL.
Aq. rosac. vel alicujus odorifer. ℥. *j.*

Hoc liquore imbuantur quæcumque perfumiganda. Dein lentè siccentur in umbra.

Cosmeticum insuper externum est, si cutis è mixtura lavetur. Omnes insuper inflammationes externas tollit: præcipuè si guttæ aliquot Elixiris Camphoræ addantur huic tincturæ. Internè Asthmati tinctura hæc succurrit, & pectoris vitiis. Præcipuè si ulterius præparetur, ut dabimus in Essentia Asthmaticâ.

Processus secundus.

Idem. BEnzoinum Asthmati, & tussi, medetur. Egregium est pectorale. Inde fit Essentia, Oleum, & Flores.

Essentia hoc modo præparatur:

♃. Sp. Vin. rectificatiss. ℥. j.

Dissolve in eo sufficientem quantitatem florum Bonzoïn, & erit parata Essentia.

Alia

Alia Essentia Benzoin.

REc. Sp. Vin. rectificatiss. ℥. iij. vel iv.
Benzoin subtilissimè pulveriz. ʒ. j.
Ol. lign. Rhod. gutt. vj. m.
Digerantur simul, donec rubicundo colore tingatur spir. Vini.

Usus.

REc. Hujus Essentiæ guttas aliquot: Aq. rosarum ℥. j. vel alteram, pro libitu, ut instar lactis evadat.

Convenit in maculis faciei, rubedine oculorum, & omnibus in genere inflammationibus externis. Internè miscetur Essentia cum syrupo tussilaginis, vel hyssopi, & Asthmaticis propinatur.

Processus tertius.

REc. Sp. Vin. rectificatiss. ℥. ij. *le Mort.*
Florum Benzoin. ʒ. j. ß. Styrac. Calam. ʒ. ß.
Ol. lign. Rhodii. gutt. vj.
Moschi. gr. iij.
Zibeth. gr. ij.
Misce. Digerantur simul per hor. 24. Deinde clara à fæcibus separentur.

Nota. Si parum Salis Tartari ei ante digestionem immisceatur, tantò fœliciùs tincturam extrahes.

Ex hac verò Essentia parantur aquæ fragrantissimæ, & Lac Virginale dictum, ad cutem dealbandam. *Vide cap. seq.*

CAP. XCV.

Lac Virginale.

REc. Hujus Essentiæ ʒ. j. *Idem.*
Aq. lillior. albor. vel
cujuscumq. odorifer. ℥. ij. m.

Hæc aqua insuper omnibus oculorum inflammationibus succurrit, ut in Erysipelate &c. Sed apud delicatiores tantùm in usum venit, utpote pretiosissima.

Vires. *Flores Benzoin Asthmatici sunt, & thoracici: tussi, & anhelitui difficili succurrunt; sudores movent: in peste, & febribus contagiosis, noxios halitus corrigunt, tam internè assumpti, quàm externè in suffumigationibus.*

Dos. *à gr. iij. ad.* ℈. *j.*

Externè inserviunt fumigationi tam in forma pulveris, quàm in forma liquida, vel sub forma vaporum. Sub forma pulveris permiscentur primò cum parva quantitate Sacchari candi, ut eò meliùs in pulverem abeant: dein aliis pulveribus permiscentur. Sub formâ liquidâ, in quocumque liquore spirituoso inflammabili: at in omnibus oleis facillimè dissolvuntur. Sub formâ vaporum prunæ candenti per se inijciuntur, cavendum tamen ne flammam concipiant. Verùm, ob pretium, Benzoin ipsorum locum supplet. Secundò etiam Lac illud Virginale dictum, si duplam obtineat Essentiæ dosin, super prunas in olla reponitur, & integram cameram odore replet gratissimo, ut & vestes suspensas &c.

Vires. *Essentia Benzoin. Cardiaca est: sudores movet: in cæteris cum floribus convenit. Præcipuè verò, ob odoris fragrantiam, omnes spiritus vitales recreat. Locum Ambræ gryseæ obtinere potest, si loco spiritûs Vini, & olei ligni Rhodii, substituatur spiritus rosarum fragrantissimus, & oleum Cinnamomi.*

Lac Virginale inde factum, furfures, lentigines, & quascumque externas cutis maculas tollit, præcipuè si ad singulas Essentiæ uncias ℈. *j. Camphoræ adjiciatur. Oculorum inflammationibus succurrit: Erysipelas tollit: Applicetur parti affectæ linteum eo liquore madefactum, & tamdiu supponatur, donec sponte siccetur.*

Dos. *interna Essentiæ Benzoin à gutt. vj. ad* ʒ. ß.

CAP. XCVI.

Bilis anatomia.

Marg. REc. Bilem unam, atque alteram, suillam. Destilla, abjectâ vesiculâ, ex cucurbitâ vitreâ, in balneo Mariæ. Sic adscendet liquor quidam partim spirituosus, partim salinus, partim aqueus. Oportet verò distillare ad siccitatem usque.

Hunc liquorem rectifica, & prodibit primò in parva quantitate spiritus volatilis, qui est inflammabilis instar sp. Vini. Tum sequetur phlegma. Hoc plegma cohoba, aliquoties super fæces relictas, accipieturque in satis conspicua quantitate Sal volatile bilis.

Ex

Ex fæcibus ſiccis relictis poteſt extrahi cum Alcohol Vini ſulphur Bilis. Si fæces comburantur, extrahetur pauxillum Salis fixi. Præſtat tamen fæces in cucurbita, in arena, paulò fortiùs urgere. Sic cum aquâ calidâ poterit extrahi Sal quoddam nitroſum Bilis, quod in calcinatione conſumitur. Quod reſiduum eſt, eſt terra Bilis.

Atque ſic Bilis conſtruitur ex ſpiritu volatili, qui conſtat ex ſulphure, & ſale volatili: ex phlegmate: ex ſale fixo nitroſo: ex ſulphure fixo, ſive reſina: & terra. Acidum ejus cohæret cum Sale nitroſo. Si Bili recenti affundatur aliquod acidum vegetabile, aut etiam alterius generis, blanda fiet effervescentia; biliſque pars reſinoſa coagulabitur. Unde patet, bilis menſtruum non ſine Alcali fuiſſe, quod per acidum abſorptum ſuam reſinam relinquit. Si verò bili recenti inſtillaveris ſpir. Salis Ammoniaci, aut ol. Tartari per deliq. pari modo coagulabitur reſina bilis; quod indicat bilis menſtruum non ſine acido fuiſſe.

Ex his experimentis conſtat, Bilem eſſe tincturam quamdam ſulphuris valde crudi, atque ideò amariſſimi, extracti per menſtruum acido-ſalinum, ut vel ablegetur è corpore, vel notabilem aliquem uſum præſtet. Qualis fortè eſt pro condiendo ſanguine, vel pro edulcorando, & præcipitando chylo, vel pro temperandis acribus humoribus in inteſtina confluentibus. Paracelſo ſanè, ut & Helmontio, dicitur *Viſcus vitale*.

CAP. XCVII.

De Bilis fermentatione.

REc. Bilem ſuillam unam, atque alteram. Eam, abjectis veſiculis, inde vitro. Quod accuratè clauſum reponatur in digeſtione per ſeptimanas aliquot, donec reſolvatur in aquam limpidam, fæcibus ad fundum depoſitis. Hanc aquam deſtilla, habebiturque ſp. volatilis, & Sal volatile. In fundo remanent fæces Bilis. *Marg.*

Uſus. *Exhibet experimentum pro demonſtrando ſpiritu, & ſale volatili Bilis. Poteſt etiam habere uſum ad extergendum, ſicut vulgò ipſa Bilis in facie mundanda inſervit.*

CAP.

CAP. XCVIII.

Bryoniæ purgans nobile.

le Mort. REc. Bryoniæ recentis q. s. Contundatur, & exprimatur succus, & optimè exsiccetur. Dein contundatur. Et radicis exiccatæ, & pulverizatæ, unciæ uni, adde olei Gariophyllorum gutt. iij. Aceti destillati ℥. ß. Misce. Exsiccetur denuò lentissimo igne, vel in Sole, & habebis purgans in Cachexia, & omnibus Uteri obstructionibus, valde nobile.

Dos. *à gr. v. ad* ℈. *j.*

CAP. XCIX.

Bryoniæ Extractum.

Idem. EXinde etiam fit Extractum purgans vilissimi pretii, sed magnarum sat virium:

℞. Bryoniæ exiccatæ. ℔. j.
Herb. Fumar. ℔. ij.
Fol. Sennæ. ℥. iv. Coq. simul in s. q. aquæ per hor. ij.

Colatura expressa ad consistentiam pilularum redigatur.

Dos. *à* ℈. *ß. ad* ℨ. ß.

CAP. C.

Cadavera condiendi methodus.

Maëts. REc. Terebinth. opt. q. p. Eique affunde q. s. aq. pluv. Destilletur ex cucurbitâ vitreâ alembico suo munitâ, ut artis est, in præparatione Ol. Terebinth. lucidi.

℞. Hujus Olei q. s. Cadaver autem à putredine præservandum includatur capsulâ plumbeâ. Cui affundatur oleum prædictum eò usque, donec submergatur, ibique relinquatur per tres, quatuorve dies. Quibus transactis, eximatur cadaver, & spiritu Vini abluatur, donec omnis odor Terebinthinæ evanescit. Ita enim, per longum temporis spatium, cadavera à putredine præservari possunt.

Pro-

Processus secundus.

MYrrha putredinem arcet: stomacho valde conducit. Inde fit Balsamum vulgò *mortuum* dictum, hoc modo: *le Mort.*

♃. Aloës & Myrrh. q. s. Dissolve in spiritu Vini vulgari. Cum hoc liquore cadavera mortua imbibantur, & deinde exsiccentur, & à putredine immunia erunt.

CAP. CI.

Aqua Calcis in ambustis.

EBulliat aqua v. g. stopa una (*id est, pintæ nostrates quinque*) Injice Calcis v. g. ℥. x. Ebulliant in caco Bohemico (*forsan in cacabo æneo*) filtretur aqua: cui adde tantum Vitrioli, ut cærulescat. *Maëts.*

Aquâ hâc mira præstantur in ambustis: gelu tractis: gangrænis: Erysipelatibus: fistulis: scabie: ulceribus malignis. Sæpe in die calidis linteis applicanda, præsertim si imprægnata fuerit eâ quantitate Sacchari Saturni, ut lactis formam acquirat.

CAP. CII.

Spir. Calcis unitus cum spiritu Tartari, & Urinæ.

REc. Nitr. & Tartar. ana q. p. Misce, & ferro ignito, vel carbone candenti, accendito, & in cineres calcinato. *Idem.*

♃. Hujus calcinati. ℔. j.
Urinæ recentis ℔. iv.

Digerantur in fimo equino, ut dictum in processu, cui titulus *Sp. Tartari, & Urinæ volatilis.* Postmodùm leni igne aufer spiritum volatilem, qui valde erit aqueus, & igneus, inservitque principaliter in tincturis è metallis calcinatis educendis. Ita enim ex Croco Solis flavam extrahit tincturam, quam per destillationem à menstruo hoc liberato, auferendo scilicet menstruum ad Olei formam. Cui tunc committito s. q. Alcohol Vini, & relinquito in digestione, quòusque sp. Vini se univerit cum tinctura Solis, & paratum habebis *Aurum potabile* magnarum virium.

P Eodem

Eodem modo ex Croco Martis, per vapores Aceti facto, elici potest tinctura Martis validissima.

Quòd si ex Venere desideraveris tincturam potentissimam, in Epilepsia specificam, hac methodo procedito:

℞. Vener. limat. vel potius æris, seu cupri usti ad rubedinem calcinati (scilicet cum Nitro) ℥. j. Contundatur in Alcohol. Referet autem colore suo crocum instar sanguinis rubicundum. Cum hac Veneris calce misce Nitri opt. ℥. xij. Committantur successivis gradibus crucibulo forti, & in igne calcinato aperto, quòusque Venus cum Nitro in scorias abeat subvirides, vel subcæruleas. Hisce affundito menstruum superiùs præparatum, & deduces tincturam rubicundissimam ex Venere. Quam separa, aliamque spiritûs portionem affundito, & digerito, ut priùs, quòusque tincturâ Veneris impraegnata fuerit. Hoc autem repete, quòusque omnis tinctura ex Venere educta sit. Tincturas confunde, & ad Olei formam, per destillationem, redigito. Cui affunde Alcohol Vini, & digerantur in cineribus tepidis, quòusque tinctura Veneris sese univerit cum spiritu Vini.

Dos. *Auri potabilis à gtt. vj. ad xij. & xv.*
Martis potabil. à gtt. vj. ad xx. aut xxv.
Veneris à gutt. vj. ad x.

CAP. CIII.

Tinctura Calcis in ulceribus malignis.

Maëts. REc. Calcis ex lapidibus exustis factæ q. p. Huic affunde aq. pluv. & acetum ex Vino ana ad eminentiam dig. 4. transversorum. Coq. in olla terrea vitriata ad siccitatem. Affunde postmodum spiritum Vini ad eminentiam sex dig. transversorum. Stent in digestione per hor. xxiv. Spiritum Vini postmodùm decanta. Ac in libra unâ istius spiritûs dissolve Mercurii sublimat. dul. ℥. ß.

Valet hæc tinctura calcis in ulceribus malignis inveteratis mundificandis. Linteamina enim in hoc spiritu madefacta, & madida, imponuntur ulceribus.

CAP. CIV.

Aqua Antinephritica Michaëlis.

REc. Calcis part. ij.
Sal. Ammon. part. j.
Misce. inter se, & committantur crucibulo forti. Cujus orificium alio crucibulo inverso, arctâ lutatione, occludatur. Adhibe primò ignem circularem, sive Rotæ: tandemque in fine obrue carbonibus: relinquanturque per horam ß. in candore. Salem Alcali Basilianum eximito, & misceto cum triplo Boli Armenæ, destilleturque simul, igne strenuo, ad totalem vaporum exhalationem. Spiritum destillatum tinge cum pauco Croco, quòusque flavedinem induat saturatam. *Maets.*

Vires *Hujus spiritûs sunt eximiæ in dolore Nephritico, potenter enim arenas, & saburram in renibus delitescentem, expellit. Itidem in Arthritide fœliciter exhibetur, ut & in obstructionibus mensium, Mesenterii, Lienis, &c.*

Dos. *à gutt. iij. ad gutt. x.*

CAP. CV.

Reverberatio calcium Mercurii, Martis &c.

REverberatio est calcinatio mineralium per ignem flammæ. Fitque quando res calcinandæ committuntur ipsi flammæ. *Marg.*

♃. Calcem Mercurii, vel Martis. Inde crucibulo puro, & repone intra carbones accensos, ita ut flamma in crucibulum apertum feratur. Relinque sic per exiguum tempus, calcem sæpiùs vertendo stylo, donec spiritus corrosivos deposuerit. Tum remove, & refrigeratum reserva usui.

Usus *hujus calcinationis est partim calces depurare, partim exaltare, & attenuare.*

CAP. CVI.

Oleum calami aromatici.

le Mort. REc. Rad. Calami aromatici, mediam ad partem circiter exiccat. q. v. Hisce concisis superfunde aquam sufficientem, ut submergantur. Deinde insperge Salis cinerum clavellatorum, Salis communis ana m. j. aut ij. pro quantitate faciendâ. Macerentur simul per tres septimanas, donec albedo mucilaginosa fiat. Dein destillationi subjiciantur in Vesica. Sic oleum unà cum aquâ spirituosâ adscendet. Aqua ab oleo separetur per tritoriam, & in usum servetur. Signum destillationis absolutæ est, si aqua prodeat insipida, & nullum oleum supernatet.

Eodem modo destillantur olea corticum Arantiorum, & Citriorum.

Vires. *Oleum Calami aromatici stomachicum est, & flatus discutit: sudores movet, & menses: cruciatus autem circa ventriculum ciet, si in nimia copia assumatur, ob acredinem suam nimiam.*

Dos. *est à gutt. iij. ad xij.*

CAP. CVII.

Præparatio Salis volatilis ex calculis humanis.

Maëts. REc. Calculorum humanorum q. p. Contundantur grosso modo, & destillentur, ut artis est, in retorta vitrea, ut artis est in præparatione Cornu Cervi. Ita enim obtinebis Salem volatilem collo retortæ, & lateribus vasis recipientis adhærentem, unà cum pauxillo olei fætidi, & spiritûs urinosi. Salem, ut artis est, rectifica, ut usui medico inserviat. Cujus usus concurrit cum Sale volatili Urinæ. Eodem modo præparatur Sal volatile cranii humani.

CAP. CVIII.

Pulvis Calculifragus.

'ort. REc. Salis Tartar. ʒ. ij.
Cremor. Tartar. ℥. j.

Ver-

Vermium exiccator. qui vulgo vocantur *Cimices*, Belgicè *Piſſabed*, * quia urinoſum habent ſaporem, ℈. j. Miſce. * *Anglicè Peneſe.*

Doſ. *à* ℈. ß. *ad* ℨ. *ij.*

Etiam pulvis Cimicum ſolus cum parvâ quantitate Nucis moſchatæ exhibetur ad ℈. ß.

CAP. CIX.

Campecii ligni tinctura.

PAratur eodem modo, quo tinctura ligni Acanthini, ſive *Braſiliani:* habetque eundem uſum. *Marg.*

Vide cap. quintum.

CAP. CX.

Elixir Camphoræ.

REc. Camphoræ. ℥. ß. *le Mort.*
Sp. Vin. rectificatiſſ. ℥. iij. vel iv.
Sal. Tartar. ʒ. ij.
Ol. Gariophyllorum. gutt. vj.
Aniſi. gutt. x. m.

Deinde deſtilletur ad ſiccitatem uſque. Spiritum deſtillatum fæcibus reaffunde, & denuò deſtilla. Spiritus prolectus tingatur cum ʒ. j. Croci, & ad uſum ſervetur.

Nota primò. Sp. Vini optimè ſit rectificatus, ut immediatè Camphoram in poris ſuis recipere poſſit.

Nota ſecundò. Quò ſæpiùs repetitur cohobatio, eò magis Camphora volatilizatur, & Elixir penetrantius redditur.

Vires. *Diaphoreticum eſt, & anodynum, in pleriſque morbis, tam frigidis, quàm calidis, optimo cum ſucceſſu uſurpatur. Sudorifera omnia promovet. Externè in omnibus affectibus frigidis ſummopere convenit. Cephalalgiæ, Odontalgiæ, aurium doloribus, Vertigini, ad miraculum uſque medetur. Videlicet, ſi guttæ ejus aliquot in duplâ quantitate aquæ Majoranæ, vel Lavendulæ, miſceantur, & per nares attrahantur.*

Doſ. *Internè à gutt. ij. ad gutt. viij.*

Processus secundus.

le Mort. R Ec. Sp. Vin. subtilissim. ex frumento parati (quoniam est magis anodynum) ℥. xij. Camphor. ℥. iij. Sal. Tartar. optimè calcinat. ℥. ij. Misce. Destillentur simul per balneum Mariæ. Spiritum destillatum denuò Camphoræ relictæ affunde, & denuò destilla, idque repete septies. Spiritum ultimò prolectum usui serva.

Vires. *Stupendas edit operationes in Odontalgia, Cephalalgia, Paralysi, Apoplexia, Arthritide vagâ, Podagrâ, & ad omnes affectus frigidos. Linimentum sequens inde fit:*

℞. *Saponis Venet.* ℥. *ij.*
Ol. Castor stillat. ʒ. *j.*
Ol. lumbricor. terrest. ʒ. *ij.*
Spir. Camphorat. prædict. ʒ. *iij.*

Misce simul ad consistentiam linimenti. Si adhuc magis penetrans desideretur, addatur Spir. Sal. Ammoniac. drachma una, vel altera, fiat linimentum in Paralysi, Apoplexia, &c.

In capitis affectibus fiat sequens mixtura:

℞. *Spir. Vin. super herbas cephalicas destillat.* ℥. *j.*
Spir. Camphorat. ʒ. *j.*
Aq. Rorismarin. ℥. *iij. m.*

Hauriantur ejus guttæ aliquot per nares, & extempore cessabit dolor capitis, vel dentium.

Nota bene. *Aqua Rorismarin. mitigat cætera: ejus ergo vis augetur, vel minuitur, pro majori, vel minori, aquæ rorismarini dosi.*

Cum sp. Vin. cephalico, & sp. Camphoræ, ut superiùs mixtis, cotoneum imbuitur, & in auribus inditur. Oculorum caligini medetur per nares adhibitum. Succo Bellidis etiam in oculos instillato.

CAP. CXI.

Magisterium Oculor. Cancr.

Idem R Ec. Oculor. Cancr. q. v. Ei superfunde Acet. destillat. ut duobus digitis superemineat. Fiat digestio per hor. iv. Tum filtretur solutio,

tio, & cum oleo Vitrioli rectificato, præcipitetur in pulverem. Aqua supernatans per inclinationem separetur, & recens aqua superaffundatur, tamdiu continuando, donec nullum gustum contineat. Deinde lento igne siccetur, & usui servetur.

Vires. *Diureticum, & antinephriticum, est: dolores colicos sedat.*

Dos. *à gr. j. ad ℈. j.*

Vide præparationem Corallior. process. ij.

Cap. CXII.

Tinctura, seu Essentia, Cantharidum.

Rec. Cantharidum ℥. j. His superfunde Spir. Nitr. fortissimi. ℥. ij. Digerantur simul per hor. xxiv. Sic Cantharides planè dissolventur, & tincturam spiritus obtinebit rubicundam. Huic tincturæ superfunde Spir. Vin. ℥. vj. Digerantur simul: quò diutiùs eò meliùs: certum tempus non potest præfigi. Postea filtretur liquor, & ad usum reservetur. *le Mort*

Vires. *Nephriticum est, & lithontripticum, medicamentum: Gonorrhea medetur; Podagra, & Arthridi vaga, succurrit, ut & Ictero.*

Dos. *à gutt. ij. ad xx. ad summum, idque bis in die.*

Nota. Si pulvis, è solutione hac cum spir. Vini factâ, expetatur Antinephriticus sequenti modo procedendum:

Huic solutioni superfunde duas partes aquæ communis. Postea instilla filtratæ solutioni Olei Tartari per deliq. q. s. donec effervescentia cesset. Sic ad fundum præcipitabitur pulvis flavo-ruber, à liquore supernatante separandus, & edulcorandus, & postea in umbra exiccandus.

Dos. *à gr. j. ad iv.*

Nota secundò. Si præcipitatio hæc, ubi à sale separata est, evaporetur ad tertiæ partis remanentiam, producet chrystallos summè antinephriticas.

Dos. *à gr. ij. ad xij.*

Nota tertiò. Sic præparantur omnia insecta alia.

Cap.

CAP. CXIII.

Sal Cardui ben.

le Mort. REc. Cardui ben. q. s. Reducatur in cineres mediante flammâ. Cineres hosce, ad albedinem redactos, extrahe aquâ communi, & filtra; & evapora, ut artis est.

Vires. *Sudorificum est, sed in genere, ut omnia Salia alcalia. In viribus omnibus cum cæteris convenit.*

CAP. CXIV.

Tinctura Castorei.

Idem. REc. Castorei ℥. j. Sal. Tartar. ʒ. ij. Spir. Vin. rectificat. ℥. iij. Conscindatur Castoreum, & ei superfundatur sp. Vin. & Sal Tartari. Digerantur simul per tres dies, donec rubicundo colore spiritus tingatur. Spiritum tinctum à fæcibus effunde. Deinde parumper subsideat per hor. iij. vel iv. ut omnes fæces deponere possit. Deinde tinctura clara effundatur, & in usum servetur.

Vires. *Uterinum est, & antihystericum: Paralysi, & Apoplexiæ medetur. Multò efficacior evadet, si ad unciam singulam drachma una spiritûs Salis Ammoniaci permisceatur. Podagricis doloribus succurrit, si ad singulam unciam tincturæ, drachmæ iij. sp. Sal. Ammoniac. Camphoræ scrupulus. j. permisceatur, & loco affecto sub linteo applicetur.*

Dos. *Tincturæ à gutt. iv. ad xxx. Inde etiam fit spiritus egregius antiepilepticus sequenti modo:* Vide processum sub hoc titulo, Sp. egregius Antiepilepticus. cap. 177.

Essentia Castorei: processus secundus.

Idem. REc. Castorei in pulverem redact. ℥. j. Sal. Tartar. ʒ. vj. Sp. Vin. rectificat. ℥. v. Digerantur simul per tres, quatuorve dies, in balneo Mariæ, & habebis Essentiam Castorei: neque datur melior præparatio.

Vires. *Castoreum hystericum est summum, & antiepilepticum: nervinum, & cephalicum est. Inde fit Essentia, Oleum, & rarissimè Sal volatile.*

CAP. CXV.

Catholicarum Pilularum descriptio.

REc. Sal. Tartar. ad albedinem exiccat. q. p. Huic affunde aquam pluvialem, Salemque, quantum fieri potest, dissolvito, & filtrato, & de novo ad consistentiam Salis evaporato. Huic affunde Olei Terebinthin. lucid. q. s. in vitro lati fundi, lenique exponito digestioni, semel in dies agitando, & continuato digestionem, quousque superficiem sapone vestitam observaveris, quam cochleari argenteo aufer. Hoc continua, quousque Oleum Terebinthinæ in saponem conversum sit. *Maets.*

℞. Hujus Saponis part. ij.
Extract. Opii methodo nostrâ præparati,
Hellebor. nigri
Pulv. Glycirrhizæ tenuissime tritæ. ana part. j. m. f. s. artem pilulæ.

Quas si magis diureticas volueris, addito justam dosim sudoriferi ex Antimonio præparat. *Vide processum sub hoc tit.*

CAP. CXVI.

Pilulæ Cephalicæ Mayerni.

REc. Fol. Rorismarin. *Idem.*
Card. ben.
Meliss.
Rad. Cichor.
Fl. Stæchad. Arab.
Centaur. min. ana m. j.
Fol. Sennæ. ℥. ß.

Bulliant omnia in s. q. aquæ fontanæ ad remanentiam ℔. ß. In qua dissolve:

Aloës electæ in aq. rof. lotæ. ℥. iv. f. evaporatio ad consistentiam pilularum.

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ʒ. ß.

CAP. CXVII.

Mercurius Veneris vegetabilis.

Matts. REc. Ceparum, cùm frondes emittere incipiunt instar penis. q. pl. Ipsis adde justam dosim Olei Tartari per deliq. ut dictum in generali extractione. Digerito, ut artis est. Iisque affundito Alcohol Vini ad eminentiam digitorum trium transversorum. Stent in digestione, quousque spir. Vini flavam extraxerit tincturam. Postmodùm per distillationem spiritum Vini, sale volatili ceparum imprænatum, ad siccitatem auferto.

Vires. *Spiritus hic Ceparum egregium est diureticum, & potenter per diuræsim expellit virus Venereum in Gonorrhæa. Obscurè de eo loquitur Kreuchnerus sub nomine Mercurii Venèris vegetabilis.*

Dos. *à gutt. x. ad xxv.*

CAP. CXVIII.

Ol. Ceræ, & omnium pinguedinum in genere.

le Mort. REc. Ceræ flavæ ℔. j. Scindatur in minuta frusta. Dein injiciatur retortæ, & superfundatur arenæ siccæ q. s. ad supereminentiam dig. j. Repone ad destillandum in arena. Sic primò prodit phlegma aquosum. Secundò, oleum subtilius fluidum. Tertiò, oleum crassum butyrosum. Singula olea seorsim excipi queunt, si libitum fuerit.

Omnis ferè Cera in oleum transit, ita ut circiter ℥. j. vel ℥. ß. de libra una in fœcibus restet.

Eodem modo omnes pinguedines, & seba duriora, destillari queunt, & eadem ferè quantitas ex omnibus obtinetur, nisi quòd unum fluidius sit altero.

Oleum tenue tantùm interno usui inservit. Mediante rectificatione oleum hoc crassum Ceræ, &c. in subtilius, & magis fluidum reduci potest.

Vires. *Oleum Ceræ cicatrizans est summum: citissimè ulcera carne replet. Internè colicos dolores sedat: flatus discutit.*

Dos. *à gutt. j. ad viij.*

Pro-

Processus secundus.

REc. Ceræ flavæ ℥. iv. Fluat in patella terrea. Fluenti admisce arenæ cribratæ ℥. viij. Remove ab igne, & spatulâ ligneâ, vel ferreâ, tamdiu agita donec cera cum arena abeant in unam massam; quæ refrigerata, & in partes scissa indi debet retortæ vitreæ. Fiat tum destillatio ex arena igne secundi, & tertii, gradûs, idque per hor. xij. Sic prodibit primò liquor limpidus, qui vulgò dicitur ol. Ceræ liquidum. In fine sequetur liquor crassior, qui refrigeratus coagulatur butyri instar, unde vulgò dicitur Oleum Ceræ butyraceum. Uterque servetur usui. Marg.

Vires. *Oleum liquidum attenuat, & incidit, diureticum est, acre, & valde penetrans, potestque intra corpus exhiberi ad guttas iij. vel iv.*

Butyraceum verò vim habet anodinam, & emollientem, convenitque tumoribus extenuandis.

Dos. *pro re natâ.*

Processus tertius.

REc. Ceræ flavæ. ℥. ij. Arenæ cribratæ ℥. iv. Fluat Cera in patella terrea. Fluenti adde arenam. Remove ab igne, & perpetua agitatione finito refrigerari. Antequam autem induretur, formentur globuli, qui ex retorta vitrea, in arena, igne tertii gradûs, destillati, per hor. decem, suppeditabunt primùm Ol. Ceræ fluidum, ultimò Oleum coagulatum, quod vocant oleum *butyraceum.* In retorta verò relinquetur sola arena, quæ refrigerata arenam absque cohæsione facilè profundet. Idem.

Ol. butyraceum Chymici iterum admiscent arenæ, iterumque destillant, idque sæpiùs repetunt, donec tandem totum maneat liquidum, nec ampliùs coaguletur.

Vires. *Ol. liquidum pro insigni habetur diuretico, est enim partium subtilium, & penetrantium. Butyraceum verò emollit, & digerit, unde tumoribus inservit leniendis.*

Dos. *Ol. liquidi gutt. iv. vel vj. Butyracei q. s.*

Cap. CXIX.

Succus Cerasorum amarenorum.

Marg. REc. Cerasorum amarenorum (*id est, subacidorum rubrorum*) bene maturorum ℔. ij. Horum manipulum unum, vel alterum, sacculo laneo excipe, atque exprime succum. Quo facto, alios manipulos accipe, & sic perge, donec omnem succum expresseris. Tum lapides quoque eorum in mortario contunde, succoque conjunge.

Eis deinde affunde Vini generosi duplum. Repone per aliquot dies, ut bene dissolvantur. Tum filtra per manicam Hippocratis. Colaturam serva usui.

Vires. *Est cardiacus: refrigerat, incrassat humores: arcet putredinem: sitim extinguit.*

Dos. *cochleare unum, atque alterum.*

Eodem modo paratur succus Ribesiorum, Cydoniorum, malorum dulcium. Notandum tamen quòd mala priùs sunt raspanda, & postea exprimenda.

Cap. CXX.

Cerevisia saliens.

le Mort. REc. Sacchar. vulg.
Uvar. passar. ana ℔. ß.
Tamarindor. ℥. vj.
Coq. simul in s. q. aquæ per hor. ß. Ab igne remotis adde:
Cinnamom. ʒ. ij.
Sem. Coriand.
Cubebar.
Cardamom. ana ʒ. j.
Macis, Cariophyllor.
Nucis moscat. ana ℥. ß.
Relinquantur simul, donec tepida evaserint: dein adde:
Fæcum Cerevis. cochl. iij. vel iv.
Fermententur simul per dies duos: postea colentur, Colatura cantharis imponatur, addendo

Cort.

Cort. exterior. Arantior.

Sem. Citri. ana ℥. j.

Stentque optimè clausa per septimanas aliquot: quò diutiùs, eò meliùs: eritque saporis gratissimi, & vires longè ultra, quas Cerevisia farinacea obtinet, habebit.

Nota primò. Loco Uvarum passarum Uvæ Corinthiacæ substitui possunt, & tantò gratioris erit saporis,

Nota secundò. Si dilutius expetatur, & coloris magis albi, lactis parum in fermentatione addatur.

Cerevisia saliens, vulgaris instar: processus secundus.

REc. Cerevisiæ non nimis fortis albicantis pintas. ij. Quò recentior sit, eò melior. Ei addde: *le Mort.*

Crem. Tartar. gr. v.

Sacch. cochl. integrum.

Cinnamom. frustula v. vel vj.

Cort. Citri. ʒ. ß.

Gariophyllor. n. iv.

Infundantur simul cantharo, & optimè occludatur. Reponatur in cella. Et post diem unum Cerevisia illa saliet. Et asservari potest per dies decem.

Alia: processus tertius.

REc. Cerevis. albicantis tenuioris pint. ij. Si non recens sit, addantur Salis Tartar. gr. vj. Si verò recens fuerit, non opus est. *Idem.*

Sem. Coriandr. grosso modo contus. ʒ. ß.

Cardamom. minor. ℈. ß.

Cinnamom. acutissim. ℈. ij.

Rad. Irid. Flor. odoratiss. ℈. j.

Grosso modo contusa infundantur Cerevisiæ. Dein adde:

Sacchar. cochl. j.

Optimè primò agitentur, & ubi subere bene fuerit occlusa reponatur in usum.

Tertia species: quæ est instar musti recentis, delicatissimo tum odore, tum sapore: **Processus quartus.**

le Mort. REc. Aq. commun. pint. viij.
Sacch. albissim. ℔. j. ß.
Uvar. passarum. ℔. ij.
Tamarindor. ℔. iv.
Coq. simul per quadrantem horæ. Dein fiat colatura. Colaturæ adde:
Havedinem Citriorum duor.
Rad. Irid. ʒ. iij.
Sem. Coriand. ʒ. ij.
Cardamom. ʒ. ß.
Gariophyllor. n. xvj.
Fæcum Cerevis. cochl. ß.
(Nota: fæces illæ addantur, ubi ad teporem liquor redactus fuerit)

Fermententur simul per dies duos. Dein cantharis infundatur liquor denuò percolandus per pannum. Adde Cinnamomi frustula aliquot. Reponatur postea in cantharis optimè occlusis, & ligatis. Et post quatuor, aut quinque dies, in usum reduci poterit. Et facilè durabit per tres septimanas.

Nota. Si non tam fortis expetatur Cerevisia, magisque refrigerans, addatur duplex dosis aquæ. Et ubi colorata non expetitur, sed instar Vini limpida, sub finem perfectæ fermentationis addatur lactis à cremore separati cochlearia aliqua, secundùm quantitatem liquoris, ad pint. j. scilicet cochl. j. (Lactis nimirum deflorati, id est, *skimmed-milke* Anglicè) Olei Vitrioli optimè rectificati, vel Ol. Sulphur. per Camp. gutt. ij.

CAP. CXXI.

Cerevisia Chymica, seu Chymico modo præparata.

Idem. REc. Uvarum passar. ℔. iv.
Conscindantur, & grosso modo contundantur.
Sacch. vulgar. ℥. iv.
Aq. ferventis pint. vj.
Fermenti Cerevis. cochl. ß.
Crem. Tartar. ʒ. j.

Fer-

Fermententur ſimul in Sole per dies viij. Dein liquor percoletur forti expreſſione, &, ubi ſubſederit, in cantharos clarus effundatur. Hiſce ſingulis pintis adde:

Sp. Vitriol. gutt. viij.
Ol. Cinnamom. gutt. viij.
Gariophyllor. gutt. iv.
Eſſent. ſeu tinctur. flaved. Citrior. gutt. iij.
Eſſent. Regiæ. g. j.

Olea excipiantur ſaccharo. Dein recludantur in cantharis, & erit potus durabilis, & valde lelicatus.

Nota. Loco Sacchari, mel etiam recipere licet, modò ſit notæ puriſſimæ.

Nota ſecundò: Uvæ Corinthiacæ amæniores, & delicatiores ſunt, quàm Uvæ paſſæ.

CAP. CXXII.

Cereviſia Martialis loco cereviſiæ Dantiſcanæ, vulgò Joppen-beere.

RAdix Rubiæ Tinctorum coagulatum ſanguinem diſſolvit, unde *le Mort* convenit in Apoſtematis, & ulceribus internis, ſi in decoctis vulnerariis aſſumatur. Plurimo in uſu eſt apud plebem in vulneribus, & læſionibus, internis, cum Cereviſiâ Dantiſcanâ (vulgò *Joppen-beere*) & oleo olivarum. Loco Cereviſiæ Joppenſis poteſt uſurpari decoctum vulnerarium, vel Cereviſia fortis Martialis (id eſt, Martio menſe parata) cui incoxerint ſummitates Hyperici & prædicta radix, & folia Ribeſii nigri, hoc modo:

♃. Cerevis. Martialis ſtopas xx. *id eſt pint. Anglican. circiter centum.*
Summit. Hyperic. m. viij.
Fol. Ribes. nigr. m. ij.
Rad. Rub. tinctor. ℥. iv.
Cort. granator. ℥. j. m. f. nodus in dolio ſuſpendendus.

CAP. CXXIII.

Lixivium, & Sal fixum, cinerum clavellatorum.

Marg. REc. Cineres post incinerationem Sarmentorum relictos (*Vide processum, cui titulus incineratio Sarmentorum*) suâ sponte extinctos, albicantes. Infunde eos in sufficienti quantitate aquæ puræ. Per noctem digere. Tum autem aquam à cineribus leniter decanta, & filtra per chartam. Colatura dicitur *lixivium*. Ita ex aqua, & cineribus, paratur. Hæc aqua in ollâ ferreâ mundâ evaporetur ad siccitatem usque, & relinquetur in fundo massa quædam ex nigro albicans. Hæc dicitur *Sal fixum*. Hoc Sal in crucibulo reverberandum est, donec fluat instar aquæ. Tum refrigeratum solvatur in aqua pura, & filtretur per chartam. Colatura evaporetur in vitro, donec in superficie emergat cuticula. Removeatur tum vitrum ab aqua, & per noctem relinquatur loco frigido. Sic Sal concrescet albissimum, quod dicitur *Alkali* vulgò, aut *Sal Alkalisatum*, estque ipsum Sal fixum, seu reverberatum.

Vires. *Alcalia omnia potenter attenuant, aperiunt, resolvunt, humores fundunt, cum acidis effervescunt, eaque temperant non tantùm, sed & in totum destruunt, unde infinitis morbis conducunt. Nempe omnibus iis, qui ab humorum infarctu, & à fermento acido generantur, ut sunt morbi pituitosi, Scorbutus, & Epilepsia.*

Dos. ℈. ß.

CAP. CXXIV.

Tinctura Cinnamomi.

Idem. REc. Cinnamom. acuti, id est, selecti, grosso modo pulverizat. ℥. j. Ei in phialâ oblongâ contento affundatur spir. Vini rectificati q. s. id est, ad aliquot digitorum transversorum supereminentiam. Reponatur phiala in digestionem per dies, & noctes, octo. Tum leniter decantetur tinctura rubicundissima. Coletur per pannum, & servetur usui.

Vires. *Calefacit, & siccat, potenter, movet, & rosolvit. Est stomachica, uterina, cardiaca, & alexipharmaca.*

Dosis *est* ʒ. ß.

Pra-

Processus secundus.

REc. Cinnam. opt. & acut. grosso modo pulverizat. ℥. ß. Inde phialæ. Affunde tum spir. Vin. rectificat. ℥. iij. Claudatur phiala alio vitro inverso. Repone in digestionem per dies, & noctes, tres. Cola per linteum. Colatura est ipsa tinctura Cinnamomi. *Marg.*

Vires. *Calefacit, & siccat. Est cardiaca, cephalica, hysterica, in partu.*

Dos. *à gutt. vj. ad x. vel xij.*

CAP. CXXV.

Spir. Cochleariæ compositus.

REc. Cochleariæ recentis crasso modo concisæ. ℔. ij.
Cort. Arantior. siccator. ℥. iv.
Calam. aromatic. ℥. j.

Misce, & affusis sp. Vin. vulgar. ℥. LX. instituatur digestio in cucurbita vitrea, in arena, per diem, & noctem. Tum applicato capitello instituatur destillatio, igne secundi gradûs, ad tertiæ partis remanentiam. Sic extrahetur sp. Cochleariæ subtilissimus, continens in se Sal volatile, & oleum Cochleariæ, atque corticum Arantiorum, quod etiam odor, & sapor, manifestabunt. Oportet verò non tantùm affundere dictum spir. Vini, sed & tertiam partem, ad minimum, aquæ communis, ne scil. abstracto spiritu, caput mortuum siccum evadat, & vel cucurbita rumpatur, vel etiam sp. empyreuma contrahat. *Idem.*

Vires. *Potenter attenuat, & incidit, volatilizat, acidum destruit, & educit, unde movet Urinam, & sudorem. Conducitque Scorbuto, Epilepsiæ, Apoplexiæ, aliisque sexcentis morbis ab acido oriundis.*

Dos. *est ℥. ß. ad ℥. j. semel, vel aliquoties, in die.*

CAP. CXXVI.

Cæmentum Regale.

REc. Vitriol. Veneris. ℥. j. *le Mort.*
Alumin. rupei.

Sal. Ammon. ana ℥. ß.
Nitr. puriſſim. ʒ. j.
Ærugin. ʒ. ij.

Pulverizentur ſimul. Dein in teſtam ponantur ad lentum ignem. Primò liquefiat pulvis. Poſtea intendatur ignis, continuò materiam movendo, donec teſta candefiat.

♃. Hujus pulveris, quo tegatur fundum crucibuli. Huicque ſuperſternatur Sol (numiſma puta aliquod, ut Roſam nobilem) Dein ſuperſpergatur denuò pulvis, ut optimè tegatur Sol. Tum lento igne primò calefiat materia, ſenſim ignem augendo, donec vas candefiat optimè. Tum, frigefactis omnibus, eximatur aurum, vel, ſi adhæreat vaſi, aquâ ſuperfusâ Salia adhærentia eluantur, & Sol erit puriſſimus.

CAP. CXXVII.

Collyrium ad incipientes Cataractas.

Maëts. REc. Panis ſecalini recentis q. pl. Ex quo per deſcenſum elicias ſpiritum.

♃. Hujus ſpir. ℥. iij.
Croci metallor. ſive
Hepatis Antimon. ʒ. ij.

Fiat infuſio per hor. 24. Filtra. Ipſique tincturæ filtratæ adde Vitriol. Veneris, ſive chryſtallorum Veneris q. ſ. ad levem cæruleitatem inducendam. Filtra: & uſui reſerva.

CAP. CXXVIII.

Collyrium ad oculos præſtantiſſimum.

le Mort. REc. Fl. æris, ſeu æruginis, chryſtallizat. ʒ. j.
Spir. Sal. Ammoniac. ℥. j.
Alcohol Vin. camphorat. ℥. j. ß. m.

Sic obtinebis tincturam cæruleam, cujus uſus ſequens eſt.

Miſceantur hujus tincturæ guttæ aliquot cum aquæ alicujus convenientis ℥. j. donec ſat cærulea appareat, Sal. Saturni. gr. iij. m. f. collyrium in omnibus inflammationibus, nubeculâ, & cæteris vitiis oculorum. *Vide cap. ſeq.*

CAP. CXXIX.

Collyrium ad oculos.

le Mort.

REc. Æruginis. ʒ. ß.
Camphor. ℈. j.
Sp. Vin. optimè rectificat. circiter ʒ. ß.
Sp. Sal. Ammoniac. ʒ. ij. m.

Et extrahetur illicò tinctura intensè cærulea, quæ ad usum in vitro strictè clauso reservetur.

Vires. *Omnibus oculorum affectibus hoc collyrium dicatum est, usúsque ejus est, si tantùm aquæ convenienti (ut rosarum, plantaginis, Euphragiæ, fœniculi &c.) infundatur, ut cæruleum acquirat colorem.*

Si præstantius adhuc expetatur sequenti modo procedendum est:

℞. Albumen ovi recentis. Conquassetur optimè cum aquis sequentibus:

℞. Aq. Fœnicul. Euphrag.
Rosar. ana ℥. ij.

Ubi planè albumen in iis aquis dissolutum est, adde
Sacch. Saturn. gr. x.
Vitriol. alb. gr. vj.
Collyrii præcedentis q. s. ut colore cæruleo tingatur.

Internus etiam ejus usus esse potest in morbis pertinacioribus, ut podagrâ, cephalalgiâ inveteratâ, vertigine, leprâ, obstructionibus &c.

Dosis *sensim augenda est, donec ferè vomitum movere incipiat. Incipiendum à gutt. ij. ad summum ad gutt. xx. semel, vel bis, in die.*

CAP. CXXX.

Oleum Colophoniæ.

REc. Colophoniæ minutissimè pulverizat. ℥. iv. Arenæ siccæ, & cribratæ. ℥. viij. m. Et inde retortæ vitreæ, instituaturque destillatio in igne arenæ, tertii gradûs, per hor. x. vel xij. Sic sensim prodibit primò liquor aqueus, & albus: mox liquor luteus, atque oleosus: tum liquor rubicundus: ultimò extillabit materia crassa, quam vulgò vocant *Balsamum Colophoniæ.* Remoto primo, & secundo liquore, destillentur *Marg.*

omnia simul in unam massam, quamdiu aliquid prodit. Mox etiam tritorio separetur phlegma ab oleo flavo, &, abjecto phlegmate, jungatur hoc oleum flavum reliquo oleo, atque Balsamo. Sic habebitur oleum crassum, atque ex rubro quasi nigricans, quod est oleum Colophoniæ, servandum usui.

Vires. *Est egregium anodynum, & vulnerarium, quod tam internè, quàm externè, adhiberi potest.*

Dos. *est ad aliquot guttas.*

Oleum Terebinth. rubr. sive Oleum Colophoniæ: processus secundus.

Marg. REc. Caput mortuum Terebinthinæ (post destillationem spiritûs, & olei albi) id est, Colophoniæ ℥. iv. Exiccatum redige in pulverem grossum. Inde retortæ vitreæ, & tum adde arenæ cribratæ ℥. viij. Misce, & ex arenâ, igne tertii gradûs, destilla per hor. viij. vel x. Sic prodibit primò ol. flavum: tum rubrum: ultimò materia crassa, & pellucida, quæ dicitur *Balsamus.* Destilla omnia in unam massam, & serva usui. Hoc enim est oleum Terebinthinæ rubrum, sive Colophoniæ, ut vulgò dicitur.

Vires. *Calefacit, & siccat: est vulnerarium anodynum: emollit tumores: sanat vulnera. Usus externè, & internè.*

Dos. *internè est ad aliquot gutt.*

Vide ulteriùs in processibus de Terebinth.

CAP. CXXXI.

Modus condiendi.

le Mort. RAdices, & cortices, omnia, quæ condiri debent, vel amaritudinem obtinent, vel aciditatem, vel fragrantem aliquem saporem, & odorem. Illa, quæ amara sunt, sequenti modo condiuntur.

♃. Cort. Arantior. vel rad. Calam. aromat. q. s. Infunde aquæ tepidæ per horas xxiv. Dein recens addatur superfusa aqua, idque repetendo singulis horis xxiv, donec claræ, & pellucidæ evaserint, vel donec amaritudinem magnâ ex parte deposuerint. Dein recipe Sacchari ad consistentiam tabellati cocti q. s. Superfundatur corticibus, vel radicibus, ad supereminentiam usque dig. ij. Relinquantur simul per duos,

vel

vel tres dies. Dein ubi ſyrupus dilutior factus fuerit, illum effunde, & ad conſiſtentiam craſſam coctione redigito, & frigefactum corticibus, vel radicibus, ſuperfunde, & illos ad uſum ſerva.

Nota bene. Si ſyrupus denuò dilutus evadit, coctionem eſſe repetendam. Secundò, ſi Conditum ſiccum expetatur, recipe Sacchari ad conſiſtentiam tabellati cocti q. v. Huic ferventi intinge cortices ſuperiori modo conditas, & extempore extrahe. Sic obtinebis conditum ſiccum.

Quæ nullam amaritudinem obtinent, tantùm maceranda ſunt per duos dies in aq. communi. Dein condienda, ut ſupra. Sic & de fragrantibus, quæ & ſequenti modo condiuntur, ſi ſint flores:

℞. Flores quoſcumque: illos intinge ſaccharo ferventi, & ita aſſerva.

Aquæ requiritur pars quarta ad Saccharum tabellatum conficiendum, ad ſummum.

CAP. CXXXII.

Ratio generalis Conſervas præparandi.

REc. Folior. vel florum quorumcumque à ſtipitibus, & albedine, liberatorum, optimè conciſorum ℔. j. Immittantur ollæ terreæ vitriatæ, & reponantur in balneo Mariæ bulliente per quadrantem horæ, donec optimè emolleſcant herbæ. Poſtea frigefacta ſimplicia contundantur in mortario lapideo in pulpam, ſub finem addendo Sacchari ℔. ij. Contundendo miſceantur ſimul, & aſſerventur ad uſum. *le Mort.*

Nota bene. Si valde volatiles ſimplicia obtineant particulas, & odoriferas, exactè claudantur juncturæ, ne quid expirare poſſit.

CAP. CXXXIII.

Conſervarum præparandi methodus, unde Syrupi extemporanei.

REc. Succi cujuſcumque vegetabilis, v. g. florum Papav. erratici. ℔. ß. Sacchar. ℔. j. Evaporetur ſuperflua humiditas ad conſiſtentiam Sacchari priſtinam. Cui recentem ſuperfunde ſuccum: quod denuò evapora, eodem modo procedendo, donec in ſ. q. Saccharum ſuccum *Idem.*

Papaveris erratici absorpserit. Ad minimum in dupla, vel triplâ, quantitate succus respectu Sacchari esse debet. Dein ad usum reponatur.

Ex hac Conserva fieri possunt Syrupi. Si uncia una, vel saltem altera, in ℔. j. syrupi, Sacchari permisceatur, lento Balnei calore.

Vires. *Efficacissimæ sunt hæ Conservæ. Hypnotica potio, & antipleuritica egregia fit ex hisse floribus, scil. Papaveris, præcipuè si cum pulvere Cornu Cervi raspati, vel dentis Apri, assumatur sequenti modo:*

♃. Conserv. hujus. ℥. j.
Cornu Cerv. ℈. j.
Bol. Arm. ℈. ß.
Card. Mariæ. gr. xij. m. Cum s. q. aquæ convenientis f. haustus. Hoc modo plerumque sine Venæ sectione sanantur.

Eodem modo è succo Taraxaci fit Conserva summarum in iisdem affectibus virium.

Dos. *à ℈. j. ad iv.*

Modus secretior Conservas præparandi gratissimas, & usui Medico valde inservientes, ex quibus deinde Syrupi in maximâ quantitate efficiuntur, ut & Vina medicata:

Processus secundus.

le Mort. REc. Herbar. florum, radicum quarumcumque recentium q. v. Scindantur, & contundantur optimè in mortario lapideo. Scissis, & contusis, si siccioris sint substantiæ, adde vel aquam, vel Vinum conveniens. Dein immitte cucurbitæ terreæ alembico munitæ, & in balneo Mariæ simul optimè percoquantur per hor. ß. Dein exprimantur simplicia. Succo expresso, per subsidentiam clarificato, adde Sacchari æqualem quantitatem. Hæc duo mixta simul, mediante balneo Mariæ, misceantur, & evaporent ad consistentiam extracti, seu massæ pilularum, ultimò addendo aquam stillatitiam, quæ mediante balneo Mariæ abstracta est, & ad usum reserva.

Nota primò. Tripla, vel quadrupla pars (si visum fuerit) succi herbarum augeri potest, ut tantò magis exuperet Saccharum, si tantùm non nimis liquida asservetur.

Exinde fiunt Syrupi, si ℥. j. vel duæ addantur Syrupi, Sacchari clarificati ℔. j. & in balneo Mariæ permisceantur.

Exinde etiam fit Vinum medicatum (uti Absynthites, aut Card. ben.) si ℥. j. vel altera, pintæ Vini admisceatur.

Nota

Nota ſecundò. Si nimis ſucculentæ, & aquoſæ, ſint herbæ, vel fructus, primò, mediante balneo Mariæ, ſucci evaporent ad quartæ, vel octavæ, partis remanentiam, ſecundùm intentionem Medici.

CAP. CXXXIV.

Modus faciendi Conſervas in hyeme.

REc. Flores, & folia, & conſcindantur groſſo modo. Dein in ſetaceum reponantur non nimis denſum. Hoc ſupponatur aquæ bullienti, ut vaporem illum Simplicia excipere poſſint, & quaſi humectentur. Deinde, ubi ſatis mollia ſunt, inſtar recentium, procedatur, ut ſuperiùs. *le Mort.*

Alius modus.

FIat decoctum, vel infuſio, cum aq. bulliente, ut in Syrupo Roſarum dicetur. In hac tincturâ recentia ſimplicia inijciantur in tantâ quantitate, ut humectari tantùm poſſint. Coq. ſimul in vaſe optimè clauſo, in balneo Mariæ, per hor. ß. Refrigeratis omnibus, conquaſſentur ſimplicia, & procedatur, ut ſuperiùs, ſcil. addendo ſaccharum. *Idem.*

Nota. Si valde ſicca ſint ſimplicia recentia, ut Sabina, Roſmarinus, Salvia, Abſynthium &c. primò contundanrur. Deinde ſuper cribrum ponantur, & detineantur ſuper vaporem aquæ bullientis, donec ſatis humida ſint. Deinde procedatur ſecundùm ordinem, ſcil. conquaſſentur in mortario, & ſaccharum addatur.

Vires *à ſimplicibus mutuantur.*

CAP. CXXXV.

Conſerva Roſarum, & quorumcumque florum, ſcil. Calendul. Borragin. Anthos &c.

REc. Florum q. ſ. Separentur à flavedine, vel albedine, in extremitate ipſis adhærente, addendo aquæ ejus fragrantiſſimæ q. p. Procedatur ut ſupra. *Idem.*

Con-

Conserva Rosar. pallidar.

le Mort. REc. Rosarum pallidar. recentium ab albicante parte liberatarum ℥. iv. Sacchar. albissim. ℥. viij. Contundantur primò rosæ ad pulpæ consistentiam. Dein adde sensim Saccharum, & tamdiu simul conquassentur, donec in unam massam abeant.

Eodem modo conficiuntur Conservæ ex omnibus floribus.

In foliis verò, & herbis, observandum est, ut à caulibus optimè separentur. Et folia, quò tenuiora, eò etiam meliora sunt, unde summitates plerumque sumuntur, quæ in fluido, & viscoso statu, adhuc ferè sunt, quàm cætera folia, quæ ad maturitatis statum pervenêre.

Nota. Hyeme si conficiendæ essent Conservæ ex herbis, vel floribus siccis, eo modo perficiendum est, quo supra dictum est.

CAP. CXXXVI.

Conserva Menthæ.

Idem. REc. Foliorum tenuiorum Menthæ, à caulibus scil. mundatorum ℔. j. Contundantur in pastam, ultimò addendo Sacchari ℔. ij. Olei Menthæ gutt. vj. vel viij. Misceantur simul.

CAP. CXXXVII.

Elixir Antivenereum è Copaybæ Balsamo.

Idem. BAlsamum de Copayba est specificum in Gonorrhæa, cui summopere prodest, & Lui Venereæ. Nephriticos dolores summopere mitigat. Inde fit Essentia in iisdem affectibus admirabilis.

♃. Sp. Vin in subtiliss. alcohol redact. ℥. v.
Gum. Guajac. veri. ʒ. ij.
Ol. lig. Sassafras recentis. ʒ. ß.
Balsam. Copayb. ℥. j.

Digerantur simul, addito pauco Sale Tartari, per hor. xxiv. Et habebis Elixir Antivenereum. egregium.

Vires. *Sudores summopere pellit. Convenit in omnibus morbis per sudores curabilibus.*

Dos. *à gutt. iij. ad . j. in convenienti liquore, v.g. in decocto Guajaci in Lue Venereâ.*

CAP.

CAP. CXXXVIII.

Calcinatio immersiva Coralliorum.

REc. Coralliور. rubror. contritor. ℥. ß.
Spir. Aceti Vin. ℥. iv. vel v.

Misce in lagenulâ vitreâ, & repone in digestionem per hor. xxiv. Tum solutionem filtra per chartam. Colaturæ instilla Olei Tartar. per deliq. q. s. Et Corallia in forma alba præcipitabuntur ad fundum vitri, fietque massa crassa, & alba. Repone vitrum per aliquot horas ad quietem, vel donec liquor limpidus supernatet. Hunc liquorem decanta, & affunde relicto coagulo aquam puram. Iterumque repone per aliquot horas, donec aqua limpida evaserit. Tum iterum decanta liquorem limpidum, & adhuc bis, aut ter, repete affusionem, & decantationem, donec scil. aqua manserit insipida, id est, nec acida, nec salsa. Tum materiam albam exicca in pulverem, qui erit ipsa calx Coralliorum, vulgò dicta *Magisterium Coralliorum.* Marg.

Vires. *Siccat, & adstringit, hoc Magisterium. Blandè temperat acidum ventriculi, unde corroborare dicitur.*

Dos. *est* ℈. ß. *ad* ʒ. ß.

Præparatio Oculorum Cancri, & Coralliorum: processus secundus.

REc. Oculor. Cancr. aut Coralliور. rubr. q. v. Redige in pulverem. Cui affunde Aceti stillat. q. s. Nempe ad trium, aut quatuor dig. supereminentiam. Repone per noctem in digestionem, vel donec prædicta corpora sint soluta. Si quid in fundo relictum sit, decanta solutionem: affunde novum acetum, iterumque digere, ut denuò solvatur. Tum solutiones conjunge: filtra per chartam: & cum oleo Tartari per deliq. præcipita sufficienter. Præcipitatum repone, &, affusâ aquâ purâ, aliquoties edulcora. Tum leniter sicca in pulverem albissimum, qui est Calx Coralliorum, & Oculorum Cancri, diciturque vulgò *Magisterium Coralliorum*, & *Oculorum Cancri.* Idem.

Vires. *Utrumque magisterium est anodynum. Sistit effervescentiam, & ebullitionem humorum, unde vulgò pro cardiacis, & corroborativis, habentur.*

Dos. *est* ℈. *j.* *imò &* ℈. *ij.*

Magisterium Coralliorum: processus tertius.

le Mort. REc. Fragment. Corall. rubr. ℥. j.
Aceti, destillat. ℥. xx.

Digerantur simul per hor. xxiv. donec solutio cesset. Solutionem filtra: filtratum præcipita cum oleo Vitrioli rectificato. Sic in pulvisculum albissimum Corallia ad fundum decidunt, sæpiùs recenti aquâ edulcorandum, & postea super Cretâ exiccandum.

Vires. *Adstringit: diuræticum est, & cardiacum.*

Dos. *à gr. v. ad* ʒ. ß.

Magisterium Coralliorum: processus quartus.

Idem. REc. Fragmenta Coralliorum. His superfunde Acetum destillatum ad supereminentiam aliquot digitorum. Digerantur simul, donec Corallium ferè dissolutum sit, vel ubi dissolutio cessat (quod ex cessatione motûs deprehendetur) Liquor supernatans filtretur, & in duas partes dividatur. Ex primâ parte fit *Magisterium solubile*: ex sequenti *Magisterium per præcipitationem* hoc sequenti modo:

Magisterium solubile Corallior.

Evaporetur solutio prædicta clara in patina plana super aquam ferventem positâ ad siccitatem usque. Sic Magisterium candidissimum ad instar, vel sub forma, pulveris ad fundum subsidebit, in vitro optimè clauso reservandum.

Magisterium per præcipitationem.

REc. Olei Vitriol. optimè rectificat. q. v. Et superfunde hoc liquori superiori. Sic in coagulum album Magisterium, seu pulvisculus tenuissimus Coralliorum propriâ gravitate subsidebit, à supernatante liquore per decantationem separandus. Pulvis hic edulcoretur sæpiùs repetitis aquæ recentis affusionibus, donec planè insipida, prout affusa erat aqua, remaneat. Pulvis postea super cretâ exiccetur, & ad usum servetur.

Vires. *Mordax est Magisterium solubile, si per se gustetur, à particulis acidis Aceti conglomeratis, & in terrestribus illis retentis. Detergit: incidit: quòd cardiacum sit, ego nunquam experiri potui.*

Dos. *à gutt. v. ad* ℈. *j.*

Magisterium non solubile adstringit: diarrheæ, & cæteris alvi, uteri, & narium, fluxibus succurrit: seminis profluvium tollit.

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ʒ. *j.*

CAP. CXXXIX.

Tinctura Coralliorum.

REc. Coralliior. rubr. pulverizator. ℥. j. Ei affunde sp. Nitr. dul. rectificat. & optimè cohobati. ℥. iv. Inde phialæ vitreæ oblongæ, & digere per dies, & noctes xiv. Sic menstruum tingetur aureo colore: quod à fæcibus relictis decanta aliquoties, ut limpidissimum evadat. Tum destilla ex retorta vitrea, leni igne. ad siccitatem usque, & relinquetur in fundo retortæ pulvis ruber. Cui affunde Alcohol Vini optimi s. q. Digere per noctem. Tum decanta tincturam rubicundam, & serva usui. Hæc enim est tinctura Coralliorum. *Marg.*

Vires. *Est cardiaca, depurans massam sanguineam, eamque à corruptione præservans. Plerisque Chymicis in magno usu est, præcipuè in sanitatis conservandæ negotio.*

CAP. CXL.

Pulvis polychrestus Cornachini: sive Comitis de Warwicke.

REc. Antimon. diaph. gr. xvj. *Idem.*
Scammon. sulphurat gr. xij.
Cremor. Tartar. gr. vj.

Misceantur omnia accuratissimè in mortario vitreo, fiatque pulvis subtilissimus pro unâ dosi.

Vires. *Reserat obstructiones internas; ciet sudorem: movet alvum: & sæpe etiam vomitum: hinc febribus, & plerisque morbis chronicis, medetur. Plura videantur apud ipsum Cornachinum in libello de methodo hujus pulveris conscripto.*

CAP. CXLI.

Fumigatio Cornu Cervi,

Marg. REc. Cornu Cervi crudi frustum unum, atque alterum. Suspende illud cum filo, & ligno transverso, quod imponatur capitello inter destillandum spiritum Vini rectificatum. Relinque, quamdiu destillatio durat, & intra diem, & noctem, Cornu Cervi fiet molle, ita ut cultro cortex abscindi possit, fiatque Cornu Cervi albissimum, & ita molle, ut possit in pulverem redigi. Qui vulgò à Pharmacopolis cum aquâ aliquâ humectatus redigitur in trochiscos, diciturque *Cornu Cervi philosophicè præparatum.*

Vires. *Sudorem movet: alexipharmacum est, cardiacum: unde præscribitur passim contra febres malignas, ipsamque pestem.*

Calcinatio Cornu Cervi Philosophica, sive fumigatio: processus secundus.

Idem. FUmigatio est calcinatio cornuum animalium, atque vegetabilium, per fumum v. g.

♃. Cornu Cervi crudum q. p. Suspende filo ex capitello, dum destillantur aquæ herbarum. Et spatio xxiv. horarum Cornu Cervi in totum emollietur, ita ut cortex cultro abscindi possit, relinquaturque Cornu Cervi album. Quod refrigeratum in mortario in pulverem redigi potest, vocaturque vulgò *Cornu Cervi philosophicè calcinatum.*

Vires. *Putatur esse alexipharmacum, & vulgò frequentis usus est, sed revera est caput mortuum Cornu Cervi. Præstat substituere in ejus locum rasuram Cornu Cervi crudam.*

Processus tertius.

Idem. REc. Cornu Cervi crudi frustum unum, vel alterum. Suspende in filo, aut saltem transversim impone capitello, dum aquæ destillantur per Vesicam, idque per aliquot dies continua, donec Cornu Cervi sit emollitum, & cortex cultro commodè abscindi possit. Repone tum Cornu Cervi in aquam puram per aliquot horas: tum sicca: atque in pulverem redige. Ex quo cum aquâ infusionis Tragacanthi

fiant Trochisci, qui serventur usui. Hoc enim dicitur vulgò *Cornu Cervi absque igne, item Philosophicè, calcinatum.*

Vires. *Creditur esse alexipharmacum, sed videtur potius esse caput mortuum, à quo sp. & oleum, maximâ ex parte, sunt separata. Præstat autem ei substituere rasuram Cornu Cervi crudi.*

Dos. *est à* ℈. ß. *ad* ℈. *j.*

Cornu Cervi philosophicè præparatum, sive calcinatum. Processus quartus:

REc. Frustum Cornu Cervi crudi unum, atque alterum. Imponantur capitello, dum aquæ herbarum destillantur per Vesicam. Fiatque hoc toties, donec Cornu Cervi fiat molle, ita ut cortex cultro commodè abscindi possit. Repone tum ad exiccandum, & deprehendes Cornu Cervi esse factum friabile, & posse commodè in mortario in pulverem redigi. Quem Pharmacopœi redigunt in trochiscos, & vocant vulgò *Cornu Cervi sine ustione præparatum.* *Marg.*

Vires. *Easdem habet cum magisterio, nempe passim pro sudorifero, & alexipharmaco, adhibetur.*

Dos. ℈. ß. *ad* ℈. *j.*

CAP. CXLII.

Oleum, Sp. & Sal volatile Cornu Cervi.

REc. Cornu Cervi raspati q. v. Indatur retortæ terreæ, vel vitreæ, & destilletur igne aperto, sensim augendo ignem, donec Oleum, & sal volatile, adscendere incipiat. Eundem ignis gradum continua, donec recipiens claresiat. Recipiens tunc abstrahe, & liquorem tunc effunde. Liquor rectificetur simul cum sale volatili per cucurbitam vitream, cum alembico, lentissimo gradu ignis, adeò ut alembicus non claresiat, & Sal adscendat nivei coloris in alembico, quem reserva usui. Aqua subsequens ad tertiam partem rectificetur, & usui servetur. *le Mort.*

Vires. *Mundificat sanguinem, attenuat, & aperit: urinas movet: diaphoreticum, alexipharmacum est: medetur scorbuto, variolis. Attamen oleum non est in magno usu.*

Dos. *Olei à gutt. j. ad xx.*

Dos. *Sal. volatil. à gr. iij. ad* ℈. *j.*

Dos. *spir. à gr. xv. ad* ℨ. *j.*

Eodem modo paratur Oleum, ſp. & Sal volatile Succini, addendo inſuper manipulos ij. vel iij. arenæ. Differentia inter rectificationem hæc eſt.

℞. Sal. volatil. Succin. ℥. j.
Cinerum oſſium. ℥. ij.

Miſce optimè. Invicem indantur retortæ vitreæ, vel terreæ, & ſublimentur.

Vires. *Urinas, & menſtrua, promovet: hydropem, & leucophlegmatiam, curat: ſuffocationi uteri conducit.*

Doſ. *à gr. iij. ad ℈. j.*

Proceſſus ſecundus.

le Mort. REc. Raſuræ Cornu Cervi ℔. j. Indatur retortæ vitreæ, & in arena deſtilletur, lentè ignem augendo, donec oleum rubrum unà cum ſale volatili prodierint. Dein ſubſiſte.

Oleum, Sal volatile, & ſpiritus ſimul miſceantur, optimè conquaſſando recipiens, & imponantur ſimul cucurbitæ vitreæ, & lentiſſimo igne, ita ut manus perferre poſſit cucurbitam, ſublimetur Sal volatile. Dein auge ignem, & prodibit ſpir. cum oleo. Omnia ſeorſim excipiantur. Spiritui egreſſo ſupernatabit Oleum ſubtilius, ſubſequente poſtea oleo craſſo fætido.

Vires. *Sal volatile penetrantiſſimum eſt, & ſummum diaphoreticum in peſte, variolis, arthritide vaga, paralyſi, apoplexia, ictero.*

Doſ. *à gr. iij. ad ℈. j.*

Nota. Hoc Sal volatile fere nunquam aſſervari poterit, quin fugam tentet. Igitur ſequenti modo procedendum, ut conſervari queat:

℞. Spir. C. C. ℥. j.
Sal. volat. ℥. ß.

Miſce optimè invicem, & reponantur. Sic temporis tractu chryſtallizabitur Sal in chryſtallos Nitrum referentes, qui in liquore aſſervari poterunt.

Vires. *Sp. eaſdem cum Sale volat. poſſidet, at debiliores. Pro vermibus commendatur, ut & paſſionibus hyſtericis.*

Doſ. *à ℈. ß. ad ʒ. j.*

Oleum ingrati valde eſt ſaporis unde minùs in uſum venit. Externè verò doloribus podagricis, & arthriticis, illitum prodeſt. Eaſdem etiam vires cum Sale volatili obtinet.

Doſ. *(internè ſcil.) eſt à gutt. ij. ad xij.*

Pro-

Processus tertius.

REc. Cornu Cervi crudi apud fabrum ferrarium super incude malleo in minima frusta conquassati ℔. ß. aut q. s. Repleatur eo retorta terrea. Instituaturque destillatio, in igne aperto, observando ignis gradus, & prodibit cum primo gradu phlegma, cum secundo oleum, cum tertio Sal volatile. Continuetur destillatio per hor. v. aut vj. donec nil amplius prodeat, & habebitur in recipiente massa ex phlegmate, oleo, & Sale volatili, conflata. Magna quoque pars Salis volatilis sub formâ nivis adhærebit lateribus recipientis, quod debet esse amplum, & maximè quadrans ad collum retortæ. Oleum crassum separatur à phlegmate, & Sale vol. solvendo totam massam aquâ purâ, filtrandoque per chartam. Sic Sal vol. & phlegma transibunt per chartam: oleum verò crassum in charta manebit, unde effundi in peculiare vitrum debet. Aquam verò, sive phlegma, cum Sale vol. solent cohobare supra particulâ unâ, vel alterâ, capitis mortui, quamdiu acre prodit. Sic habebitur Sal vol. cùm siccum, tum liquidum, purum, & à fætore, & colore rubro, liberatum. Diciturque vulgò *sp. Cornu Cervi rectificatus*, ut & *Sal vol. Cornu Cervi.* *Marg.*

Oleum solent Chymici digerere cum Alcohol Vini. Tum filtrant per chartam, aut etiam linteum, & spiritum Vini ex parte etiam abstrahunt, vocantque *Balsamum Cornu Cervi*, aut etiam *Oleum Cornu Cervi rectificatum.*

Vires. *Sp. sive Sal vol. ut & Oleum, vim habent diaphoram, sive sudorificam, unde usus habent in febribus malignis, peste, morbis Uteri, & melancholicis.*

Dos. *Sal. volat. sive spiritûs, est* ℈. *ß.*

Olei gutt. v. aut vj. plerumque cum aliis sudorificis.

Vide processum, cui titulus, Præparatio sp. Ol. & Sal. vol. Cornuum.

CAP. CXLIII.

Cornu Cervi ustum.

REc. Caput mortuum Cornu Cervi in destillatione spiritûs relictum. Impone in ignem apertum, & relinque per hor. j. vel. ij. donec albissimum evadat, quod signum est perfectæ calcinationis. *Idem.*

Usus.

Usus. *Temperat humorum acrimoniam acidam: siccat, & adstringit, unde febribus, torminibus, aliisque morbis ab acido oriundis, fœliciter medetur, concentrat enim acidum instar Oculorum Cancri, aut Corallorum. Vulgò adhibetur contra lumbricos puerorum, simpliciter imponendo Cornu Cervi ustum potui illorum. Simplices homines etiam credunt huic inesse vim alexipharmacam, unde passim pro alexipharmaco scriptum legitur.*

Dos. *à* ℈. ʙ. *ad* ʒ. ß.

CAP. CXLIV.

Gelatina Cornu Cervi.

Marg. REc. Rasur. Cornu Cervi crudi. ℥. j. Aq. puræ. ℥. x. Coq. ad remanentiam tertiæ, vel quartæ, partis. Cola per linteum. Colaturam repone in cellam, & aqua hæc refrigerata abibit in gelatinam, id est, in consistentiam glutinosam, qualis vulgò *Galreda* à Medicis dicitur. Nomen *Galreda* habetis in Schrodero.

Usus. *Dicitur habere vim Alexipharmacam, unde in febribus malignis, & peste, crebrò adhibetur.*

Dos. ℥. *j. vel ij.*

CAP. CXLV.

Magisterium Cornu Cervi.

Idem. REc. Rasur. Cornu Cervi. ℥. ß. Inde parvæ cucurbitæ, & madefac spiritu Nitri rectificato. Tum affunde sp. Aceti. ℥. iij. Repone in digestionem per noctem. Solutionem filtra calidè per chartam. Colaturæ instilla oleum Tartari per deliq Repone, ut Magisterium petat fundum. Tum edulcora aliquoties aquâ pluviâ: sicca: & serva usui.

Vires. *Habetur pro sudorifico, & alexipharmaco, instar Cornu Cervi crudi. Pro capite mortuo habetur à Zwelfero, qui putat legitimis viribus esse spoliatum, unde in hujus locum mavult substituere ipsam rasuram Cornu Cervi crudi.*

Dos. *est.* ℈. ß.

CAP. CXLVI.

Præparatio spiritûs, olei, & Sal. vol. Cornuum.

REc. Rasuræ Cornu Cervi q. p. Eâ retortam vitream repleto ad collum usque. Fiat destillatio ex arena, successivè ignem augendo ad quartum usque gradum. Ita enim primò observabis spiritum destillantem: postmodum oleum flavum: quod subsequitur oleum rubicundo-nigrum, unà cum sale volatili undiquaque lateribus colli recipientis adhærente. Spiritum ab oleo suo fætido per chartam emporeticam madidam separa, & arctim in vase suo occlude. Oleum fætidum, si placeat, super Salem tostum rectifica, quousque clarum evadat, & limpidum. Salem verò volatilem oleo suo fætido inquinatum hâc methodo depura: *Maëts.*

℞. Sal. volat. oleo suo fætido inquinati part. j.
Cinerum ossium calcinator. part. iv.

Exactè inter sese terantur, donec ossa oleum fætidum in sese combiberint, & massa arida evadat. Quam phialæ sublimatoriæ submitte, & lenissimo igne ex cineribus instituatur sublimatio. Ita enim adscendet in superiorem sublimatorii partem Sal volatile, candidum instar nivis, oleo suo fætido liberatum. Hunc salem ab aëre cautè defende, arctim ipsum sigillando, vel conjiciendo in proprium spiritum.

Sp. & Sal volatile egregium præbent medicamentum, præsertim in omnibus morbis per sudorem curabilibus. Penetrantissima sunt medicamenta in obstructionibus mensium, in affectibus reliquis uterinis. Exhibentur in Epilepsia, Apoplexia, Paralysi, in Lethargo, aliisque Nervorum obstructionibus. Antidoton insuper est in morbis malignis, febribus pestilentialibus, in morsu animalium venenatorum, quorum fermenta enecat potenter, & per sudores expellit, si cum cardiacis, ut artis est, misceatur.

Dos. *est à gr. vj. ad xij. vel ℈ j. in convenienti vehiculo exhibita.*

Oleum rectificatum, ut dictum supra, & ab empyreumate suo liberatum, miscetur cum unguentis, utpote Martiato de Arthanitâ, vel similibus, & exteriùs applicatur in tumoribus duris, & frigidis emolliendis, & discutiendis: in glandulis induratis, si inflammatio non adsit.

Nota, quòd depuratio hæc Salis vol. Cornu Cervi per ossa calcinata, ut & spiritûs, & olei, sit generalis regula in omnibus cornibus, reliquisque animalium partibus.

CAP. CXLVII.

Corrosivum minus Paracelsi.

Maëts. REc. Albumin. Ovorum ad duritiem coctorum q. p. Destillentur ex balneo Mariæ ad siccitatem usque. Aquam hanc septies cohobato super testas ovorum ad albedinem exiccatas absque adustione.

Usus hujus aquæ est, ut cum eâ Mercurius figatur in pulverem rubicundum.

℞. Mercurii. ℥. j.
Corrosivi hujus. ℥. v.

Destillentur simul ad siccitatem per retortam. Illamque operationem tamdiu repetito, continuò novam portionem corrosivi affundendo, quousque Mercurius fixatus sit in pulverem rubicundum, Paracelso *Mercurium Laxum* dictum. De quo vide Authoris Chirurgiam magnam, lib. de Lue Venerea, sub medicamentis ex Mercurio petitis.

CAP. CXLVIII.

Præparatio Cosmetici, tam albi, quàm rubri.

Idem. REc. Marcasitæ argenteæ q. p. Huic affunde aquæ fortis generosæ q. s. ad totius solutionem. Solutionem à fæcibus, si quæ sint, decanta, & cum aq. frigida præcipita. Pulverem summâ cautelâ edulcora, ut corrosivum, quantum fieri potest, per repetitas edulcorationes auferatur.

Nota, quòd pulvis debeat inter chartas implicatas exiccari.

℞. Hujus pulveris part iij.
Ung. pomacei, vel

Rosacei, part. ij. m. f. unguent. quo cutis Illinatur ad albedinem conciliandam.

Rubrum.

Idem. REc. Sanguinis Draconis, si obtineri queat in guttis, secùs vulgaris, q. p. Coq. cum lixivio, donec lixivium intensè rubescat. Nota, quòd hoc etiam obtineri queat ex ligno Brasiliensi, vel Santalo rubro. Hoc lixivium filtra per pannum, vel leniter, sine perturbatione fœcum, decanta. Eique affunde solutionem aluminis. Ita enim præcipi-

cipitabitur ad fundum materia inſtar pultis. Quam bene edulcora à ſuis Salibus.

CAP. CXLIX.

Tinctura Croci.

REc. Croci opt. id eſt, Britannici, aut Auſtriaci, aut Gallici, adhuc integri. ℥. ß. Ei in phialâ ablongâ affunde Spir. Vin. rectificat. ℥. vj. Digere per dies, & noctes, viij. Cola per pannum. Colaturam ſerva uſui. *Marg.*

Capiti mortuo iterum affunde aliquid Sp. Vin. rectificati, toties, donec menſtruum non ampliùs tingatur. Tum colaturas conjunge, & ſerva uſui.

Vires. *Eſt ſtomachica, cardiaca, ſudorifera, alexipharmaca, &c.*

Doſ. *gutt. iv. aut vj.*

Proceſſus ſecundus.

V*Ide Pharmacopæam Londinenſ.* Ergo illo modo, quo ibi præſcribitur, poterit parari. Sed ego ſoleo primò Crocum humectare oleo Tartari per deliquium. Deinde cum ſpir. Vini extraho. *le Mort.*

CAP. CL.

Extractum Croci.

REc. Tincturam Croci ſuperiùs elaboratam. Deſtilla hanc ex vitrea ſive retorta, ſive cucurbita, leni igne, ad conſiſtentiam picis liquidioris, dando operam ſedulam ne comburatur. Unde præſtat deſtillare ad quartæ partis remanentiam, aut intra dimidium tantùm. Sic recuperabitur ſp. Vini rectificatus, ſive menſtruum, quod poterit inſervire alteri operationi. *Marg.*

Quod verò relinquitur, effundatur in patellam vitream, & ſupra arena leniſſima ſenſim evaporetur ad conſiſtentiam pilularum, ſive picis craſſioris. Hoc enim dicitur Extractum Croci, quod in pixidula ſtannea, aut terrea alba, ſervari in loco humido debet.

Vires. *Eaſdem habet cum tinctura. Eſt ſudorificum, alexipharmacum, cardiacum, hyſtericum.*

Doſ. *à gr. iv. ad gr. x.*

CAP. CLI.

Modus condiendi Cucumeres.

le Mort. REc. Aceti Vin. acerrim. pint. j.
Sp. Salis. ℥. j.
Salis commun. ʒ. ij.
Misce, & cucumeribus (immaturis scil. minoribus prædictis) superfunde, & nunquam corrumpentur.

Vide processum sub titulo Nitrum Nitratum.

CAP. CLII.

Syrupus florum Cyani, & Julapium.

Idem. REc. Florum Cyani q. v. Et quia cæruleus color, qui cautè in hoc syrupo servandus est, consistit in particulis maximè volatilibus, aqua erit primò coquenda (videlicet aqua destillata aliqua, vel pluvialis) & floribus superfundatur, cujus quantitas talis esse debet, ut in ea flores optimè immergi possint. Ac aqua infundenda non nimis calida sit. Remaneant in infusione per horas tres, vel quatuor. Dein colentur, & exprimantur. In expresso succo dissolve Sacchari q. s. ad consistentiam Syrupi.

Vires. *Egregiè sanguinem exæstuantem refrigerat, & effluvium bilis sedat. Convenit in febribus putridis, ardentibus, & pestilentialibus. Etiam Julapia exinde præparantur. v. g.*

♃. Flor. Cyani. ℥. j.
Aq. alicujus stillat. appropriat. calidæ. pint. j.

Extrahatur tinctura. Tinctæ aquæ adde:

Aq. Cinnamom. ℥. j.
Juleb. rosat. ℥. j. ß.

Sp. Sulphur. ad gratam aciditatem. f. Julapium gratissimum in omni calore, & effervescentiâ sanguinis.

CAP. CLIII.

Præparatio pulveris Cyprini.

REc. Musci quercini q. p. Hunc à terrestribus suis partibus bene lava, idque ultimâ vice cum aquâ rosarum. Postmodùm in umbra exicca. Pulveriza, & per angustissimum cribrum trajice: *Maets.*

♃. Hujus pulveris. ℔. j.
Mosch. ℈. iij.
Cibeti. ℈. ij.
Ambræ gris. ℈. ij. vel quantum visum fuerit. m. f. pulvis.

Alio modo.

REc. Hujus pulveris. q. p. Huic admisce oleorum aromaticorum v. g. Ligni Rhodii, Cinnamomi. q. s.

CAP. CLIV.

Diascordium Sylvii.

le Mort.

REc. Rad. Gentian. ℥. ß.
Angelic. ʒ. ij.
Fol. Scord. Card. ben.
Dictamn. Cretic. ana ℥. ß.
Croc. opt. ʒ. ij.
Acaciæ veræ. ʒ. j. ß.

Concisis, & crassè contusis, superfundatur sp. Vini rectificatus ad supereminentiam aliquot digitorum. Stent in calore leni per hor. xxiv. donec spir. Vini optimè tinctus sit. Tincturam effunde, aliumque spiritum Vini fœcibus affunde, donec tincturam ampliùs dare negent. Tincturas omnes confunde, & spiritum Vini, mediante aquâ communi, præcipita. Sic lactescit solutio. Præcipitatum spiritum evapora, vel destilla in balneo Mariæ, vel in arena, donec omnis spiritus prolectus sit. Reliquum evapora, igne aperto, ad consistentiam usque Extracti liquidioris. Dein adde extractum Opii, mediante aceto stillatitio, factum. Hisce ad consistentiam redactis, & ab igne remotis, immisce pulveres sequentes;

℞. Rad. Imperator. ℥. j.
Cassiæ ligneæ
Cinnamom. opt. ana ℥. ß.
Nucis moscat. ʒ. iij.
Bol. Arm. seorsim tritæ, & lævigat ʒ. j. ß.

Hisce cum extracto mixtis adde gum. Arabicum in aq. fœnicul. solutum. Et ubi consistentia paulò solidior est, adde aquæ, sive spiritûs abstracti, vel, loco ejus, aquæ Vitæ Matthioli (in qua Ol. Cinnamom. gutt. ij. Ol. Nucis moscat. gutt. iv. dissolutæ sint) q. s.

CAP. CLV.

Ex Ebore ad Icterum remedium præstantissimum.

le Mort. EBur vermes necat: egregium est remedium ad Icterum sequenti modo:

℞. Pulveris rasuræ Eboris. ʒ. j.
Rhabarbari. ℈. j.
Sp. Nitri gutt. vj. vel viij.

Misce, & propinetur binis vicibus, matutinâ, & vespertinâ horâ, continuando per tres, quatuorve dies, & sine dubio Icterus cessabit.

CAP. CLVI.

Notitia generalis Electuaria præparandi.

Idem. ELectuaria, in quibus pulpæ ingrediuntur, semper primò pulpa cum saccharo coquitur ad consistentiam debitam: Deinde, tepentibus ferè omnibus, id est, ferè frigefactis, admiscentur pulveres, vel olea, & gummata soluta. Quicquid suscipit pulveres, semper tepere debet, aliàs substantia aromatica avolat. Resinæ verò, & gummata calida admixta, in unum conglobarentur, & nunquam probè admiscerentur.

Ubicumque ingrediuntur semina frigida, convenit ex iis conficere Emulsionem subigendo cum aquâ calidâ, & deinde cum pulvis admisceri v. g. *Diaprunum solutivum. Cujus processum vide sub hoc titulo.*

Cap. CLVII.

Electuarium Febrifugum.

Rec. Rasur. lign. Colubrin. ʒ. j. *le Mort.*
Coralllior. præparat.
Sal. Ammon. ana ℈. j. ß.
Extract. cort. Tamarisc.
Fraxin. ana ℈. j.
Card. ben. ℈. ij.
Ol. Gariophyllor.
Cort. Arantior. ana gutt. x.
Mellis albi. ℥. ij. m. f. Elixir.

Dos. ʒ. *j. ad* ʒ. *ij. horâ unâ ante Paroxismum, in febribus tertianis, & cottidianis.*

Cap. CLVIII.

Electuarium Cardiacum.

Fiat spiritus Cardiacus sequenti modo: *Idem.*
℞. Flor. Gariophyllor. m. vj.
Rosar. pallid. m. iij.
Benzoës
Styracis Calamit. ana ʒ. j.
Irid. Florent. ℥. j. ß.
Cort. Citr. ℥. j.
Zibet.
Mosch. ana gr. iij.
Sp. Vin. q. s. humectandis speciebus. Macerentur simul per quatuor dies. Dein destillentur per balneum Mariæ.
℞. Hujus spiritûs. ℥. j.
Julap. Rosat. ℥. iij.
Cinnamom. acut. ʒ. iij.
Ambræ gris. gr. ij. m. f. Electuarium liquidum.

CAP. CLIX.

Electuarium purgans extractum.

le Mort. REc. Prunor. ℔. ij.
Tamarindor. ℔. ß.

Coq. simul in s. q. aquæ communis. Dein imminuantur cum cochleari, vel pistillo ligneo, & denuo coquantur. Decoctum hoc clarum inspissetur ad consistentiam Extracti.

℞. Rhabarbar.
Agaric:
Fol Sennæ. ana ℥. iv.

Superfundatur his aqua fervens, & extrahatur maceratione tinctura. Quam denuò evapora, & aquam recentem fæcibus superfunde, donec tincturam ampliùs dare neget. Tincturas omnes evapora.

℞. Scammon. ℥. ij.
Sp. Vin. vulgar. ℥. xij.
Aq. commun. ℥. vj.
Sal. Tartar. ʒ. ij.

Misceantur simul, & digerantur, donec omnem tincturam liquor assumpserit. Spiritum Vini à tinctura abstrahe. Postea ulteriùs tincturam ad extracti formam inspissa. Spiritus Vini abstractus super carminativa optime rectificetur.

℞. Extractum prunorum, extractum Rhabarbari &c. Misceto simul. Dein adde Scammonii extractum. Ultimò adde q. s. spir. Vini superioris. m. f. Electuarium.

Nota. In extractione Scammonii Sal Tartari addatur ad impediendam præcipitationem, ne resina ejusdem fundum petat.

Nota secundò. Omnes hasce mixturas debere fieri super balnei Mariæ calorem, & diutissimè debere moveri, ut partes optimè uniantur.

CAP. CLX.

Electuarium Panchymagogum nostrum.

Idem. REc. Agaric. ℥. iv.
Polypod. quercin. ℥. vj.
Fol. Sennæ.

Rha-

Rhabarbar.
Hermodactyl.
Jalapp. ana ℥. ij.
Hellebor. nigr. ℥. j.
Cort. fraxin.
Sambuc.
Germinum ejuſdem. ana ℥. iij.
Sal. Tartar. ℥. ß.
Vini Gallic.
Aq. pluv. ana pint. ij.

Calefiant aq. & Vinum. Deinde calidè ſuperfundantur ſpeciebus prædictis contuſis, & relinquantur in maceratione per hor. xxiv. Dein effunde liquorem. Dein affunde liquorem recentem fæcibus reſtantibus: hanc operationem tamdiu repetendo, donec tincturam ampliùs dare neget. Tincturas omnes ſimul junctas miſce cum Sacch. & mellis opt. ana ℔. ß. Coq. ſimul ad conſiſtentiam Electuarii. Cui adde:

Ol. Aniſi. gutt. xij.
Cort. Arantior. gutt. viij.
Cinnamom. gutt. vj. m. f. Electuarium.

Doſ. *à ʒ. ß. ad ʒ. ij.*

CAP. CLXI.

Electuarium purgans leniſſimum, & ſuaviſſimum, tam in operatione, quàm in guſtu.

le Mort.

REc. Agaric.
Fol. Sennæ. ana ℥. iv.
Scammon. ℥. vj.
Roſar. pallidar. ℥. ij.

Exprimatur ſuccus è floribus roſarum, & cum hoc ſucco, additâ ſ. q. aquæ, extrahantur ſpecies. Extractos liquores evapora cum:

Sacch. ℔. j.
Pul. Caſſiæ
Tamarindor. ana. ℥. iv. ad conſiſtentiam uſque Electuarii. Cui adde:
Ol. Vitriol. q. ſ. ad gratiam.
Ol. Cinnamom. gutt. vj. m. f. Electuarium.

CAP. CLXII.

Electuarium Catholicon.

le Mort. V*Ide Pharmacop. Lond.*

℞. Rad. Polypod.
Sem. fœnicul.

Contundantur groſſo modo. Coq. in ſ. q. aq. commun. In colatura diſſolve primò pulpas Tamarindorum, & Caſſiæ, vel ſimul miſceantur cum Saccharo, & decocto, & percoquantur ad conſiſtentiam Electuarii mollioris. Dein, refrigeratis ferè omnibus, addantur pulveres: ſub finem addendo:

Ol. Aniſi,
Fœnicul. ana gutt. vj. m. f. Electuarium optimè contundendum cum piſtillo ligneo, donec in æqualem maſſam abierit compoſitum.

Nota bene. Ut ſcias, quando habeat conſiſtentiam Electuarii mollioris, vel ſyrupi craſſioris, guttas aliquot affunde in cochlear. Si, inclinato cochleari, non diffluat, conſiſtentiam habet bonam ad excipiendos pulveres idoneam.

Electuaria purgantia debent eſſe conſiſtentiæ liquidioris purgant. elect. & antidotis.

CAP. CLXIII.

Elixir Proprietatis Paracelſi.

Marg. REc. Croc. opt. Britann. integri, vel cultro tantùm diſſect.
Myrrh. electæ.
Aloës Socotrin.
Spir. Sulph. p. Camp. ana ℥. ß.

Aloë, Myrrhæ, & Croco, affunde Alcohol Vini ℥. iv. & quidem in phialâ oblongâ, & accuratè clausâ, atque digere in arena per d. & n. xiv. Tum decanta liquorem nigrum, & capiti mortuo affunde iterum Alcohol Vini. ℥. ij. vel. iij. Digere iterum per dies xiv. Tum decanta, & caput mortuum per pannum exprime. Colaturam conjunge cum reliquâ, & poſt xxiv. hor. decanta à fœcibus. Tincturam nigerrimam ſerva uſui. Hæc enim eſt Elixir (ſive Alexiterium) Proprietatis Paracelſi.

Vires. *Eſt medicamentum univerſale quibuſvis morbis, omni ætati, & ſexui.*

ſexui, conveniens. Leniter purgat per alvum: confortat ſtomachum, & cor: movet ſudorem: præſervat à putredine.

Doſis *minima eſt guttarum iij. vel iv. Maxima ſunt ʒ. ij. Et tum ſatis validè purgat per alvum, eſtque ſpecificum in tertiana, quam radicitùs tollit.*

Proceſſus ſecundus.

REc. Aloës Socotrin.
Myrrh. &
Croc. Britann. ana ℥. ſs. *Marg.*

Myrrha, & Aloë, terantur ſubtiliſſimè. Crocus verò relinquatur integer. Superfundatur in vitro oblongo Alcohol Vin. ℥. x. Inſtituaturque digeſtio per d. & n. viij. Tum adde ſp. Sulph. p. Camp. ʒ. ß. Digere adhuc per tres ſeptimanas. Tum leniter decanta tincturam nigram, & fœcibus reaffunde novum Alcohol Vini q. ſ. Digere iterum per d. & n. viij. Tum decanta tincturam, & conjunge cum priori. Et, poſt quietem aliquot dierum, iterum decanta à fœcibus, quas fortè depoſuerit ad fundum, & habebis liquorem nigrum, qui nil ampliùs deponet fœcum. Eſtque ipſum Elixirium Proprietatis dictum.

Vires. *Medicamentum eſt univerſale, evacuans, alterans, roborans. Calefacit, & ſiccat, ventriculum: pellit menſes, & urinam: ſubducit alvum: movet ſudorem: eſt anodynum. Convenit omnibus morbis, omni ſexui, & ætati.*

Doſ. *eſt ad alterandum, & corroborandum gutt. v. vel vj. ſemel, atque iterum, in die. Ad juſtam verò evacuationem requiruntur ʒ. ij.*

Præparatio Elixir. Paracelſi: proceſſus tertius.

REc. Croci.
Myrrhæ.
Aloës. ana q. p.

Conterenda conterantur, & conſcindenda conſcindantur. Hiſce inter *Mætts.* ſeſe mixtis affunde Salis Tartari, in cellâ reſoluti, q. ſ. ad ſufficientem irrorationem, ut maſſam referat ad pultis craſſitiem. Digerantur ſimul in balneo tepido per xxiv. horas. Affunde maſſæ tuæ fermentatæ Alcohol Vini ad eminentiam trium, vel quatuor, digitorum tranſverſorum. Stent in digeſtione, ut ſupra, quandoque phialam agitando. Ita enim imprægnabitur Alcohol Vini ſubtiliori, & tenuiori ſulphure, & ſale vo-

latili, prædictarum ſpecierum, & intenſè inſtar ſanguinis, rubeſcet. Quam à fæcibus leniter decanta.

Hanc tincturam ſi quis magis elaboratam velit, circulet in Pelicano per quatuordecim dies.

Vires. *Elixir hoc, ita dextrè elaboratum, ſtomachicum, & cardiacum, eſt nobile, balſamum noſtri ſanguinis egregiè conſervans, vel reſtituens. Exhibetur in obſtructionibus menſium; in paſſionibus hypochondriacis: in pallore Virginis: in ſcorbuto, præſertim ex acri, & auſtero, fermento oriundo. Exhibetur inſuper in febribus malignis, peſte.*

Doſ. *à gutt. xij. ad gutt. xxx. in vino, aliiſque vehiculis convenientibus.*

Nota, quòd ſi Elixir hoc nobilitetur cum pauxillo Salis volatilis oleoſi, potentiùs, & citiùs, operetur: ut

℞. Elixir. præcedentis Paracelſi, ut ſupra, parat. ℥. j.
Sal. vol. oleoſi. ʒ. j. ß. vel. ʒ. ij.

Digerantur ſimul per xxiv. hor. leniſſimâ digeſtione. Quibus abſolutis, Sal volatile ſeſe arctiùs conjunget, permiſcebitque oleoſis, & balſamicis, Elixiris partibus.

Doſ. *à gutt. viij. ad xx.*

Nota. Quòd hæc methodus extrahendi tincturam ex Croco, Myrrhâ, & Aloë, ſit univerſalis in omnibus illis, quæ ſunt ejuſdem naturæ, id eſt, ſalinæ, & ſulphureæ volatilis. Qualia ſunt omnia illa, quæ nos vocamus Cardiaca, Cephalica, Stomachica, Splenica, & in genere calida. Sive enim ſint flores, ſive ſint cortices, ſive ſint ligna, ſive ſint fructus, ſive folia, eodem modo eorum partes ſulphureæ, & volatiles, arte Chymicâ, mediante ſcil. fermentatione, cum ſale alcalico extrahuntur. Illis enim in pulverem tenuem contritis, vel conſciſſis, prout fert conditio, affunditur alcali Tartari, ut ſupra. Poſt digeſtionem commiſcentur cum Alcohol Vini, ut ſupra, quod illorum nobiliores partes, mediante digeſtione, extrahit, quod erat faciendum.

Proceſſus quartus.

le Mort. REc. Aloës.
Myrrhæ.
Croc. ana ℥. ij.

Humectentur primò ſpiritu Vini. Deinde ſuperfunde ſp. Sulph. per Camp. vel ſp. Vitriol. rectificat. ad eminentiam duor. dig. Stent in digeſtione per xxiv. hor. donec menſtruum rubicundiſſimè tinctum ſit. Spiritus hic tinctus, per inclinationem, ſeparetur, & fæcibus in fundo rema-

remanentibus Sp. Vin. rectificat. ad ſupereminentiam trium digitorum affundatur. Denuò digerantur per duos dies, donec ſp. optimè tinctus ſit. Duas haſce tincturas confunde, & optimè filtra, &, majorum virium gratiâ, per duas ſeptimanas digerantur: & fæces, ſi quæ ſint, abjiciantur.

Vires. *Reſiſtit putredini, & venenis: unde conducit in peſte, febribus, ſtomachi imbecillitatibus: ſubvenit ictero, & hydropi medetur.*

Doſ. *à gutt. iv. ad* ʒ. ß.

Proceſſus quintus.

REc. Alcohol Vin. q. ſ. *le Mort.*
Aloës.
Myrrhæ.
Croc. ana ʒ. ij.
Ol. Sulph. p. camp. q. ſ.

Aloë, & Myrrha, primò pulverizentur groſſo modo. Crocus infundatur, ſpiritui Vini, & bene humectetur. Dein gummata addantur: & poſt humectationem decentem Ol. Sulph. ſuperfundatur ad ſupereminentiam dig. unius.

Digeratur per diem. Dein clarum à fæcibus ſeparetur. Fæcibus ſuperfunde ſpir. Vin. rectificatiſſimum ad ſupereminentiam dig. iij. vel iiij.

Digerantur ſimul per dies duos, donec ſp. rubicumdiſſimam tincturam aſſumpſerit. Spir. tinctum effunde, & cum præcedenti tincturâ miſce.

Digerantur denuò ſimul per d. ij. vel. iij. donec optimè mixta ſint. Dein uſui ſervetur.

Nota primò. Optimè cavendum eſt, ne ſp. Sulphuris immediatè gummi ſuperfundatur, quia in pulverem aduſtum indiſſolubilem abirent.

Nota ſecundò. Eodem modo Elixir magis diaphoreticum confici poteſt, ſi gummata primò cum oleo Tartari humectentur: dein cum ſp. Vini extrahantur.

Vires. *Præſervatorium egregium exiſtit omnium corporum animalium, à corruptione, & putridis humoribus noxiis illa conſervans; unde* Elixir ad vitam longam *ab authore Paracelſo dicitur, adeò ut ad ultimas uſque ætates perveniri poſſit, ejus uſu continuato.*

Febribus medetur ardentibus, & putridis, peſtilentialibus, ut & cachexiæ, hydropi, vermibus, Ictero &c. vertigini etiam.

Dos. *à gutt. iij. ad xx. in præservatione: imò ad ʒ. ij. in curatione aliquando adhiberi potest.*

Processus sextus.

le Mort. REc. Aloës, Myrrhæ, Croci. ana. ℥. ij. Hisce pulverizatis superfunde sp. Vini optimè rectificatum, donec instar pulpæ humectentur. Dein superfunde oleum Sulphur. per camp. ad supereminentiam dig j. Digerantur simul per duos dies. Dein superfunde spir. Vin. rectificatum ad supereminentiam trium digitorum. Digerantur denuò per quatuor dies. Denuò tinctura filtretur per chartam. Filtrata, si libet, ulteriùs digeratur per octo, vel decem, dies, ut quicquid adhuc fœcum supersit, ad fundum deprimi possit. Dein tinctura flava servetur in usum.

Vires. *In omnibus febribus, & obstructionibus, convenit: lentè purgat: exæstuationem sanguinis, & putrefactionem, impedit.*

Dos. *à gutt. x. ad xx. in vehiculo convenienti, vino scil. aut cerevisia, terque in die repeti potest.*

Elixir Proprietatis cum, & sine *acido: processus septimus.*

Idem. REc. Aloës,
Myrrhæ,
Croc. ana ʒ. ij.

Hisce superfunde spir. Vin. optimè rectificatum, ut benè humectentur species. Dein adde Ol. Sulphur. per camp. vel sp. Vitriol. q. s. ut vix innatare queant simplicia. Digerantur simul per xxiv. hor. Deinde effunde Oleum sulphuris, & superfunde fœcibus spir. Vin. optimè rectificat. ad supereminentiam aliquot digitor. Digerantur denuò, ut ante. Dein effundatur sp. & ambo spiritus tincti confundantur. Digerantur denuò simul per tres, quatuorve dies. Dein tinctura clara usui reponatur, sub nomine *Elixiris cum acido.*

Elixir Propriet. sine acido.

REc. Specierum superiorum q. v. Hisce superfunde sp. Vini super sale alcali rectificatum sine destillatione ad supereminentiam aliquot. dig.

dig. Digerantur: quò diutiùs, eò meliùs. Tinctura filtretur, vel per subsidentiam clarificetur, & usui reponatur.

Vires. *Elixir sine acido circulationem sanguinis promovet: sudores movet: venenis resistit: icterum curat: vermes pellit: in peste, febribus malignis, obstructionibus, summi est usûs, præsertim si cum tertiâ parte Salis volatilis oleosi, vel sp. Sal. Ammon. extrahatur tinctura.*

Dos. *à gutt. v. ad ʒ. j.*

Cap. CLXIV.

Elixir Vitæ.

REc. Rosar. recent. sale condit. ℔. j. *Maets.*
Spir. Vin. opt. ℔. ij. ß.

Stent in digestione simul per dies, & noctes duas. Et lenissimo igne instituatur destillatio. In rostro autem alembici collocato:

Ambræ gris. ʒ. ß.
Mosch. orient. ℈. ß.

In recipiente verò reponito:

Lign. Aloës opt. ℥. ß.
Flaved. cort. Arantior. ℥. ß.
Cort. Limon. ℥. j. ß.

His adde: Ol. Cinnamom. veri. ʒ. j. ß.

Digerantur simul per duos, tresve, dies. Ita paratum habebis hoc Elixir cardiacum maximarum virium, antidotum egregium in morbis ex frigore oriundis. Quòd si sapori etiam grato consulere volueris, edulcora hoc Elixir cum syrupo flavedin. cortic. limonum.

Dos. *à ℈. j. ad ʒ. j. in haustu Vini.*

Cap. CLXV.

Elixir anodynum.

REc. Spiritum Vini sequenti modo rectificatum: *le Mort.*
♃. Vitriol. lento modo ad albedin. calcinat. vel in sole, vel in furno ℔. j.
Nucis moscat.

Croc.

Croc. ana ʒ. ij.
Camphor. ʒ. iv. Superfundatur iis:
Sp. Vin. opt. ℔. v.

Digerantur ſimul per dies tres, quatuorve. Dein deſtillentur ad medias. Fæces evaporentur leni igne ad ſiccitatem, & ſp. deſtillatus fæcibus denuò ſuperfundatur. Deſtilletur, ut ante, donec pinta circiter una ſuperſit.

℞. Opii præparat. cum aq. deſtillatâ,
& ad conſiſtent. extracti evaporati. ℥. j.
Croc. opt. ℥. ß.
Nucis moſc.
Lign. Aloës
Cinnamom. ana ʒ. vj.
Camphor. ʒ. ij.
Santal. citrin. ℥. j. m. Et digerantur ſimul: quò diutiùs, eò melius. Ad minimum per duos dies.

Nota bene. Cum ſpir. Vini vulgari rectificato ſuper ſale Alcali, ſine deſtillatione, idem fieri poteſt.

Vires. *Anodynum eſt, & dolores quoſcumque mitigans: ſomnum leniter inducit: hilares reddit: in febribus, & morbis acutis, optimè conveniens. Inſuper effervеſcentiam ſanguinis nimiam ſedat, ſi cum Vitriolo factum ſit, ut ſuperiùs. Si verò cum ſale alcali, ſimul etiam menſes movet: aperit: & ſudores movet. Plerumque etiam permiſcetur ſudoriferis. Sic ſudorifera multò meliùs, & faciliùs, operationes ſuas efficiunt.*

Doſ. *à gutt. iij. ad xx. imò ad* ʒ. ß.

CAP. CLXVI.

Elixir menſtruale, ſeu Uterinum.

le Mort. REc. Herb. Roriſmarin.
Rutæ.
Sabinæ. ana m. ij.
Lavendul.
Majoran.
Pulegii.
Matricar. ana m. j.
Rad. Cyperi rot.
Leviſtic. ana ℥. ß.

Lign.

Lign. Saſſafras.
Cort. Arantior. ana ℥. j.
Sem. Dauci
Leviſtic.
Aniſi. ana ʒ. vj.
Cinnamom. ℥. ij.
Spir. Vin. Gallici pint. iv. m.

Conciſa, & contuſa, macerentur per xxiv. hor. Deinde deſtillentur ad medias. Spiritum prolectum miſce cum ana ſp. Vini Gallici, recentis, & ſuper eaſdem herbas rectifica, eamdem operationem adhuc ſemel repetendo. Dein:

℞. Limatur. Martis. ℔. j.
Crem. Tartar. ℔. j. ß.
Aq. commun. ℔. viij. m. Coq. ſimul, donec colore rubro liquor tinctus ſit.

Liquorem filtra, & ad conſiſtentiam Syrupi evapora, & uſui ſerva. Ultimò:

℞. Spir. ſuperioris part. tertiam.
Croci opt. ℥. ß. m. extrahatur ejus tinctura. Secundò:

℞. Alteram tertiam part. ſpiritûs.
Rad. Cyperi rot. odor. ℥. j. ß. m. Extrahatur tinctura. Tertiò.

℞. Reliquam ſpir. partem
Extracti Martis inſpiſſat. q. ſ. m.

Extrahatur tinctura. Tincturas omnes confuſas ſimul uſui ſerva.

Doſ. *à ʒ. ß. ad ʒ. ij. in omnibus uteri affectibus, fœtu pellendo, & ſecundinis, &c.*

CAP. CLXVII.

Methodus conſervandi Embryones.

REc. Spir. Salis rectificat. part. j. *Maëts.*
Alcohol Vin. part. iv.

Deſtillentur ſimul, ut artis eſt, in ſpiritûs Salis dulcis præparatione. Huic liquori immergito Embryones; ita enim per longum tempus à putredine præſervabis.

CAP. CLXVIII.

Ordo generalis Emplastra conficiendi.

li Mort. IN Emplastris, ubi Lithargyrium, vel aliqua alia calx plumbi, ingreditur, primò debet coqui cum oleis, vel axungiis corpus Emplastri conficientibus. Cera, & resinæ, post coctionem in ea massa dissolvuntur. Si Emplastrum expetatur album, necessariò aqua communis, in sufficienti quantitate, in coctione debet addi, & continuò moveri. Si tamen nigrum, vel obscurius, expetitur, tum sine aqua coctio fit, continuò etiam agitando, donec duritiem Emplastri assequatur, quod explores guttulas aliquot in aquam frigidam immittendo. Ubi maximus calor Emplastri cessat, adduntur ei gummata in Terebinthinâ, vel aceto, soluta. Aliàs si nimis calido Emplastro miscerentur, statim ebulliret, & effervescentiam maximam efficeret, non sine jactura Emplastri. Ultimò post gummata adduntur pulveres, & miscentur, donec in unam massam abeant; tamdiu conterendo Emplastrum pistillo ligneo, donec planè æquale reddatur.

Nota bene. Quibus Emplastris pix ingreditur (vel unguentis etiam, aut cerotis) primò liquefit cera cum oleo, & ultimò, lentissimo igne, additur pix, & liquefiunt invicem bene agitando. Aliàs pix in grumis subsidebit in fundo vasis. Ubi liquefacta est pix, de igne tollitur, & dein secundùm artem, ut ante diximus, cætera admiscentur.

Encheiresis ad Emplastra, & unguenta alba conficienda.

NOta bene. Quibus Emplastris calx plumbi ingreditur, in coctione manipulus semis, vel unus, pro quantitate, Salis communis additur. In unguentis verò continuâ agitatione albiora redduntur.

Processus secundus.

le Mort. OMnia Emplastra, quæ calces Saturni recipiunt, mediante continuâ coctione, & agitatione, oleo, & sebis, incorporari debent, & pro diverso colore, in iisdem Emplastris expetito, diversa additione mediante, præparantur.

Alba fiunt Emplastra, ubi additione f. q. aquæ communis, oleo, & calce, simul coquantur. Optimè attendendum est, ne aqua desit, sed evapo-

evaporatæ loco recens semper substituatur, ut largam semper aquæ copiam obtineat, ut in Diapalmâ, Diachylo cum gummis, Emplastr. de Minio, &c.

Seba hoc ordine semper addenda sunt. Videlicet primò fluida, ut olea quæcumque expressa, simul cum calce, ad consistentiam unguenti coquantur. Secundò dein molliora crassa, ut adipes, & axungia porcina. Tertiò firma, & solida, uti sunt seba castrata duriora. Quartò fragilia, ut sunt Colophonia, Pix. Quintò volatilia, ut Terebinthina, oleum Petræ, Spicæ. Hæc addenda ultimò tantùm ab igne remotis Emplastris, & ad consistentiam coctis. Sextò omnes resinæ, & gummata dissolubilia, ut sunt gummata ferulacea, quæ in aceto, gummiresinæ, Mastiche, Olibanum &c. in Terebinthina. Ultimò omnes pulveres, uti sunt terræ, mineralia, radices &c. Hæc postea simul miscentur, mediante concussione forti cum pistillo ligneo excalefacto. Dein præcedente malaxatione fiant inde Magdaleones.

Nigra Emplastra ubi expetuntur, fiunt additione frustuli sulphuris ad magnitudinem tantùm unius nucis moscatæ. Postquàm ad duritiem percoctum fuerit Emplastrum, injiciatur, & pistillo, aut potiùs spatulâ ferreâ agitetur, & massam nigerrimo colore tinget. Etiam absque ullâ additione aquæ, coctio solo cum oleo perficienda est, & calce.

Nota bene. Proba, vel signum erit, si in testam vitriatam infundas aquam puram, & spatulâ in eamdem aquam addas ex massa. Si in aquâ obdurescat, ut manui non adhæreat, bene est excoctum; aliàs verò non.

Cap. CLXIX.

Emplastrum Manûs Dei.

REc. Lithargyrii auri. ℔. j. *le Mort.*
Ærugin. ℥. ß
Ol. Olivar. ℔. ij. & ℥. ij.
Coq. simul, donec Lithargyrium, & Ærugo, dissoluta sint. Dein adde:
Ceræ. ℔. ß.
Terebinth. q. s. dissolvendis sequentibus gummi-resinis:
Myrrhæ. ʒ. j.
Aloës.
Mastich.
Oliban. ana ℥. j. ß.
Sarcocoll. ʒ. ij.

Dissolvantur in balneo Mariæ, ut formam acquirant unguenti cum Terebinthinâ

℞. etiam. Gum. Ammon ℥. j.
Galban.
Opoponacis. ana ʒ. vj.

Depurentur in aceto, & ad consistentiam unguenti reducantur.

Dein ℞. Magnetis lap. ℥. iij.
Aristoloch. rot. ℥. j.
Fol. Chelidon. subtilissimè pulverizator. ℥. ß.
Camphor. ʒ. ij.
Lap. Calaminar. ℥. ß. m. f. s. a. Emplastrum.

Vires. *Quæcumque ulcera, & vulnera recentia, & inveterata, curat: humores acres, & erodentes sistit: mundificat: & ulcera carne replet. Lupus, & Cancer eo curati fuère.*

CAP. CLXX.

Emplastr. de Meliloto compositum.

le Mort. REc. Florum Meliloti. ℥. vj. & cætera simplicia, prout in Pharmacopæa præscribuntur. Compositio sequens est:

Herbæ, radices, flores, & semina, simul compinguntur, & parum contunduntur. Dein exiccantur, & postea in pulverem tenuissimum rediguntur.

Gummata, ut Storax, & Bdellium, per se pulverizantur; singula seorsim. Ficus lentissimè debent exiccari per duos, vel tres, dies. Ammoniacum dissolvitur in aceto, & per linteum colatur.

Sebum, resina, cera, & oleum, simul liquefiunt. Dein admiscetur gummi ut ante præparatum cum terebinthina: ultimò pulvis, & olea. Contusione, & malaxatione, fiat.

CAP. CLXXI.

Emplastrum stomachicum ad dolores Colicos, & flatulentos, Pleuritim notham, & Apostemata interna.

Mem. REc. Gum. Elemi.
Resin. Pini. ana ℥. ß.
Ol. Terræ, & Ol. Petræ. ana ʒ. j. ß.

Ol.

Ol. Cymin. stillatit. ℈. j.

Caphuræ. ℈. ij. m.

Resina, & gum. Elemi, simul lento igne liquefiant. Dein, ab igne remotis, adde ol. Terr. & ol. Petræ. Ultimò Ol. Cymini, in quo Camphora dissoluta sit. Extendatur super alutâ, vel linteo, & applicetur parti affectæ.

CAP. CLXXII.

Emplastrum cephalicum ad dolorem capitis, & dentium.

REc. Gum. Tacamahac. *le Mort.*

Masticһes.

Oliban. ana ʒ. j.

Gum. Elem. ʒ. ij.

Resin. Pini. ℥. j.

Pulv. Opii. ℈. j.

Caphur. ℈. ij.

Ol. Terræ. q. s. m. f. Emplastr.

Primò lento igne liquefiat resina. Dein admisceatur gum Elemi. Postea pulveres cæterorum gummatum, & Opii. Ultimò Caphura in oleo Terræ dissoluta. Malaxando fiat Emplastrum. Cui, si libet, parum Olei Origani, & Gariophyllorum, admisceri poterit.

CAP. CLXXIII.

Emplastrum de gratiâ Dei.

REc. Ceræ Flavæ, *Idem.*

Resinæ,

Sebi hircin. ana ℔. ij.

Liquefiant sub lento igne. Liquefactis, & ab igne remotis, adde:

Terebinth. vulg. ℥. ij. m.

Mixta decanta, & sordes amoveantur. Dein ubi inspissari ex frigore incipit Emplastrum, cum pistillo ligneo optimè contundatur.

Vires. *Convenit in vulneribus recentibus, quæ citissimè eo Emplastro consolidantur. Magni usûs apud plebem.*

Nota bene. Eodem modo cum pistillo ligneo subiguntur Emplastra, quæ ingrediuntur succi herbarum inspissati, & extracta.

CAP. CLXXIV.

Empl. ad clavos pedum, & ulcera duriora, ut & bubones Venereos.

le Mort. REc. Gum. Ammon. aceto ſcyllitico ſolut. & inſpiſſat. ℥. ij.
Vitriol. Veneris ℥. ß. (vulgò de Cypro dicti) vel (qui mitius vult) ℈. j.
Mercur. præcipit. alb. optimè edulcorat. ℈. ij. m. f. s. a. Emplaſtrum.

CAP. CLXXV.

Emplaſtrum Diachylon.

Idem. V*Idete Pharmacop. Londinenſ.* Dum Diachylon conficio, hæc, velim, ut obſervetis.

Accipio Lithargyrium auri tenuiſſimè tritum, Oleum mucilaginum, ſive Oleum Olivarum imprægnatum mucilagine ſimplicium præſcriptorum. Coquuntur (optima autem methodus conficiendi olea mucilaginum hæc eſt: ℞. Simplicia in partes minutiſſimas diviſa, Olei q. ſ. Coquantur in balneo Mariæ lento gradu) cum aceti q. ſ. Etſi enim ipſum oleum in ſe multum acidi contineat, unde color albus induci poſſet, hac tamen ratione acceleratur operatio, & Emplaſtri etiam vis detergens augetur, & Lithargyrium dividitur, & in liquoris poris faciliùs, ſuſtinetur. Quare Pharmacopæi in omnibus Emplaſtris, ubi Lithargyrium præſcribitur, acetum addunt, etſi in Receptis non fuerit præſcriptum.

Nonnulli addunt Sal commune, ubi albedo expetitur, unde albiſſimum evadit. Alii, loco aceti communis, addunt acetum deſtillatum, quod operationem magis accelerat, & albedinem intendit.

Coquenti addo aquam puram ſemel, bis, terque, ad empyreuma impediendum, & alborem conſervandum. Alias enim particulæ Lithargyrii ad fundum deſcenderent cum acidis corpuſculis, & nigredinem ingratam contraherent. Quare aquæ quantitas exigua eſſe non debet. Perpetuò autem ſine ullâ intermiſſione moveri ſpatulâ debet.

Coqui debet, donec Emplaſtri conſiſtentiam acquirat. Quod explorare licet, tantillum injiciendo in aquam frigidam. Hoc ubi obſer-

vatum fuerit addo ceram albam (post coctionem scil. horar. iij. vel iv. coctionem, inquam, non Ceræ, sed prædictam Lithargyrii &c.) Deinde habeo ad manum gummata in aceto dissoluta, iisque admisceo primò Terebinthinam. Sint autem gummata liquidioris consistentiæ Rob. vel pultis. Deinde oleum mucaginum cum Lithargyrio &c. removeo ab igne, ut de calore remittant, & tum pedetentim gummata infundo.

Gummata autem addenda post refrigerationem, ne particulæ eorum acidæ (dissolvuntur enim in aceto) cum alcali Lithargyrii magnam effervescentiam concipientes intra vas ampliùs contineri recusent, unde periret totum opus.

Atque hoc in genere observandum, quò plures continentur particulæ aquosæ, viscosæ, crassæ, uti sunt gummata, cera, axungia, eò majorem fieri massæ dilatationem, & elevationem.

Hæc gummata optimè sint commista perpetuâ agitatione massæ ab igne remotæ. Deinde in vas aquæ effundatur unâ vice q. s. & optimè malaxetur pinsendo cum manibus, & diducendo sæpiùs in longitudinem, donec in magdaleones convolvi possit. Manus autem, ne adhæreat aliquid, Oleo Olivarum muniantur. Tabula autem munda, & bene dedolata, aquâ tantum madefiat, non oleo, super quâ, rotatione sufficienti magdaleones formentur.

Nota bene. Color nigerrimus emplastris conciliatur, additione pauxilli sulphuris communis.

Quæritis. Lithargyrium auri Lithargyrio argenti quid intersit?

Respondeo. Utrumque Saturni calx est, cum recrementis metallicis auri, & argenti, in eorum depuratione, sive cupellatione, in calce plumbi relictis. Auri autem Lithargyrium purius est, & melius. Nam argentum plus Veneris admixtum habet, unde impuratur ejus Lithargyrium. Atque & si color purioris Lithargyrii plerumque sit melior, & rubicundior, hoc tamen non semper obtinet, cùm color bonus pejori arte conciliari possit.

Sed hoc modo debemus experiri an præstet, necne, injiciendo scilicet in acetum vulgare, vel stillatitium, & sibi ad tempus post agitationem permittendo. Si color adsit subcæruleus, & liquor valde dulcescat, sine austeritate magnâ, bonæ notæ est: aliàs non.

Cerussa etiam cretâ adulteratur. Quod deprehenditur injectione portionis ejus in acetum, per majorem, vel minorem, dulcedinem. Quò dulcior, eò melior.

Est autem in plumbo spiritus acidus acerrimus, penetrantissimus, subti-

ſubtilis, auſterus. Unde non mirum, ſi Saturnus dicatur filios ſuos devoraſſe, & ſic repræſentetur in antiquis numiſmatis per ſenem cum falce, additâ hâc inſcriptione, *hæc falx eſt mordax.*

Vultis exemplum? Cooperiatur vas exiguum terreum nummo cupreo, ſed præſertim aureo, dum liquefit plumbum. Nummus ejus vapore, quaſi Mercuriali, adeò corrodetur, ut, digitorum ope, poſtea in pulverem poſſit conteri, eodem planè modo, quo Mercurius vivus metalla reſolvit.

Tandem autem filios ſuos puriores, aurum, puta, & lunam, evomere ſolet, retentis, ut diximus, recrementis. Et maſſa ad ſummam rubedinem calcinata Lithargyrium auri dicitur. Calcinatur, ut abigantur ſcilicet omnia recrementa. In argento enim particulæ, uti dictum, multæ cupreæ, unde color cæruleus. Et ut obiter moneam de errore eorum, qui tincturam Lunæ à colore cæruleo commendari volunt. Si argentum in aqua forti diſſolvatur, quò liquor magis cæruleſcit; eò impurius eſt argentum. Luna enim per ſe coloris eſt expers.

Differunt ergo Lithargyria pro variâ mixturâ particularum metallicarum. Lithargyrium nempe argenti continet particulas multas cupri, â quibus Lithargyrium auri eſt liberum magis.

Tantâ autem acrimoniâ pollet ſp. plumbi acidus, ut ſi quis ore, vel naribus, dum inſtituitur cupellatio, exciperet vapores ê plumbo exhalantes exinde ſuffocari poſſet. Quin & ipſe novi, qui ex hac audacia dentium omnium caſum perpeſſus ſit. Hos autem vapores nihil aliud eſſe putem, quàm ſubtiliſſimas ignis particulas, quæ dum rapido motu per metalli poros adiguntur, eam conformationem adipiſcuntur, unde iſtiuſmodi corroſivæ, & noxiæ qualitates, propullulant. Non aliâ planè ratione, atque ipſa terra una eademque, dum multiformes, diverſiſſimoſque vegetabilium ſpecie differentium poros pertranſire cogitur, in particulas diverſiſſimas ſcinditur, unde variæ qualitatum, viriumque differentiæ emergunt. Particulæ autem igneæ quàm proximè ad naturam acidi accedunt, unde, alcali additione, plumbum recuperari queat.

Omnia autem acida metalla in minutiſſimas particulas reducere valent, & ex varia præparatione calcium varietas deducenda. Ita Minium, Ceruſſa, Lithargyrium, omnia ſunt plumbi calces. Ex cupro etiam, & ſtanno, teſtaceis omnibus, pro menſtrui varietate, varii coloris calces eliciuntur. Sic leniſſimo calore fit Ceruſſa, in qua particulæ acidæ latiùs explicantur. Si autem vehementiore igne ad ſe invicem propiùs adiguntur, color magis intenditur.

Inpræ-

In præcipitatione magiſteriorum, quæ alcalibus perficitur, & fit rapidior, & colore magis flavo, magiſterium tingitur. Quæ verò acidis fit, lentiùs procedit, & magiſterium poris leniori motu excidit, albiſſimi pulveris ſpeciem præ ſe ferens.

Pleraque metalla acidis particulis dividi, & imminui, diximus. Præter eas autem aurum ad ſui diſſolutionem rigidas, & ſalinas, etiam expetit, ut in confectione Aquæ regiæ liquet.

CAP. CLXXVI.

Emulſio Amygdalarum, ut & omnium ſeminum, in genere, quæ in ſe continent oleum craſſum, quod expreſſione elici poteſt.

REc. Semina quæcumque. Decorticentur ab ulteriori cortice, ſi colore aliquo ille cortex præditus ſit. Si non, etiam cum cortice procedi poteſt. Contundantur, donec tactui pinguedinem quamdam deponant, quod ſignum eſt, oleum illud expreſſioni, & extractioni, aptum eſſe. Superfundatur poſtea parva aquæ convenientis copia. Contundantur ulteriùs, ſenſim aquam affundendo, donec planè alba appareat maſſa. Dein ulteriùs aqua, ad ſupereminentiam aliquot digitorum, ſuperfundatur, continuè materiam agitando, ut inſtar lactis dulcis albeſcat. Liquorem per linteum cola, forti cum expreſſione. Hunc uſui ſerva.

Vires, & uſus. *Dolores in genere mitigant: urinam movent: & effervescentiam ſanguinis temperant, & ratione craſſarum ramoſarum particularum anodynæ ſunt, & ſomnum inferunt. Uſûs præcipui exiſtunt in dolore nephritico, apoſtematibus internis, vigiliis nimiis &c.*

CAP. CLXXVII.

Spir. egregius anti-Epilepticus.

REc. Flor. & fol. Lavend. Roriſmar. Majoran. Salviæ. ana m. ij. *le Mort.*
Caſtor. ℥. ij.
Camphor. ʒ. iij.
Sp. Vin. pint. iij.
Sal. Ammoniac. ℥. iv.

Sal Tartar. ℥. iij.

Aq. Lavendul. vel alterius convenientis q. ſ. ut innatare poſſint ſimplicia.

Deſtillentur ſimul poſt digeſtionem, trium, quatuorve dierum, donec pinta j. ß. prodierit. Hoc ſpiritu perfecto diſſolvatur:

Ol. ſem. Rutæ. gutt. xxx.

Ol. Succin. rectificatiſſ. gutt. xx.

Ol. Macis ſtillat. Juniper. ana gutt. xl. Et ſpir. poſtea ad uſum ſervetur.

Vires. *Efficaciſſimus, & penetrantiſſimus eſt hic ſpiritus: omnes morbos cerebrum infeſtantes convulſivos, & ſpaſmodicos, tollit: in ipſo affectu ſub naribus detinetur. Hoc ſpiritu Virginem nuperrimè hyſtericâ paſſione laborantem ſanatam fuiſſe certum eſt.*

Doſ. *à gutt. iij. ad xx. in vehiculo.*

CAP. CLXXVIII.

Aqua Pæd-anti-Epileptica nobiliſſima: ſive aq. anti-Epileptica puerorum.

le Mort. REc. Flor. Tiliæ,

Herb. Chærefol. q. ſ.

Fermententur ſimul, & deſtillentur. Liquorem deſtillatum denuò rectifica ſupra recentes herbas, & flores (non ſuper fermentatos) dein uſui ſervetur.

Doſ. *à* ʒ. *j. ad* ʒ. *ij.*

CAP. CLXXIX.

Eſſentia, ſeu tinctura, Regia.

Idem. REc. Moſchi. ℈. ß.

Zibett. gr. v.

Balſ. Peruv. gutt. xij.

Ol. Gariophyllor. gutt. iv.

Lign. Rhod. gutt. ij.

Excipiantur omnia Sal. Tartar. ʒ. ß. m. optimè, donec omnia unita ſint. Dein adde:

Spir. Vin. rectificat. ℥. ij.

Repo-

Reponantur simul in loco calido (vel in calore Solis, si tempus anni patiatur) ad digestionem per tres dies, bis in die materiam agitando. Sic fiet Essentia odoratissima à fæcibus subsidentibus per inclinationem separanda.

Vires. *Cardiaca est, præcipuè si gutt. ij. Ol. Cinnamom. in compositione addantur in mixturis, & summopere conducit, ut medicamenta gratiora evadant, & fœtor tollatur.*

Inde etiam præparantur aquæ odoriferæ, Moschatæ dictæ, & Ambratæ, sequenti modo:

℞. Aq. Rosarum. ℥. j. Ei infunde,
Hujus Essentiæ gutt. j. vel ij. Et erit fragrantissima.

Inde etiam fit *Aqua Vitæ Ambrata*, si, in pinta una, guttæ ad summum xx. hujus Essentiæ infundantur. Et sic de aliis liquoribus quibuscumque. *Vinum* etiam fit *Moschatum*, si, in pinta una, gutta una, vel altera, infundatur.

Vires *Ambræ gryseæ æmulatur; Confectiones, & Conservæ, odoratissimæ inde fiunt, si in singulas uncias gutt. iij. vel iv. permisceantur. Insuper fumigationi inservire poterit ad perfumigandas cameras, linteamina, vestimenta, ut strophiola, & similia, sequenti modo:*

℞. Aq. Rosarum
Lavendul. ana pint. ß.
Essentiæ regiæ ʒ. j.

Hic liquor evaporationi committatur super ignem, si camera perfumanda sit. Linteamina verò, & vestimenta, eo humectentur, & lentè exiccare permittantur. Qui etiam Tobaccum amant, inde odoriferum facere optimè poterunt.

Dos. *Internè à gutt. j. ad iv.*

CAP. CLXXXI.

Essentia metallica ad vermes.

REc. Sacch. Saturn. *le Mort.*
Vitriol. Martis. ana ℥. j.
Mercur. dul. ʒ. ij.

Misce optimè simul, & superfunde Sp. Vin. opt Gall. q. s. ad supereminentiam aliquot dig. Digerantur simul per dies duos, donec rubedine summâ spir. tingatur: Spiritum tinctum decanta: & usui serva.

Vires. *Omnibus obstructionibus, vermibus, & Ictero convenit: alvum, & vomitum, movet, si in majori dosi assumatur: menstrua movet; apostemata interna, & putrefactiones, tollit.*

Dos. *à gutt. ij. ad xx.*

Cap. CLXXXI.

Essentia Asthmatica.

le Mort. REc. Mellis opt.
Rad. Liquirit. ana ℥. iv.
Flor. Benzoës.
Opii præparat. ana ʒ. j.
Camphor. ℈ ij.
Ol. Anisi ʒ. ß.
Sal. Tartar. ʒ. j.
Sp. Vin. rectif. q. s. ad supereminentiam aliquot dig.

Digerantur simul per aliquot dies. Dein tinctura filtretur, & usui reservetur, addendo ad singulas Essentiæ uncias tincturæ Croci. ʒ. j.

Vires. *Omnibus pectoris, & pulmonum, vitiis succurrit: dolores lenit: faucium asperitatem tollit: tussi inveteratæ medetur: humores acres, & subtiles, magis incrassat, & acredinem eorumdem mitigat.*

Dos. *à gutt. x. ad ℈. ij.*

Cap. CLXXXII.

Essentia anti-Hysterica.

Idem. REc. Castor. opt.
Asæ fœt ana ℥. ß.
Ol. Succin. ʒ. j.
Rutæ. ℈. j.
Sabin. ʒ. ß.
Camphor. ℈. j.
Sp. Vin. super alcali opt. rectif. ℥. x.

Digerantur leniter simul. Dein destillentur. Fæcibus reaffunde spiritum abstractum addendo ℥. ij. spir. C. C. cum sale volatili permixti. Destill. denuò ad medias. Sp. destillatus usu servetur.

Vires.

Vires. *summum est anti-hystericum, antiparalyticum, & antiepilepticum: sudores egregiè movet in peste, Apoplexia, febribus malignis: podagricos dolores discutit: fœtum expellit.*

Dos. à gutt. iij. ad ʒ. ß.

CAP. CLXXXIII.

Essentia Alexipharmaca, & Bezoartica.

REc. Rad. Valerian. *le Mort.*
Petasitid.
Angelic.
Imperator. ana ℥. j.
Herb. Scord.
Menth.
Rutæ. ana m. j.
Sem. Levistic.
Cumin.
Anis. ana ʒ. ij.
Cardamom. min.
Cubebar. ana ℥. ß.
Gariophyllor.
Nucis moscat. ana ℥. j.
Sp. Vin. vulg. ℔. v.

Digerantur simul cum s. q. Salis Alcali, unciâ scil. unâ, vel alterâ, per dies duos ad minimum. Deinde duæ tertiæ partes abstrahantur. In spiritu prolecto denuò infunde:

Lign. Sassafras
Cort. Arantior.
Citrior. ana ℥. iij.

Digerantur per hor. 24. Et destilletur ad medias. Cum spiritu hoc extrahe tincturam ex,

Rad. Contrayerv. ℥. ij.
Croci. ℥. j.
Rad. Angelic.
Imperator.
Valerian.
Petasitid. ana ʒ. vj.

Myrrh. elect.

Resin. Guajac. ana ℥. ß.

Sal. Tartar. intensissimo igne calcinati, vel Scoriar. Antimon. per hor. j. calcinatar. fortissimo igne. ℥. ij.

Digerantur simul in balneo Mariæ; quò diutiùs, eò meliùs.

Nota. Si pro febribus intermittentibus etiam expetatur, in extractione cort. Chin. Chin. ℥. ij. addere convenit.

Vires. *Incomparabilis est hæc Essentia ad plerosque morbos, & febres malignas, quas omnes radicitùs tollit: venenis præsentaneum est remedium: variolas citissimè curat.* (*Plerumque convenit in statu morbi*)

Dos. à gutt. iij. ad ℈. ij. ubi sudores in magnâ copiâ expellendi sunt.

Pestem ferè infallibiliter curat: convenit omni sexui, & ætati.

Cap. CLXXXIV.

Extractum Catholicum.

le Mort. REc. Pulpæ Colocynthid. ℥. vj.

Agaric alb.

Hellebor. nigr.

Jalapp. ana ℨ. iv.

Pulverizatis grosso modo cum spir. Vin. q. s. (℔. vj. vel. viij. sufficiunt) digerantur per dies aliquot, scil. iv. vel v. Tincturam à fæcibus separa per linteum. Fæcibus adde aq. pluvial. q. s. Digerantur per hor. vj. vel viij. Dein leniter simul ebulliant. Deinde coletur per linteum. Colaturam clarificatam affunde tincturæ præcedenti cum spir. Vini factæ, & lactescant simul. Hasce solutiones evapora, vel spiritum Vini per arenam abstrahe. Reliquum evapora ad consistentiam usque mellis dilutioris. Dein adde sequentia pulverizata:

Aloës lucidæ. ℥. viij.

Scammonei. ℨ. iv.

Sp. Vini ℥. j. vel alteram, ut dissolvantur. Pulvis deinde ad consistentiam pilularum evaporatione redigatur.

Vide cap. 186.

CAP. CLXXXV.

Extractum Catholicon nostræ compositionis Magistrale.

REc. Rad. Hellebor. nigr. *le Mort.*
Bryoniæ.
Colocynthidos. ana ℔. j.
Raſ. Agaric.
Rhabarb. ana ℔. j. ß.
Miſce ſimul in pulverem groſſum redacta.

Hiſce ſuperfunde aquæ fervidæ q. ſ. ad humectandum. Macerentur ſimul per hor iij. Dein recens aqua calida, ad ſupereminentiam aliquot dig. ſuperfundatur. Stent in loco calido per hor. 48. Dein exprimatur liquor.

Fæcibus reſtantibus ſuperfunde recentem aquam, donec amplius tincturam dare negent.

Solutiones omnes confunde. Iis addatur Aloës Socotrin. ℔. j.

Coq. ſimul, donec Aloë ſoluta ſit. Dein ab igne removeantur, & refrigeſcant, & fæces ſuas Aloë deponat. Clarum à fæcibus per decantationem ſeparetur. Dein evaporetur liquor ad conſiſtentiam pilularum.

Vires. *Omnibus iis viribus inſtructæ hæ ſunt pilulæ, quibus Extractum Catholicon vulgare, at multò fortiùs operantur ſine ullis torminibus. Inſuper menſes optimè promovent. Aquas, & ſerum, educunt. In podagricis & nephriticis doloribus, ſummopere conveniunt.*

Doſ. *à gr. iij. ad xij.*

Nota bene. Extracta omnia ſi genuino ſapore prædita expetantur, igne vulgari non eſſe evaporanda, neque in arena, ſed in balneo Mariæ, ſeu aq. bulliente.

Nota ſecundò. Pilulæ, & Extracta, in conſiſtentiam Electuario duriorem evaporari debent, ſi non extempore in uſum revocentur, quoniam repoſita ſatis duram temporis tractu conſiſtentiam acquirunt.

Nota tertiò. Reſervanda ſunt omnia Extracta, & pilulæ, in veſica ſuillâ, oleo amygdalarum, vel alio aromatico, illitâ.

Nota quartò. Quæ ſicca expetuntur in loco calido, ſcil. aperto aëre reponantur. Quæ verò humida expetuntur in celliâ ſuſpendantur. Cavendum verò, ne nimiùm humida retineantur, quoniam ſitum contraherent.

Nota

Nota quintò. Ubi ad consistentiam evaporatæ sunt pilulæ, vel Extracta, super Porphiritem oleo oblitum calidè effundantur, &, post refrigerationem plenariam, vesicæ includantur.

CAP. CLXXXVI.

Extractum Catholicon Amstelodamensium.

le Mort. Rec. Pulpæ Colocynthid. ℥. vj.
Rad. Jalapp.
Turbith.
Hellebor. nigr.
Agaric. læviss. ana ℥. iv.

Grosso modo contusis superfunde spir. Vin. vulgar. ad supereminentiam aliquot dig. Digerantur per dies duos. Dein sp. tinctus decantetur. Fæcibus superfunde aquam comm. Digerantur simul per vj. vel viij. hor. Dein leviter semel, atque iterum, ebulliant. Coletur postea liquor. Colaturæ adde spiritum superiorem tinctum. Sic lactescet liquor. Evaporentur simul ad consistentiam molliorem pilularum. Dein seorsim extrahe, mediante aq. communi, Aloën, & ad consistentiam pilularum redige.

♃. Hujus Aloës ℥. viij. Coq. simul cum præcedente Extracto addendo Sp. Vin. ℥. j. vel ℥. ij. (ad Scammonei addendi ramosas particulas resolvendas.) Dein extempore infunde Scammonei præparati. ℥. iv. Misceantur, mediante coctione leni super ignem, donec consistentiam pilularum debitam acquirant.

Vires. *In obstructionibus summè convenit si cum croco Antimonii, è Vitriolo Martis confecto, permisceatur. Crocus Antimonii quartam obtineat partem respectu Extracti. Vermibus insuper hoc modo præparatum, mensibus, & hypochondriacæ affectioni convenit.*

Dos. *solius à gr. v. ad ℈. j. Cum croco à gr. viij. ad xxiv. Si lento modo obstructiones reserandæ sint: fiant inde pilulæ cum mediâ parte Croci, è drachmâ una 60. & omni Vespere. iij. v. vij. vel ix. assumantur.*

Processus secundus.

Idem. Rec. Omnia simplicia secundùm præscriptionem Authoris. Eis superfunde spir. Vin. vulgar. Gallicum. Digerantur simul per hor. xxiv. donec

donec colore ſat rubro ſpiritus tingatur. Dein ſpiritus tinctus à fæcibus effundatur, & aquam communem eis ſuperfunde, ut optimè innatare poſſint ſimplicia. Coq. ſimul per horæ quadrantem. Dein colentur per linteum. Colaturæ adde ſpiritum tinctum, & evaporentur ſimul ad conſiſtentiam oleaginoſam. Dein adde pulveres Scammonei, & Aloës, addendo, ut melior mixtura fiat, ſpir. Vin. ℥. j. aut. ij. Redigantur ſimul ad conſiſtentiam Extracti, ut pilulæ inde formari poſſint. Dein ad uſum ſerventur, & includantur veſicâ oleo amygdalarum illitâ.

Vires. *Omnes humores purgat, præcipuè verò pituitam, & ſeroſos humores.*

Doſ. *à gr. vj. ad ℈. j.*

CAP. CLXXXVII.

Extractum Agarici.

REc. Agarici raſi q. v. Superfunde ei aquam ebullientem. Reponantur ſimul, donec frigefacta ſit aqua. Aquam hanc per linteum cola. Colaturam evapora ad Extracti, ſeu pilularum, conſiſtentiam. Dein in uſum ſervetur. *le Mort.*

Nota primò. Super remanenti Agarico aqua recens ſuperfundi poterit, ut deinde denuò fiat Extractum, ſed hoc priori multò debilius ſit, & etiam tormina ciere ſolet.

Nota ſecundò. Eodem modo parari poſſunt omnia purgantia Extracta, ut fol. Sennæ, Hellebor. nigr. &c.

Nota tertiò. Si partes reſinoſæ in aliquo ſubjecto extrahendo præpolleant, pars aliqua Sal. Tartari (ſcil. reſpectu ſimplicium extrahendorum pars octava, vel quarta) cum parvâ quantitate, id eſt cochleari. j. vel ij. ſpir. Vini, addenda ſunt. Qui ſp. Vin. additur, poſtquam aqua ſimplicibus ſuperfuſa fuerit. Hoc modo extrahuntur Scammon. Jalappa, Turbith, & cætera reſinoſa.

Nota quartò. Anglis, & Hollandis, Agaricus levis, & albus. Germanis ponderoſus magis placet.

Vires. *Bilem, & pituitam, & humores aqueos expurgat: flatus tamen generat, unde oleis carminativis, vel ſpiritibus illis, Extractum permiſcendum eſt. Inde, ſequenti modo, ſit Extractio leniſſima omnes humores purgans.*

CAP. CLXXXVIII.

Extractio lenissimè omnes humores purgans.

le Mort. REc. Rasur. Agaric. ℥. ij.
Fol. Senn. ʒ. iij.
Anisi. ʒ. iv.
Rhabarbar. ʒ. ß.

Hisce superfunde aquam ebullientem, & procedatur, ut ante. Post colaturam edulcoretur, mediante syrupo aliquo conveniente, & dein usui propinetur.

Hæc unica dosis est, & pituitam valde lentè expurgat, & humores omnes melancholicos, & biliosos. Non datur, pro qualitate, purgans melius Agarico.

CAP. CLXXXIX.

Extractum anti-febrile.

Idem. ABrotanum incidit, aperit, menses, & urinam, movet; antiscorbuticum est: vermes necat: sanguinem purificat. Paratur inde Extractum antifebrile hoc modo:

♃. Absynth. vulgar.
Fol. Card. ben.
Summit. Centaur. min.
Abrotan. ana m. j.

Scindantur, & contundantur, parumper. Contusis superfunde sp. Vini rectificati ad supereminentiam unius digiti. Digerantur simul per xxiv. horas. Deinde tinctura clara separetur, abjectis fæcibus.

Dos. *Tinctur. ab. ℥. ß. ad ℥. j. horâ unâ ante paroxismum. Et egregiè tollit febrem tertianam, & cottidiam, præcipuè si Camphoræ gr. j. aut. ij. singulis dosibus admisceatur. Convenit etiam in ventriculi debilitate.*

Nota bene. Si sp. Vini non conveniat, aut non expetatur, evaporet tinctura ad medias.

CAP.

CAP. CXC.

De floribus, & eorum præparatione in genere.

FLores omnia illa dicuntur Chymicis, quæ ſicco modo in altum elevantur, cum adhærentiâ ad vaſis latera ſub formâ pulveris tenuiſſimi. *le Mort.*

Hi fiunt vel per ſe, ubi materia ſatis levis, & motui concipiendo apta eſt, vel cum aliis levioribus particulis graviores admixtæ ſublimationi objiciuntur. Sic metalla, & mineralia, duriora ſublimanda requirunt ſalia volatilia particulis non ſolùm alcalicis, verùm & acidis, inſtructa. Acidæ requiruntur particulæ, ut imminuere, & Chymico modo pulverizare poſſint, & in poris ſuis recipere partes ſublimandas. Alcali permixta requiruntur, ut corpora illa diſſoluta ſimul elevari poſſint, ſub forma ſicca, quæ aliàs ſi cum acidis ſolis in altum elevarentur, vel valde parum florum exhibent, vel ſub formâ liquidâ ſemper adſcendant, ut in butyro Antimonii, & cæteris talibus operationibus, patet.

Requiruntur reſpectu corporis durioris ad minimum partes duæ, vel pars una & ß. Salis volatilis, quod vulgò Sal eſt Ammoniacum.

Secundi generis ſublimanda ſunt, quæ per ſe ſublimari queunt. Hæc corpora vel per ſe ſublimationi ſubjici queunt, vel cum aliis; illa adhuc magis volatilizantibus, figentibus, vel alterantibus, ſublimationi objici poſſunt, ut Benzoin, Sulphur, Antimonium, & Sal Ammoniacum, &c. Ubi nihil aliud expetitur, quàm ſola depuratio mediante igne, à particulis terreſtrioribus, & ponderoſioribus. Sic nulla ibidem fit immutatio, imò quædam in totâ ſubſtantia elevantur in altum, ut ne tertia quidem pars pereat, ut Sal Ammoniacum, & Sulphur commune. Sic etiam Alumen liquido modo in tota ſua ſubſtantia in altum elevari poteſt, ſi tantùm ſæpiùs aquâ communi Alumen irroretur, & deſtillationi ſemper committatur, poſt ſingulas ſcil. irrorationes.

Aliqua verò plurimas fæces, & particulas heterogeneas, deponunt. Si Benzoin ex ℔. j. ℥. ij. Florum tantùm præbet ſegregato ſpiritu, & oleo.

Alterantur corpora ſublimanda mediantibus additionibus diverſis. Sic ubi Sal Ammoniacum acuendum eſt, ut tantò magis incidat, & aperiat, ſuper ſcobem, vel limaturam ferri, inſtituitur ſublimatio. Ubi verò à particulis ſuis acidis liberandum eſt, addito ſale Alcali fixo fiunt flores ſubtiliſſimi, & penetrantiſſimi, qui ſub nomine ſp. Sal. Ammoniaci, vel Sal. volatilis, colliguntur.

Sic sulphur flores varii coloris edere potest, pro variis additis ipsi corporibus. Sic, mediante sale communi, & colcothare Vitrioli, eliciunt flores aurei coloris. Mediante alcalifixo, bis repetitâ sublimatione, eliciuntur flores planè albi, instar lactis sulphuris, quoniam acidum eo cum sale obtunditur. Si verò per se sublimationi subjiciatur fiunt flores citrino-pallidi.

Eodem modo cum Antimonio fit. Sic Antimonii flores albi colliguntur, si vehementi satis igni per se Antimonium exponatur.

Flores verò fiunt rubri, si addito Sale Ammoniaco sublimatio fiat.

Varia itidem Salia Ammoniaca confici possunt, pro variis adhibitis spiritibus acidis. Sic Sal Ammoniacum, quod fit ex sale communi, urinâ, & fuligine, alîus est notæ, quàm quod fit addito Nitro, vel Alumine, vel Vitriolo. Nam *Sala acida rectores existunt Salium alcalium.* Sic quod cum Nitro factum est, multò magis arripiet, & dissolvet metalla, & mineralia, quàm quod cum Sale communi factum fuit.

CAP. CXCI.

Oleum Fœniculi.

Marg. ℞ Ec. Sem. Fœniculi ℔. j. Redigatur in pulverem crassum, indaturque urceo cuidam terreo angusti orificii, eique addatur Tartari pulverizati ℥. ß. Aquæ ferventis ℔. iv. Reponantur simul, vase leniter clauso, in locum tepidum, per dies, & noctes, quatuordecim. Tum fiat destillatio vel per balneum Mariæ, vel per vesicam cum refrigeratorio, & prodibit aqua, cui innatabit oleum, quæ à se invicem separabuntur, vel per tritorium, vel per separatorium, ubi, substratâ aquâ, etiam descendet oleum, quod seorsim servari debet.

Vires. *Oleum, & aqua, fœniculi calefacit, & siccat, attenuat, incidit. Sunt stomachica, & thoracica, movent urinas. Potentiùs verò hoc facit Oleum.*

Dos. *Aquæ ℥. ß. cum saccharo.*

Olei verò gutt. j. vel ij. potestque cum Sacharo tabellato redigi in Elæosaccharum fœniculi. Estque tum egregium carminativum.

Aqua,

Aqua, & Oleum Fœniculi:
Processus secundus.

REc. Herb. fœnicul. recentis post florem, & jam ferè cum fructu m. j. vel ij. Concide, & contunde, in mortario. Inde vesicæ cupreæ, & affusâ aquâ purâ, per 24. horas macera. Tum, applicato refrigeratorio, destilla pro lubitu, ita ut colligas aquæ pintas vj. vel viij. Cui innatabit oleum. Tum desine. Oleum separa per tritorium, aut separatorium, & serva seorsim, sicut aquam quoque. *Marg.*

Vires. *Aqua fœniculi calefacit, siccat, attenuat. Est stomachica: pellit flatus.*

Dos. *est* ℥. ß.

Oleum longè potentius est aquâ: refertur inter carminativa. Incidit materiam crassam in pulmonibus contentam.

Dos. *Est gutt. j. vel ij. cum saccharo albissimo redacta in Elæosaccharum.*

CAP. CXCII.

Spir. s. Sal volatile, & ol. Fuliginis.

REc. Fuliginis nigerrimæ, & pinguissimæ, qualis ex combustione lignorum colligitur in caminis. s. præ furnis. Impleatur illâ retorta terrea ad collum usque. Fiatque destillatio in igne aperto, & quidem per reverberium, primò lento igne: postea fortiori: ultimò quarti gradûs. Vas recipiens ab initio debet esse terreum, propter phlegma, quod vitrum plerumque rumpit. Post aliquot horas potest subjici recipiens vitreum, sicque observabitur Sal volatile adhærere lateribus Vitri more arbusculorum, aut glaciei, sive nivis. Spatio vj. vel viij. horarum potest absolvi tota operatio. Peractâ operatione materia fœtida tota eximatur, rectificeturque in arena ex cucurbitâ vitrea humiliori. Sic prodibit Sal volatile cum copioso oleo. Separentur hæc à se invicem per tritorium, seorsim colligendo oleum, & liquorem reliquum. *Idem.*

Rectificetur adhuc semel liquor sine oleo, & quidem per cucurbitam altiorem; Atque, si placet, affundendo quoque spir. Vini. Sic adscendit Sal volatile purissimum; primùm, in formâ sicca: deinde, in formâ liquidâ. Omnia possunt conjungi, & sic, vitro accuratè clauso, servari usui.

 Vires.

Vires. *Est insigne excitativum in Lethargo, Epilepsia, Apoplexia, atque agonizantibus. Cujus miras laudes videre potestis apud Hartmannum in Praxi Chymiatricâ.*

Dos. *Est aliquot guttar. in Vino, vel aquâ destillatâ.*

Præparatio sp. Fuliginis:
Processus secundus.

Maëts. REc. Fuliginis splendentis ex camino abrasæ q. p. Hac repleto retortam vitream ad collum retortæ usque. Instituatur destillatio ex arena, operationemque continua ad totalem fumi egressum. Ita enim obtinebis spiritum, & oleum fœtidum, unà cum sale volatili lateribus vasis recipientis adhærente. Spiritum ab oleo suo fœtido, ut artis est, separa, & cum æquali portione Alcohol Vini conjunge, & destillentur simul per cucurbitam alembico suo munitam. Ita enim præparatum habebis spiritum Fuliginis ad internos, & externos usus medicos, appropriatum.

Internè exhibetur in iisdem affectibus, quibus sp. Sal. Ammon. succurrere solet. A quibusdam habetur pro summo cardiaco. Consule Schroderum de fuligine.

Caput mortuum, ut artis est, elixiviatum, Sal causticum præbet potentissimum.

CAP. CXCIII.

Aqua Fumariæ spirituosa cathartica.

le Mort. FUmaria attenuat, & lentissimè purgat, in humoribus biliosis, & melancholicis. Inde fit succus inspissatus, & aqua. Dos. succi à ℈. j. ad ʒ. j. Egregiè sanguinem refrigerat, & lentissimè purgat. Inde fit etiam aqua spiritualis cathartica (est egregia aqua) hoc modo:

℞. Succi Fumariæ ℔. aliquot. Fermentetur cum recenti Fumaria per xiv. dies, addito fermento cerevisiæ. Dein destilla aquam. Destillatam recenti Fumariæ superfunde, & denuò destilla: idque repete quater, vel quinquies.

Vires. *Maximum est solamen in febribus ardentibus, & in infantibus purgandis.*

Dos. *à cochl. j. ad iij.*

CAP. CXCIV.

Lutum pro furnis extruendis.

REc. Argillæ commun. part. j. *le Mort.*
Arenæ. part. ij.
Calcis. part. ß.

Malaxentur, & incorporentur ſimul, mediante aquâ communi, ut in liquidiorem formam abeant. Tunc Lutum ſufficit majoribus furnis extruendis. Minoribus verò, & portatilibus, ſequens applicandum:

♃. Argillæ part. j.
Calcis. part. iij,
Arenæ. q. ſ.

Miſce ſimul cum aqua communi, donec juſtam conſiſtentiam acquiſiverit, & donec non ampliùs digitis adhæreat.

CAP. CXCV.

Furnorum vitrificatio.

INterior furnorum pars, ſi vitrificata, vel duriſſima expetatur, ſequenti mixturâ obtinebitur. *Idem.*

♃. Arenæ pulverizatæ, (vel marmoris ſpurii groſſi ſubtiliſſimè pulverizati,) vel, (quod omnium optimum eſt;)
Silicum pulverizator. part. j.
Argillæ commun. part. ß.
Minii. part. ij.
Aq. commun. q. ſ. ut in formam pulpæ tenuioris reducatur.

Hac mixtura interior pars furni obducatur, & poſtquàm planè exiccatus fuerit furnus, ignem in eo ſtrue ſat violentum, ex carbonibus lignorum, & erit vitrificatus, ita ut nunquam poſtea fiſſuram admittat.

Cap. CXCVI.

De furnorum structura.

le Mort. QUatuor præcipuè furnorum dantur genera. Primò, scil. furni portatiles. Secundò, furni ignis aperti. Tertiò, furnus fusorius. Quartò, furnus arenæ, balnei Mariæ, Vesicæ, &c. Qui intermedium aliquid admittunt, ne immediatè vasa destillatoria lambat ignis.

Furni portatiles pro varia intentione, diversimodè fiunt. Duplicis verò plerumque sunt generis, vel qui, mediante lampade, vel qui, mediantibus carbonibus, destillationem perficiunt. Illi, qui lampade instruuntur, tantùm foramen inferius requirunt, per quod flamma recipi potest. Attendendum verò in positione lampadis, ut si ignis, vel flamma, vehementior requiratur, ut in extremo acumine, tanquam in puncto, attingat vas destillatorium; quoniam si immediatè flamma, in medio circiter, lambat vas, citissimè fuliginem ex vehementi illa reverberatione deponit. Ubi verò acumen tantùm pertingit, faciliùs fugantur illi fumi, aliàs flamma suffocaturi. Qui verò furni, mediante igne solo, requirunt omnes illas partes, quas furni majores obtinent, ut Cinerarium, Focum, &c. quas in majoribus explicabimus.

Cap. CXCVII.

Methodus præparandi furnos minores portatiles.

Idem. FUndus fiat furni ex lapide quadrato, cui tres lapides ejusdem magnitudinis approprientur. Mediam partem Cinerarii loco extrue, ita ut duorum digitorum latitudinem ab unaquaque parte Cinerarium angustius fiat, cum duobus lapidibus annexis. Super hos duos lapides craticula è quatuor filamentis ferreis digiti latitudine à se invicem distantibus circumcirca. Postea cum calce viva, & argilla, oblinantur, ut sensim angustius fiat veru, seu craticula, filamentum, & latior in supremitate furnus maneat. Trium postea digitorum lapis super Cinerarium ponatur, suprapositis ab utraque parte lapillis convenientibus, ut instar ostii loco fiat. Dein recipiatur olla, seu testa quæcumque, & hisce lapidibus, cum aliis minoribus, superponatur, & annectatur, relictis spiraculis duobus in posteriore parte, fumo, & flamma, egrediendis.

Cap.

CAP. CXCVIII.

Præparatio furnorum majorum pro vesica excipienda.

PRimò fiat Cinerarium è tribus lapidibus sibi invicem suprapositis. *le Mort.* Ostium verò Cinerarii octo circiter pollicum latitudinem obtineat. Interiùs latius sit, quàm exteriùs, ut tantò majorem aëris, & cineris, copiam admittere possit. Dein ponatur craticula duobus digitis à se invicem dissita. Occludatur deinde Cinerarium cum duobus lapidibus sibi invicem suprapositis. Quatuor dein lapides declives super craticulam ponantur Dein fiat ostium foci ex duobus lapidibus. Occludatur postea superposita lapide. Dein vesica, vel olla ferrea, superponatur, & undique in altum extruatur furnus, relicto duorum digitorum, ad minimum, spatio circumcirca vas. Inferior fundus vasis arctissimè claudatur, relicto, in posteriore parte, unico tantùm spiraculo flammæ egrediendæ, quod proximè adstat camino, & mediante latere transverso à camino separetur, ita ut in continuo circulo ingrediens flamma vas lambere cogatur, antequàm per caminum adscendere queat, maximè verò vesica.

Hanc tantùm differentiam obtinent inter minores, ut ad trium lapidum transversorum latitudinem immediatè igni incumbant, absque ullis lapidibus intermediis.

CAP. CXCIX.

Furni ignis aperti, vel fusorii scilicet, vel destillatorii.

FUrni fusorii Cinerarium altius, & parumper angustius requirunt, *Idem.* quàm cæteri furni. Focus ad modum Ovi internè construatur, ita ut latior pars sit ad craticulam, angustior ad supremam partem, suprapositis postea pipis, ad altitudinem duorum pedum. Ostium tum latum fiat, ut crucibulum eximi, & imponi, queat. Crucibula semper altiora imponantur, quàm craticula est, ut fundus vasis eandem ignis vim, quàm supremitas obtinere possit.

Furni destillatorii ad eandem fere normam extruuntur, nisi quòd Cinerarium, & focus cum præcedentibus idem sit. In summitate caminus sit trium lapidum altitudine, super quos quartus ad occludendum egressum flammæ rectum, ut tanquam reverberio exitus illi pateat.

Furni digestionis nullo foco indigent, sed tantùm Cinerario, cui ignis di-

digestivus imponitur. Ex optimè incluso, & lutato Cinerario ignis ad minimum per xij. horas perdurare possit. Regimen ignis in Cinerario dependet, prout enim hoc magis, vel minùs, occluditur, eò vehementiùs, vel imbecilliùs, ignis movetur. Ostium foci, ubi ignis requiritur vehemens, arctè occludatur, ne aëri per Cinerarium ingresso, exitus per illud pateat. Spiracula in supremitate sint convenientia: ad minimum, in furnis ignis aperti, quatuor digitorum latitudinem obtineant: in vesicis, & ollis, ad minimum trium digitorum: in furnis minoribus portatilibus, digiti unius: in furnis digestionis, digiti medii latitudo circum circa quartam partem vasis relinquatur.

CAP. CC.

Galbanetum.

le Mort. REc. Galbani in frusta concisi. q. p. Ei affunde ol. Terebinthin. lucid ad eminentiam duorum digitorum transversorum. Stent in digestione per viginti quatuor horas. Et mox, per destillationem, oleum Terebinthinæ potentissimo sale, ac sulphure Galbani imprægnatum obtinebis.

Idem ad contracturas.

Maëts. REc. Lumbricorum terrestrium q. p. Misceantur cum duplo salis mirabilis Glawberi, vel salis vulgaris calcinati. Destillentur simul igne satis strenuo ex arena. Ita obtinebis oleum fœtidum crassius, quod cum novo sale mirabili Glawberi rectificare poteris eò usque, donec limpiditate arrideat.

Hoc oleo locum affectum, antea igne excalefactum, inungito sæpiùs. Penetrat valde, obstructionesque fœliciter solvit. Idem fere obtinet oleum ex Axungiâ humanâ sequenti, methodo destillatum: Vide processum Maëtsianum sub tit. Ol. pinguedinis humanæ.

Præparatio Galbaneti in obstructionibus nervorum: processus secundus.

Idem. REc. Ol. Terebinth. lucid. part. iij
Gummi in frusta concisi part. j.

Macerentur in retorta vitrea per hor. xxiv. Postmodumque instituatur destil-

destillatio, oleumque Terebinthinæ ad siccitatem usque auferatur. Quam operationem bis, terve, cohobando repetere poteris.

Exteriùs applicatur in Paralysi, in contracturis: in podagra ex causâ frigidâ: in tophis incipientibus Venereis, & podagricis. In genere in omnibus nervorum obstructionibus à pituitâ coagulatâ oriundis.

CAP. CCI.

Essentia Gariophyllorum.

REc. Gariophyllorum aromaticorum in pulverem crassum redactorum. ℥. ß. Iis in aliquâ lagenulâ contentis affunde Alkahest Glawberi q. s. ut bene madefiant. Repone per noctem in digestione, & reperies sequenti die Gariophyllos in mucilaginem redactos. Affunde tum Alcohol Vini optimè dephlegmati ℥. iv. Digere per noctem. Tum decanta liquorem, & filtra per pannum, & habebis liquorem nigricantem, qui est ipsa *essentia Gariophyllorum.* *Marg.*

Vires. *Est cardiaca, stomachica, & cephalica, potenter attenuat, & incidit.*

Dosis *est aliquot guttarum in aliquo liquore.*

CAP. CCII.

De coloribus pro tinctura gemmarum artificialium.

VEnus calcinata constanter dat cæruleum. Ejus gr. v. sufficiunt pro ℥. j. chrystalli tingendæ. *Maëts.*

Mars calcinatus vergit ad colorem hyacinthinum. Ejusque gr. iij. vel iv. inserviunt ℥. j. chrystalli. Sed notandum, quòd omnes gemmæ artificiales, quæ tinguntur cum Marte, longiori indigent coctione, quippe Mars difficiliùs dividitur in minima ramenta, quàm Venus.

Luna calcinata semper dat flavum amœnissimum.

Calx Jovis dat lacteum obscurum.

Saffra tanquam minera Cupri dat cæruleum.

Magnesia vergit ad hyacinthinum.

Quòd si miscueris crocum Veneris cum croco Martis, vel Lunæ, emergit color viridis.

Quòd si miscueris crocum Lunæ cùm croco Martis exurgit aurantius color.

Quòd si velis Amethystinum in quo cæruleus prævaleat rubro, capito pro singulis ℥. chrystalli, Veneris gr. iv. Martis gr. j. ß.

Quòd si verò, è contrario, colorem volueris granatum, in quo scilicet ruber prævaleat, sumito croci Martis gr. iv. Veneris gr. j.

CAP. CCIII.

Succus Glycirrhizæ inspissatus compositus.

le Mort. REc. Succi Glycirrhizæ inspissat. q. v. Eum infunde cerevisiæ, vel aquæ, q. s. ad dissolutionem. Stent in digestione calida per diem. Post dissolutionem plenam pulvis sordidus in succo vulgari contentus fundum petat, ibique post decantationem relinquatur. Succus purus ad debitam consistentiam inspissari potest.

♃. Rad. v. aperient. ana. ℥. ß.
Rad. Altheæ. ℥. ij.
Imperator.
Scorzoner.
Rad. Chinæ
Sarzæparrill. ana ℥. vj.
Lappæmajor. ℥. j. ß.
Herb. Hyssop.
Scord.
Menth. ana m. ij.

Coq. omnia simul post debitam macerationem in s. q. aquæ. In decocto hoc expresso dissolvantur Succi Glycirrhizæ ℔. iij. Solutionem decanta, vel exprime per linteum. Dein ad consistentiam pilularum evapora, addendo:

Syr. Zinzib. condit. & Cort. Arant. condit. ana ℔. ß.

Ubi ad consistentiam percocta sunt, immisce:

Ol. Nucis mosc. express. ℥. ß.
Anisi. ʒ. vj.
Camphor.
Opii opt. præpar. ana ℈. ij. Et in quasvis figuras efforma.

CAP.

CAP. CCIV.

Diuræticum specificum in Gonorrhæa.

REc. Vermium Majalium q. p. Ex his generali methodo extrahito tincturam cum sale Tartari alcalico. *Maets.*

Dos. *à gutt. x. ad xxx. in Vino, vel alio aliquo vehiculo.*

Alia via præparandi tincturam Vermium Majalium in formâ pulveris.

REc. Vermium Majalium q. p. Resolvantur in s. q. Sp. Nitri, & præcipitentur cum Ol. Tartar. per del. Pulverem præcipitatum ab omni salsedine ablue: exicca: & usui reserva. *Idem.*

Dos. *pulveris in substantia à gr. vj. ad xij.*

In Gonorrhæa recenti potest exhiberi absque ulla præcedenti corporis præparatione. In Gonorrhæa verò virulenta nec adeò valet, nec exhiberi debet, nisi præcedenti corporis præparatione, per purgationem scil. ab Extracto Catholico, vel similibus aliis. Potest etiam Decoctum aliquod præmitti. Pulvis unius horum vermium, interiùs assumptus, tam vehementer ἄνω καὶ κάτω *operatur, ut difficulter sedetur.*

Præparatio tincturæ Vermium Majalium: Processus tertius.

REc. Vermium Majalium q. p. Hisce affunde Spir. Nitri. q. s. ad totalem vermium dissolutionem. Filtra, & cum oleo Tartar. per del. præcipita. Liquorem supernatantem decanta, pulveremque cum pluvia edulcora, & exicca. Estque hæc methodus generalis in omnibus illis, quæ constant acri, & caustico sale volatili, utpote in cantharidibus, araneis, bufonibus, in nucibus vomicis, helleboro, & similibus flammulis. *Idem.*

Pulverem edulcoratum cum quovis Electuario, Conserva, Mucilagine, similibusve substantiis, in massam pilularum redige.

Dos. *à gr. v. ad xx.*

Alio modo: Processus quartus.

Maëts. REc. Vermium Majalium q. p. His affunde Ol. Tartar. per del. q. p. ad totalem irrorationem. Stent in digestione per xxiv. horas. Quibus tunc affunde Alcohol. Vini ad eminentiam trium, vel quatuor, digitor. transversor. Stent in digestione, ut supra, quousque Sp. Vini rubicundam extraxerit tincturam. Quam decanta, & usui reserva.

Dos. *à gutt. x. ad xxv.*

Nota, *quòd si in curatione Gonorrhææ per tincturam vermium Majalium excitetur acrior stranguria, quòd cum lacte amygdalato, lacte vulgari tepido saccharato, aliisve emulsionibus, dolor citò tollatur.*

CAP. CCV.

Infusio in Gonorrhæa.

Idem. REc. Vin. rubr.
Aq. Symphit. ana ℥. v.
Fol. Scord. m. j.

In his infunde per noctem:

Gran. Juniper contus. ʒ. iij.
Bol. Arm. alcoholizat. ℥. ß.

Manè leviter ebulliant. Filtretur liquor, & per Syringam injiciatur, postquam Patiens urinam emiserit. Ita brevi temporis spatio fluxus sedabitur, partesque corroborabuntur. Hoc igitur uti non debemus, priusquàm virus eductum sit.

Idem obtinet hæc infusio in Gonorrhæa simplici ex debilitate vasorum spermaticorum exortâ.

Quòd si in auxilium vocare volueris medicamentum per os assumendum, recipe, quod sequitur.

CAP. CCVI.

Pilulæ in Gonorrhæa.

Idem. REc. Sem. Alkekengi. ℥. ij.
IV. frigid. maj.
Papav. alb.

Sem. Lactuc.
Plantag. ana ℥. j.
Rha. ℥. ß.
Mastich. ʒ. iij.
Gum. Arabic.
Bol. Armen.
Succin.
Tragacanth.
Amyl. ana ʒ. ij.
Sem. Agni casti
Rosar. rub. ana ʒ. j.
Tereb. Ven. q. s. ut pulvis in formam pilularum redigatur.
Misce, & s. a. f. pilulæ.
Dos. *à ℈. j. ad ʒ. j.*

Cap. CCVII.

Ol. & sp. ligni Guajaci.

REc. Rasur. ligni Guajaci q. v. Indatur retortæ, sive ollæ ferreæ, alembico suo munitæ, & adhibeatur recipiens amplum, & destilletur primò lento igne, sensim procedendo ad ultimum ignis gradum, donec nil amplius destillet, & recipiens clarefiat. Refrigeratis omnibus, recipiens amove, & oleum ab aquâ primò grosso modo per tritorium, seu infundibulum, separetur. Dein oleum infundatur in charta emporetica madefacta, & extillet quidquid adhuc aquæ ipsi conjunctum fuerit. *le Mort.*

Processus secundus.

REc. Scobis Guajaci. ℔. j. Injice per vices in retortam tubulatam, cui annexum est recipiens vitreum, & consumpto primo injice aliquid, & sic perge, donec totam libram consumpseris, quod spatio unîus horæ continget. Tum liquorem filtra per chartam, & oleum grave manebit in charta. Qui verò per chartam destillat liquor, ille ex cucurbitâ vitrea, aut etiam retorta, per se, adhuc semel destillandus est: sic purus, & limpidus, evadet. Oleum verò crassum potest dissolvi cum sp. Vini rectificato, & sic servari usui. *Marg.*

Vires. *Sp. Guajaci movet sudorem, & urinas, est enim liquor aci-*

dus.

dus. Oleum quoque ſudoriſicum eſt, & externè vim habet reſolvendi, & attenuandi.

Doſ. *ſpiritûs. ʒ. j.*
Olei. gutt. j. aut. ij.

Oleum Guajaci fœtidum, ſive ſpiritus acidus Guajaci: proceſſus ſecundus.

Marg. Rec. Caput mortuum in deſtillatione aquæ Guajaci relictum, ſed ad Solem probe exſiccatum. Aut, ejus loco, ℞. Scobis Guajaci q. p. Deſtilla ex retortâ terrea tubulata, in igne aperto, per vices lignum injiciendo, applicato recipiente vitreo capaciſſimo. Sic intra horæ ſpatium magna copia ſpiritûs acidi Guajaci, ut & Olei ejus fœtidi, colligi poterit.

Oleum ſeparatur à ſpiritu acido, filtrando per chartam. Sic ſpiritus acidus rubicundi coloris per chartam colabitur. In chartâ verò remanebit oleum fœtidum, & craſſum. Quod ſtatim ex retorta removeri debet, ne ab ea abſorbeatur. Spir. acidus rectificatur per cucurbitam altiorem. Sic adſcendet limpidus. Qui tamen poſt aliquot ſeptimanas iterum tingetur rubicundo colore, quod ei accidit ab occulto ſulphure, quod ſecum rapuit. Oleum diſſolvatur cum ſpiritu Vini rectificato: filtretur per chartam, & ſic ſervetur uſui.

Vires. *Oleum planè igneæ naturæ eſt. Habet vim catharticam, & cauſticam, unde potiſſimùm externo uſui conducit. Temperatum tamen ſpiritu Vini etiam intra corpus cum aliis ſudoriſicis exhiberi poteſt. Spiritus acidus additur alexipharmacis, & ſudoriſicis, unde in peſte, & febribus malignis, laudatur.*

Doſ. *Olei eſt* ℈. ß.
Spiritûs. ʒ. *ij.*

Cap. CCVIII.

Rectificatio Ol. & Sp. lign. Guajaci.

le Mort. Rec. Olei Guajaci q. v. Indatur retortæ, ſuperinjiciendo manipulum unum, vel alterum, ſalis communis, & in arena deſtilletur, & oleum prodiens ad ſuos uſus reſervetur.

Spiritus per ſe rectificatur in retorta. Nota. Duplicem habet ſpiritum volatilem, & acidum. Qui illos ambos ſeparari petit, tali modo procedat:

℞. Spir.

℞. Spir. Guajaci ℔. j. Indatur cucurbitæ, & in balneo Mariæ ℥. iv. abstrahe. Relictus spiritus indatur retortæ, & in arena primò phlegma insipidum elice: dein spiritus subsequentes acidos. Spiritus volatilis in balneo Mariæ abstractus super cineres proprios ad albedinem calcinatos poterit rectificari. Tum evadet subtilissimus.

Vires. *Oleum inservit apostematibus, bubonibus venereis, & omnibus affectibus frigidis, ut & paralysi, apoplexia, doloribus dentium, & tumoribus discutiendis, si nempe linteola eo parum madefacta applicentur. Interiùs exhibetur in Lue Venerea, Epilepsia, passionibus hystericis, & ad omnes ferè usus inservit, ad quos oleum Heraclemium Patris Rulandi.*

Dos. *à gr. ij. ad xvj. vel xx.*

Spiritus autem inservit in Lue Venerea, & omnibus ferè affectibus per sudorem curabilibus, sed maximâ vi operatur.

Dos. *spiritûs acidi à gutt. xx. ad ʒ. ij.*

Dos. *spir. volatil. est à gutt. iv. ad ʒ. ß.*

CAP. CCIX.

Tinctura Guajaci.

REc. Scobis Guajaci per cribrum traject. ℥. ij. Affunde ei sp. Vin. rectificat. ℥. vj. Digere in phialâ oblongâ per dies, & noctes, octo. Tum decanta tincturam sanguineam, & colatam per linteum serva usui. *Marg.*

Vires. *Calefacit, siccat. Conducit affectibus ventriculi frigidis, & catarrhis cerebri exiccandis.*

Dos. ℥. ß.

CAP. CCX.

Aqua Guajaci.

REc. Scobis ligni sancti. ℥. ij. Affusâ s q. aquæ puræ digere, in retortâ vitreâ, in arena, per hor. xxiv. Tum destilla ad dimidias. Sic prodibit aqua pinguis, & aliquo modo odorata, sed nec oleum supernatans habet, nec acida, ut tradunt Riverius, Quercetanus, Aurelius Severinus. Finitâ destillatione residuum aquæ cola per pannum, & cum destillatâ aquâ conjunge, & serva usui. *Idem.*

Vires. *Calefacit, & ficcat: eft fudorifica: conducit in affectibus, & naturis, frigidis.*

Dof. *funt* ℥. *iij. cum* ʒ. *j. Diafcordii, aut Theriacæ antiquæ.*

CAP. CCXI.

Extractum anti-venereum ex lign. Guajaco, &c.

le Mort. REc. Ras. lign. Guajac. ℔. ij. cort. ejufd. ℥. iv.
Rad. Sarzæparrill. Chin. ana ℥. iij.
Sal. Tartar. ℥. ß.
Sp. Vini. ℥. iv.
Aquæ. pint. vj.

Digerantur fimul per hor. 24. Dein coq. per hor. vj feorfim, & digerantur radicum Altheæ ℥. iv. in aquæ f. q. etiam per hor. xxiv. & coq. per horam unam tantùm.

Seorfim etiam fiat tinctura Martis fequenti modo:

♃. Limat. Martis. ℥. j.
Reg. Antimon. Martialis
Mercur. vivi. ana ℥. ß.
Crem. Tartar. ℥. vj.
Aq. commun. q. f. pint. circiter. iij.

Poft digeftionem dierum duorum coq. fimul per hor. vj.

Tincturæ omnes, & Extracta fimul confufa, exhalent leni igne, addendo, ubi ad finem ferè exhalatio redacta eft:

Lign. Saffafras. ℥. ij.

Redigantur ad confiftentiam Syrupi craffioris. Extractum calidum percoletur, & ufui fervetur. Quod durabit per menfem ferè. Si quis diutiùs fervare vellet, Extracto addat:

Spir. Vin. ℥. j. vel ij.

Nota bene. Quando confunditur tinctura Martis, feparatio fit. Soleo ergo illam tincturam nonnunquam feparatim fervare, vel mediante digeftione mixtionem magis æqualem conciliare.

CAP.

Cap. CCXII.

Modus dissolvendi omnia gummata ferulacea ad Emplastra, aut pilulas conficiendas.

Rec. Gummi cujuscumque (Opopon. Ammon. Galbani) q. v. Dissolve in aceto Vini acerrimo supra ignem coquendo: dein trans linteum colando: & semper cum spatulâ movendo. Hæc operatio bis repetatur, donec tantùm fæces, & segmenta lignorum supersint, quæ abjiciendæ sunt. Solutiones omnes evapora supra ignem lentè ebulliendo ad consistentiam usque pilularum molliorum. *le Mort.*

Nota, quòd experitur consistentia super lapidem, vel æs, ut citissimè frigefiat, nam quamdiu calidum est gummi, summè liquidum permanet.

Ad permiscenda gummata dissoluta in Emplastris, semper aliquid aceti de novo additur, ut denuò dissolvantur. Dein Terebinthina ei admiscetur calenti: & dein Emplastro affunditur continuò agitando, & malaxando, cum pistillo, vel cum manibus, ut optimè ei uniatur.

Cap. CCXIII.

Sublimatio florum Martis ex lap. Hæmatite, & Sale Ammoniaco.

Rec. Lap. Hæmatitid. partes. ij. Sal. Ammon. part. j. Contunde lapidem hæmatitidem in pulverem subtilissimum, instar alcohol, & cribra: contunde itidem Sal Ammoniacum in pulverem subtilem. Permisce hæc duo diligenter inter se: impone ambo in vasculo sublimatorio, cui impone Alembicum, & claude diligenter juncturam amylo & chartâ, vel alio simili. Applica item recipiens amplum, itidemque claude juncturam diligenter. Urge igne valido (per gradus tamen) & prodibit primò spir. Sal. Ammon. imprægnatus minerali Martis, sive Hæmatitide, in quo continentur partes magis volatiles ferri, nam hic lapis reperitur in mediâ minerâ ferri; estque hic spir. Sal. Ammon. potentissimus omnino. Deinde sublimabuntur in altum, & hærebunt circa latera Alembici, vasis sublimatorii, & in ipso sublimatorio, flores Martis, seu la- *Maëts.*

pidis Hæmatitidis, egregio colore aurantiorum tincti, quem colorem ipsis impertit Mars, qui est in Hæmatitide: suntque nil aliud hi flores, quàm partes subtiliores, tenuiores, & magis volatiles ferri in altum educti vi Sal. Ammoniaci, & in forma siccâ illic hærentes. Hos extrahe, fracto sublimatorio, & repone in vitro diligenter clauso, nam facilè, & subitò attrahunt humidum aërem.

Vires. *Hi flores, per se exhibiti, sunt valde diaphoretici, diuratici, & obstructiones quasvis resolvunt.*

Dos. *à gr. vj. ad gr. viij.*

His iisdem floribus affunde Alcohol Vini, & relinque in digestione, donec egregio colore tinctum sit Alcohol, & habebis egregiam tincturam Martis.

In fundo reperies caput mortuum Hæmatitidis egregiis punctulis splendentibus distinctum. Quæ nil aliud sunt, quàm Mars ipse excoctus ex lap. Hæmatitide, & purissimus. Quòd si igne fortiori posset urgeri, ipsum ferrum excoquerem ex lap. Hæmatitide. Huic capiti mortuo affunde aquam, & habebis tincturam Martis adstringentem, id est, contrariæ virtutis, ac flores sunt.

Præparatio tincturæ Martis: processus secundus.

Martis. R Ec. Lap. Hæmatitid. ℔. j. vel partes duas. Hunc in pulverem tenuem contunde, & per cribrum trajicito. Dein ei misceto Sal. Ammoniaci pulverizati partem unam, vel ℔. ß. Exactè inter se misceantur: postea ex cucurbita, superiùs alembico vitreo munitâ, instituatur sublimatio. Ita leniori primò igne ascendit spir. Salis Ammoniaci; quem sequuntur flores insigni aurantio colore tincti, & tenuissimo sulphure Martiali imprægnati.

Flores hosce citrinescentes exime, eisque affunde alcohol Vini ad eminentiam trium, quatuorve, digitor. transversorum. Stent in digestione, quòusque Alcohol Vini flavedinem contraxerit; ita præparatur tinctura Martis aperiens.

Dos. *est à gutt. vj. ad xv. vel xx.*

Capiti mortuo affunde aquam pluvialem. Digerantur simul, donec aquam flavo-rubicundo-colore tinctam observaveris: hanc filtra, & usui reserva.

Tam egregiè styptica, & adstringens, est hæc tinctura, ut si spongiam eâ made-

madefactam ramis majoribus arteriarum, vel venarum, vulneratis, vel dissectis, applicaveris, brevi temporis spatio adstringat, & hæmorrhagias sistat.

Dos. *est à gutt. v. ad. x. in debito vehiculo. Omnes hæmorrhagias compescit: solutiones sistit: in fluxu albo mulierum multum juvat, adhibitis generalibus. Menstrua copiosiora retardat.*

Præparatio tincturæ Martis volatilis, & adstringentis, uti & croci Martis in quantitate: processus tertius.

REc. Lap. Hæmatitid. part. j. *Martis.*
Sal. Ammon. part. dim.

Conterantur in pulverem tenuissimum, quem per cribrum trajice, ac postea exactè inter sese permisce. Conjiciantur in cucurbitam terream: cui adapta Alembicum vitreum cum suo recipiente. Fiat sublimatio, ut artis est, ex igne nudo, successivè ignem augendo, quousque flores in Alembico, corticum aurantiorum instar, coloratos observaveris. Benè candente fundo cucurbitæ, leniori primò igne, spiritum Salis Ammoniaci alcalicum in vase recipiente obtinebis, succedente, vehementiori Vulcano, spiritu acido Salis. Omnibus refrigeratis, alembicum à cucurbita sua separa, floresque tuos exime, & ab aëre defende. His in vase circulatorio repositis affunde alcohol Vini ad eminentiam trium, vel quatuor, dig. transversor. Stent in digestione, quousque spir. Vini aureo colore tinctus sit. Quem decanta absque perturbatione fæcum, & usui reserva; & parata erit tinctura Martis volatilis, præstantissimum aperiens in quibusvis obstructionibus.

Dos. *à gutt. x. ad xx. in convenienti vehiculo.*

Capiti mortuo affunde aquam pluviam ad eminentiam trium, vel quatuor, digitorum. Stent, ut ante, in digestione, donec aqua rubicundo-flavo-colore tincta sit, quam decanta, filtra, & usui reserva: parataque erit tinctura Martis astringens potentissima. Cujus usus est in omnibus resolutionibus, & fluxibus, utpote hæmorrhagiis, diarrhæis, fluxu immodico mensium, gonorrhæa simplici.

Dos. *à gutt. v. ad xij. in convenienti vehiculo.*

Reliquum, quod restat, per ignem reverberii calcinetur, quousque splendentia ferri ramenta dispareant. Conteratur in pulverem tenuem, & obtinebis crocum Martis in quantitate. *Cujus usus est in affectibus hy-*

pochondriacis, in obstructionibus mensium, mesenterii, hepatis, & similium viscerum, reserandis. Principaliter si cum gummi Ammoniaco, Sagapeno, Myrrha, similibusve aperientibus conjunctus fuerit, & redactus in formam pilularum.

Dos. *à gr. vj. ad x.*

Flores, & tinctura lapidis Hæmatitidis: Processus quartus.

le Mort. REc. Lap. hæmatit. subtilissimè pulverizat. ℔. ß.
Sal. Ammon. ℔. j.

Digerantur simul igne satis forti per hor. xxiv. Dein sublimentur in retorta, vel cucurbita. Flores coloris aurantii seorsim colligantur, & asserventur. Spiritus primò prodiens etiam seorsim excipi potest, & asservari, sub nomine *sp. Salis Ammon.*

℞. Cap. mortui in fundo residui q. v. Repone in cella per tres circiter septimanas. Sic humiditate attractâ in liquorem diffluet summè adstringentem aurei coloris, qui excipiatur, & asservetur, sub nomine *tincturæ lap. Hæmatit. adstringentis.* Vel, mediante spiritu Vini rectificato, tinctura subtilior è cap. mortuo extrahi potest, & usui asservari.

E floribus etiam elicitur tinctura flava magis aperiens, sed minorum virium.

Vires. *Tinctura è cap. mortuo summè adstringit: omnibus morbis fluidis convenit: dysenteriam, & omnes uteri, alvi, narium, fluxus curat. Præcipuè si sequenti modo parata essentia adhibeatur:*

℞. *Tinctur. lap. hæmat. adstring. ℥. ij.*
ex Opio mediante sp. Vin. ℥. ß.
Croci
Cinnamom. ana ℥. j. ß. m.

Dos. *à gutt. ij. ad xij. quater, vel quinquies de die.*

Dolores omnes lenit: febres ex nimiâ acrimonia humorum tollit: morbis, & febribus militum, præcipuè convenit.

Flores, & eorumdem tinctura, febribus intermittentibus conveniunt: diaphoræsim promovent: leniter aperiant, & menses movent.

Dos. *Flor. à gr. v. ad ℈. j.*
Tinctur. verò à gutt. xij. ad ℥. j.

Nota bene. Cui tinctura, & flores, non inserviunt, poterit è floribus hisce recentem efficere sublimationem cum novo lap. Hæmatit. pulve-

pulverizato, loco Sal. Ammoniaci, & eamdem tincturam è cap. mortuo elicere poterit.

Tinctura florum lap. Hæmatit.
Processus quintus.

REc. Flores hosce grosso modo contusos. Hisce superfunde Alcohol Vini ad supereminentiam duorum digitorum. Digerantur simul per 6. aut 7. dies: (digestio semper fit in loco calido, maceratio in frigido) quò diutiùs, eò meliùs. Sic tincturam flavam aurei coloris deponent, quæ à sale residuo separanda est, & usui reservanda, sub nomine *Essentiæ aperientis.* *le Mort.*

E cap. mortuo, seu fæcibus, etiam eodem modo extrahitur tinctura, loco Alcohol Vini spiritum tantum semel rectificatum sumendo, quæ sub titulo *tincturæ adstringentis* asservetur.

Nota. Cap. mortuum, si in cellâ humidiore locatur per dies xiv. præbet liquorem summè adstringentem qui liquor spiritum acidum Sal. Ammon. continet, in quo lap. hæmatit. dissolutus existat. Ex hoc liquore ad siccitatem evaporato fieri potest menstruum universale ad omnia mineralia solvenda, videlicet sequenti modo:

℞. Spir. Vin. rectificatiss. ℥. vj.
Salis hujus. ℥. xij.

Misceantur, & digerantur simul, per dies aliquot. Dein lento igne Sp. Vini abstrahatur. Reliquum Sal cum s. q. argiliæ, vel Boli vulgaris, permisceatur, & destilletur, in retortâ vitrea ad incandescentiam ferè retortæ. Sic prodibit Spiritus acidus cum striis descendens instar Spiritûs Vini, qui ad usus in vitro strictissimè clauso reponi debet.

Vires *Essentiæ adstringentis. Omnibus morbis fluidis, & dissolutis, convenit: hæmorrhagiam quamcumque sistit: ut & alvi, uteri, & aliorum fluxus corroborat: vermes necat.*

Dos. *à gutt. ij. ad xij.*

Vires. Essentiæ aperientis. *Aperit: sudores movet: vermes necat: menses aperit: febribus convenit.*

Dos. *à gutt. ij. ad xij.*

Vires Spiritûs, *seu* menstrui universalis. *Intermedius est hic Spiritus inter acidum, & volatilem, & benignâ suâ aciditate multò magis interno usui accomodatus, quàm cætera acida, in hydrope, febribus ardentibus, peste, &c. In operationibus Chymicis summi est usûs in extrahenda animâ*

mo-

metallorum, (Anima Chymicis est Essentia subtilissima) & mineralium, præcipuè Sulphureorum, ut sunt Aurum, Antimonium, Talcum, &c.

Dos. *à gutt. ij. ad x. in vehiculo convenienti.*

Flores lap. Hæmatitidis: processus Sextus.

Marg. REc Hæmatitid. rubicundissimi. ℥. iv. Redigatur in pulverem. Cribretur. Tum addantur ei Sal. Ammon. pulverizat. ℥. iv. Misce, &, ex cucurbita terrea, in igne aperto, sublima per aliquot horas in capitellum vitreum. Sic adscendent flores albi; tum flavi; qui adhærebunt lateribus, & limbo, capitelli. Cùm nihil amplius adscendit (quod ex fumo cognoscitur, quando hic desinit) tum manu removeantur flores, & in vitro accuratè clauso serventur usui: aliàs enim facilè per deliquium solvuntur.

Vires. *Insigniter attenuant, & incidunt, unde pro diaphoreticis habentur: laudanturque in Ictero, cujus colori adsimilantur.*

Dos. *ab aliquot granis ad* ℈. ß.

CAP. CCXIV.

Pilulæ Hypochondriacæ.

Maëts. REc. Gum. Ammon. cum aceto præpat. ʒ. ß.
Mastich. elect.
Carabes albiss.
Limat. Martis in alcohol contrit. ana ℈. j.
Myrrh. rubr. ℈. ß.
Troch. Alhandal. ℈. j.
Resin. Jalapp.
Scammon. an. gr. xv.
Ol. Macis stillat. gutt. viij.
m. f. pil. n. xxx. Deaurentur.

Dos. *pil. iij.*

Exhibentur fœlicissimè in obstructionibus Lienis, Mesenterii, & mensium.

CAP. CCXV.

Resina Jalappæ.

REc. Rad. Jalappæ grosso modo pulverizator. ℔. ß. Eis superfunde Spiritum Vin. Gallicum ad supereminentiam dig. iij. vel iv. Digerantur simul per hor. xxiv. vel donec tincturam accipiat per dies tres. Dein filtretur, & præcipitetur, liquor, cum s. q. aquæ communis. Sic lactescet solutio. Evaporetur, vel abstrahatur, postea Spiritus Vini. Sic in fundo residebit resina super papyrum exiccanda. *le Mort.*

Nota primò. Eodem modo fiunt resinæ è Scammonio, Agarico, Turbith, &c.

Nota secundò. Si Sp. Vin. rectificatus, loco vulgaris, sumatur, tantò plus extrahit, & clarior evadet resina, verùm non tantum purgat.

Vires. *Purgat pituitosos, & serosos humores.*

Dos. *à gr. iij. ad x.*

Exiccatur super charta, vel patinâ oleo amygdalarum imbutâ, in sole, octo, vel decem, dierum spatio.

Processus secundus.

REc. Jalappæ opt. & pinguis, quæ acu puncta pinguedinem emittat. ℥. ij. Redigatur, tundendo in mortario, in pulverem grossum. Huic in phiala oblonga affunde spir. Vini rectificat. ℥. xij. Claudatur phiala accuratè aliâ phialâ inversâ. Digere per dies, & noctes, octo. Tum decanta tincturam flavam: eique in cucurbita vitrea munda adde dimidium aquæ puræ. Destilla in balneo Mariæ, aut arenâ, donec sp. Vin. totus sit abstractus. Tum remove cucurbitam, & aquam residuam cum resina adhuc tepidam effunde in ollulam, aut vitrum latum. Resinam picis instar separa ab aqua, & super orbe vitriato exicca per aliquot dies, donec indurescat: & habebis substantiam pellucidam, & flavam: quæ est ipsa resina Jalappæ. *Marg.*

Vires. *Purgat pituitam, & serum, instar ipsius Jalappæ.*

Dos. *à gr. vj. ad ℈. ß. in conserva rosar. pallidarum.*

CAP. CCXVI.

Præparatio insectorum.

le Mort. DUplicis generis insecta dantur, vel quæ ex semine proprio, vel è terræ gremio producuntur: vel secundò, quæ ex cadaveribus putrescentibus, sterquiliniis, & quâvis putridâ materiâ nascuntur. Primi generis interno, & externo usui, absque præparatione inservire poterunt, si in minimâ dosi exhibeantur, ut lumbrici terræ &c. Si verò sæpiùs eorundem dosis repetatur, malignitatem quamdam deponunt, & corrosiva existunt, ratione salis acris in iis existentis, quod sequenti modo corrigitur.

♃. Lumbricorum terræ q. s. Hisce superfunde Salis Tartari optimè calcinati partem quartam. Digerantur simul in balneo Mariæ per hor. vj. Dein superfunde spiritum Vini ad supereminentiam duorum digitorum. Digerantur denuò per hor. xxiv. Dein tinctura à fæcibus separata usui servetur.

Secundi generis insecta nunquam per se sine noxa assumuntur, ob Sal corrosivum, & acre, in maximâ copiâ ibidem residens, ut in Cantharidibus, vermibus Majalibus &c. Hæc duplici modo præparantur, vel mediante sale alcali fixo, ubi aciditas volatilis illius salis obtunditur: vel mediante sale acido, ubi Sal ejus volatile alcalicum, & particulas minùs mobiles obtundere volumus eo modò, uti ostendimus in processu, cui titulus *tinctura, seu essentia, Cantharidum.*

CAP. CCXVII.

Amalgamatio Jovis, & Saturni.

Marg. REc. Limatur. Jovis, aut Saturni, q. pl. Ei adde Mercurii currentis partes ij. aut iij. Misce, ut abeat in massam nec tenuem, nec crassam nimis. Hæc dicitur amalgamatio Jovis, aut Saturni.

Usus. *Inservit mechanicis, in conficiendis speculis, habetque alios usus in mechanicis.*

Cap. CCXVIII.

Præcipitatio Jovis, & Saturni.

REc. Calcem Saturni, vel Jovis. Solve eas in ſpiritu Nitri, aut aqua forti, & cum inſigni effervefcentia abibunt in calces albas: quas evaporando liberabis à menſtruis, & reverberatas, aut edulcoratas aquâ, ſervabis uſui. *Marg.*

Vires. *Refrigerant, ſiccant, adſtringunt. Conveniunt ulceribus, & inflammationibus repellendis. Suntque tantùm externi uſûs.*

Doſ. *eſt pro re natâ.*

Cap. CCXIX.

Regulus Jovis.

REc. Stanni Anglici opt. ℥. iij. *Idem.*
Regul. Antimon. ℥. ij.

Fluat ſtannum in crucibulo ignito. Tum ſtatim injiciatur quoque pulvis Reguli Antimonii, & ſtatim hic una fluet cum ſtanno. Effundatur leniter materia fluida in parvum aliquod crucibulum, ut abeat in Regulum, qui colore erit argento haud diſſimilis.

Uſus. *Inſervit parando Butyro, & Bezoardico Joviali.*

Proceſſus ſecundus.

REc. Regul. Antimon. minutiſſimè pulverizat. ℥. ij. Imponantur crucibulo ſuper carbonibus accenſis ignito, expectando, donec Regulus omnis fluxerit inſtar aquæ. Tum adde Stanni Anglici integri ℥. j. & fluet hoc in momento cum Regulo. Effunde maſſam fluidam in conum fuſorium, aut crucibulum mundum, & habebitur maſſa duriſſima, & albiſſima, quæ polituram recipit, & argentum mentitur: friabilis tamen eſt. Hanc ſerva uſui: hæc enim dicitur *Regulus Antimonii Jovialis.* *Idem.*

Uſus. *Inſervit parandis Butyro, & Bezoardico, Jovialibus. Mechanicis conducit ad varia paranda inſtrumenta, & utenſilia, ut ſunt patinæ, manubria enſium, globuli, aliaque.*

CAP. CCXX.

Tinctura Kermes.

Margr. REc. Granorum Kermes. ℥. ß. His affunde Sp. Vini rectificat. ℥. iv. Digere per dies, & noctes. iij. Tum decanta, & relictis granis, novum spiritum Vini affunde. Et sic continua, donec omnem tincturam extraxeris. Tum illas conjunge, & serva usui.

Vires. *Potenter adstringit. Plerisque Medicis pro cardiaco, & stomachico, est. Inservit tingendis Julapiis cardiacis, & stomachicis.*

CAP. CCXXI.

Annotatio ad confect. Alkermes.

le Mort. SEricum crudum omittitur, cujus loco utuntur nonnulli granis Croci.

Aurum pulverizatum postea admiscetur.

♃. Gr. Kermes Syrupi. ℔. ij. Coq. ad consistentiam paulò spissiorem. Cocto adde:

Lign. Aloes, & Cinnam. an. ʒ. vj.

Margar. præparat. ʒ. ij. (vel, in ejus defectu, Corall. rub. præpar.)

Fol. auri, & argent. an. n. xiv.

Misceantur tepidè simul. Mixtis adde:

Essent. Regiæ. gutt. xxx.

Ol. Cinnam. gutt. iij. m. f. Confectio.

Essentia Regia fit ex:

Ambræ. ʒ. j. sive. ℈. j.

Mosch. ʒ. ß.

Zibett. gr. ....

Ol. Cinnam.

Jasmin.

lign. Rhod. an. gutt. ij.

Sal. Tartar. ʒ. ß.

Sp. Vin. super rosas, Benzoin, & Styracem calamit. gariophyll. rectifi-

rectificat. ℥. iij. Misceantur simul, & digerantur, per iv. dies, & obtinebis Essentiam fragrantissimam. *Vide cap.* 179.

Vires. *Confectio hæc cardiaca est, & adstringens. Usus ejus est in morbis periculosis, & in illis, qui cum morte ferè conflictantur. Etiam vino admiscetur ad bonum odorem, colorem, & saporem conciliandum.*

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ℈. *iv. vulgò ad* ℈. *ij.*

CAP. CCXXII.

Essentia gummi Laccæ.

REc. Gummi Laccæ in pulverem redacti ℥. j. Ei affunde in vitrea lagenula tantum liquoris Nitri fixi, sive de Alkahest Glawberi q. s. ut bene madefiat. Digerantur simul per aliquot horas in arena. Tum affundatur Alcohol Vini ad aliquot transversorum digitorum superemimentiam. Digeratur iterum per horam unam. Tum, inclinato vitro, decanta tincturam, cavendo ne simul Alkahest effluat, quod suo colore turbido ab Alcohol Vini facilè distinguitur. Tinctura servetur usui. *Marg.*

Relicto verò gummi novum Alcohol affundatur. Continueturque hoc tamdiu, donec Alcohol non ampliùs tingatur à Lacca, sed colore albo remaneat. Sic enim tinctura omnis ex Lacca erit extracta, relinqueturque nihil præter fæces, & Alkahest, quod cum Alcohol Vini junctum semper imum petit, nec unquam accuratè illi admiscetur. Oportet autem alcohol Vini esse geminum. Nam Sp. Vini simpliciter rectificatus cum Alkahest facillimè confunditur. Atque tum tinctura impura evadit, saporemque Alkahest reddit, quod fieri minimè debet.

Vires. *Tinctura Laccæ imprimis laudatur in Scorbuto, nam peculiarem vim possidet penetrandi, & aperiendi, habetque insignem acrimoniam, & amarorem, quæ sine dubio naturam alkali alicujus præ se ferunt. Ab Angelo Sala hæc tinctura etiam præparatur cum alumine, & commendatur ad ulcera scorbutica oris, dentesque vacillantes roborandos.*

Dos. *Essentiæ est gutt. v. vel vj.*

CAP. CCXXIII.

Oleum lateritium, seu Philosophor.

REc. Ol. Olivar. q. p. Huic in olla, arctissimè claudendâ cum linteo malido, superinjice, per vices, prunas cespitum, vel cine- *le Mort.*

res candentes lignorum, donec ferè omne oleum absumptum sit. Massam hanc inde retortæ vitreæ, & destilla per arenam, sensim ignem intendendo, donec vapores albi appareant. In hoc gradu persiste, donec nihil amplius vaporosum appareat.

Nota. Lentè in omnibus oleis crassis, pinguedinibus, & axungiis, procedendum est, quoniam citissimè ebulliunt, & in altum elevantur, unde crassum æquè, ac subtile, prodit.

Nota secundò. Eodem modo omnes axungiæ, pinguedines, & olea crassa destillari possunt.

Vires. *Penetrantissimum est hoc oleum externo usui dicatum in omnibus affectibus, & tumoribus frigidis. Nervos confortat: omnes dolores lenit; præcipuè si cum parva quantitate Camphoræ illinatur. Interno etiam hoc oleum inservit usui, eo modo rectificatum, quo dicetur.*

Processus secundus.

Is Mort. REc. Ol. Olivar. vel alterius cujuscumque expressi q. v. & ei injiciantur carbones ardentes, donec ferè omne oleum imbiberint. In quacumque injectione, carbonum scilicet, contegatur vas optimè, quod oleum continet, ne flammam subitò concipiat, idque linteo aquâ madefacto: dein, ubi fumus parumper desierit, recentem carbonem injice, & contegatur, ut ante. Eodem modo procedendum, donec totum oleum absorptum sit. Carbones contusi injiciantur retortæ vitreæ, & per arenam destillentur, donec circiter omne oleum prolectum fuerit: quod cognoscitur, ubi guttæ rubræ apparere incipiant, & crassæ: dein ab igne cessandum. Oleum ab aqua per tritorium separetur, & usui reponatur, vel, si lubet, ut oleum Succini rectificetur.

Vires. *Oleum rectificatum tam in interno usu, quàm in externo, locum obtinet ad matricis incommoda, & dolores colicos, & ad urinam promovendam. Non rectificatum hoc oleum externo tantùm usui dicatum est, ad affectus nervorum frigidos, arthritidem vagam &c.*

Dos. *internè ad gutt. x.*

CAP. CCXXIV.

Rectificatio Ol. Philosophor.

Idem. REc. Ol. Hujus à phlegmate inferiore liberat. ℥. viij. Salis Alcali. ℥. ij. m. Destilletur denuò per retortam vitream. Sic primò prodibit

dibit oleum flavi coloris, quod seorsim excipiendum est. Secundò prodit oleum rubrum. Tertiò, oleum crassum nigrum. Oleum flavum usui interno servetur in doloribus Colicis, omnibus affectibus uteri, dolore nephritico.

Dos. *à gutt. iij. ad xx. cum gutt. j. vel. ij. ol. Anisi ad edulcorationem.*

CAP. CCXXV.

Spiritus Levistici.

REc. Herbæ Levistici recentis, fasciculum unum. Concide, ac contunde, minutissimè, & cum manipulo salis communis repone in vase fictili, aut ligneo, claudendo non nimis accuratè, ne fermentatio impediatur. Repone per mensem, donec incipiat spirare acidum: tum peracta erit putrefactio, sive fermentatio. Destilletur tum per balneum Mariæ cum vino, aut aq. pura. Quod prodiit rectifica. Sic habebitur spiritus Levistici penetrans, & subtilis. *Margr.*

Vires. *Calefacit, & siccat: attenuat, aperit: est uterinus, stomachicus, cephalicus.*

Dos. *est ℨ. j. ad ℨ. ij.*

CAP. CCXXVI.

Succus limonum artificiosus, pro iis locis, ubi succus genuinus non possit haberi.

REc. Limonum n. xx.
Aceti Vin. acerrim. ℔. x.

Conscindantur in taleolas limonia mala: dein macerentur per dies iv. *le Mort.*
Postea superfunde ℔. xxx. aq. communis; sp. Salis acerrimi, in quo chrystalli Tartari dissoluti fuerint, ℥. viij. Misce, & post unius diei macerationem liquor percoletur, & usui servetur colatura.

CAP.

CAP. CCXXVII.

Coagulatio liquorum per Sal mirabile Glawberi.

Margr. REc. Chryſtallorum Salis mirabilis Glawberi oblongorum, non corroſivorum, ſed dulcium, qui in ſuperficie tantùm excreſcunt q. ſ. Imponantur chartæ puræ, & quæ ponatur ſuper arenâ tepidâ, ſive poſſidente ignem primi gradûs. Relinquantur ibi donec cadant in pulverem, nec concreſcant. Et, ſi fortè concreverint, terantur iterum, relinquanturque tantillum, donec in pulverem abeant. Hujus pulveris recipe partem unam. Cui adde, in vitro, aq. communis, aut vini, aut cerviſiæ, aut aceti. ℥. iij. Miſce, & aliquamdiu agita. Tum reponatur vitrum ad quietem per horas. iij. & totus liquor cum ſale mirabili coagulabitur in maſſam glaciei inſtar. Quæ in vitro clauſo aliquamdiu conſervari poteſt.

Uſus. *Experimentum, & curioſitas eſt, producendi glaciem tempore æſtivo. Deinde docet, humores incraſſari per ſalia. Plura videantur de hoc ſale apud ipſum Glawberum.*

CAP. CCXXVIII.

De liquoribus potabilibus in genere.

le Mort. OMnes liquores potabiles tribus præcipuè particulis præditi exiſtunt. Primò, & præcipuè, aquoſis. Secundò, viſcoſis. Et tertiò, ſalino-acidis ſubtilioribus (ſcil. volatilibus.) Quæ particulæ mutuo motu inteſtino, (qui fermentatio dicitur) ſibi invicem exactè permiſcentur, ita ut graviores à ſubtilioribus imminuantur, & in ſtatum fluiditatis reducantur. Sæpiùs etiam aromaticis ſalino-ſulphureis particulis acrimonia, & guſtus illorum liquorum intenditur. Igitur pro tribus hiſce particulis, diverſæ quantitatis, & qualitatis, ſibi invicem permixtis, ævum ipſorum triplex eſt.

Primò omnes, qui è viſcoſis ſolis, mediante aquâ communi, fiunt, minùs ſtabiles exiſtunt, niſi in maximâ copia viſcoſa illa adſint, quæ fluidum nimis ſtatum pro parte cohibere poſſunt, & ne motui nimis ſubjecti ſint, ut in cereviſiis generoſis fieri ſolet.

Secundò, illi omnes liquores, qui aromata admittunt acria, facillimè acorem

acorem temporis tractu contrahunt, & medii plerumque ſunt ævi, id eſt, longiùs durant, quàm viſcoſa, minùs verò, quàm ramoſa. Etiam aromata illa ſæpiùs liquoribus adduntur, ut motum inteſtinum, & fluorem ſalium acidorum promovere poſſint, ut in acetis præparandis: &c.

Tertiò. Qui è ramoſis, & viſcoſis, ſubtilioribus fiunt particulis, plerumque longævi exiſtunt, & prout minore copiâ humiditatis aquoſæ ſcatent, eò etiam magis diuturni exiſtunt, & magis grati.

Primi generis ſunt omnes è farinaceis, & germinatis, præparati liquores cum magnâ quantitate aquæ, ut ſunt cereviſiæ tenuiores. Si verò in tantum repleatur aqua hiſce farinaceis, ut ovum ſuſtinere queat, tantò longævior fit. Et in genere ad fermentationis modum, & tempus, variant illi liquores. Scilicet, quò citiùs fermentatio abſolvitur, & ad perfectionem liquor pervenit, eò citiùs etiam corrumpitur, & degenerat. Quoniam, ut in plerisque omnibus naturalibus, ætas plerumque in tribus partibus excedit perfectam maturationem.

Secundi generis ſunt omnes è fructibus acidiuſculis expreſſi liquores, ut è Ceraſis, Ribeſiis, Pomis, Pyris, qui, ut in antecedentibus, longævi exiſtunt, pro ratione fermentationis diuturnæ.

Tertii generis ſunt, qui à ſuperfluo humore aquoſo liberati exiſtunt, & in majorem exaltationis gradum, vel naturaliter, vel artificialiter, producti ſunt, ut ſunt omnes fructus dulces vinoſi, ut & ſucci eorundem naturales, uti ſunt Saccharum, Mel, ſucci inſpiſſati è fructibus, ut pomis, pyris, &c.

In duas igitur præcipuas ſpecies liquores dividemus *Cereviſias* ſcilicet, & *Vina artificialia*. Cereviſiæ artificiales ſtrictè dicuntur, quæ extra modum vulgarem confici ſolent & plerumque ſub nomine *Cereviſiarum ſalientium* retinentur. Quarum formulæ ſupra poſitæ ſunt ſub nomine *Cereviſia*. Vinorum artificialium formulas vide infra ſub tit. *Vinum*.

Cap. CCXXIX.

Lorica pro muniendis vitris.

REc. Vitri pulverizati, fragmentorum crucibulorum pulverizatorum. ana q. ſ. Subigantur hæc cum pauxillo luti figulini, & aquâ calidâ, in maſſam tenacem, nec duram nimis, nec etiam nimis mollem. Hæc maſſa, ad digiti minimi craſſitiem, inducitur retortis, aliiſque vaſis, prius madefactis, leniterque exiccatur, ut nullas rimas contrahat. *Margr.*

Sic vitra muniuntur, non tam contra ignem, quàm ne à frigore incidente rumpantur.

Loricatio retortarum:
processus secundus.

Margr. REc. Vitri minutissimè pulverizati, fragmentorum Crucibulorum pulverizatorum. ana m. j. Luti figulini pulverizati. m. ij. Aq. puræ q. s. Misce, ut fiat lutum tenax, nec nimis crassum, nec nimis molle. Hoc lutum inducito retortæ vitreæ, priùs madefactæ, ad digiti transversi crassitiem, & sinito, vel in aëre calido, vel ad ignem, lentè siccari. Et, si quæ rimæ factæ fuerint, eas novo luto claude. Sic habebitur retorta loricata, quæ summæ ignis potentiæ resistere possit.

Usus. *Defendit vitra à frigore ambiunte, ut & ab humiditate adscititia ignis, ne facile rumpantur.*

Processus tertius.

Idem. REc. Farinæ fragmentor. crucibulorum, aut retortarum terrearum, Vitri subtilissimè pulverizat. ana q. s. Misce, & subige cum luto figuli pauxillo, ut fiat massa tenax. Quæ inducatur vitris madefactis ad pollicis crassitiem: sicceturque ad ignem, aut radios solares, rimas diligenter claudendo eodem luto, si quæ inter siccandum obortæ fuerint. Siccata servetur usui.

Usus. *Inservit in destillatione ignis aperti, ne vitra à frigore ambiente, aut humido ignis, lædantur.*

CAP. CCXXX.

Extractum ad Luem Veneream.

le Mort. REc. Lign. Guajac. rasi.
Cort. ejusd. ana ℔. j. Hisce superfunde: Ol. Tartar. p. del. ℥ ß.
Spir. Vin.
Aq. commun. ana ℔. j. ß.

Macerentur simul per dies iij. vel iv. donec omnes resinosæ, & viscosæ particulæ dissolutionem continui passæ fuerint. Coq. deinde simul, additâ s. q. aquæ communis, ad consumptionem fere omnis humiditatis.

Indan-

Indantur postea simul phialæ vitreæ, & iis superfunde spir. Vini, ad supereminentiam aliquot digitorum, addendo postea:

Rad. Chin.
Sarzæparill. ana ℥. iv.
Altheæ concisæ. ℥. vj.
Lign. Sassafr.
Glycirrhiz. an. ℥. ij.
Galang. min. ℥. j.
Camphor. ℈. ij. m. Et digerantur denuò per dies ij. vel iij. In spiritu tincto misce:
Gum. Guajac. ℥. j.
Ol. Lign. Sassafr. ʒ. j.
Balf. Copayb. ℥. ß.
Rad. Chin. recentium. ℥. ij.
Agarici.
Hellebor. nigr. an. ℥. ij. m. Digerantur denuò simul cum ℥. iij. Sal. Tartar. per dies duos. Dein clarum à fæcibus separetur, & usui servetur.

Vires. *In doloribus nervorum, & contracturis, in sanguine purificando, in peste, febribus, Lue Venerea, elephantiasi, morphæa, Lepra, Lentigine, & furfuribus, summi est usûs.*

Si fortius autem, & efficacius, expetatur, loco Salis Tartari, recipe scoriarum Antimon. optimè reverberat. q. s.

Purgat leniter humores pituitosos, biliosos, melancholicos: sanguinem à superfluis humoribus liberat, putridisque, per diaphoresim illos expellendo. In Lue Venerea propinatur ad ʒ. ij. in decocto Guajaci: sic optimè sudores movet.

Ictero etiam medetur, si scoriæ Antimonii una cum sulphure, & Marte calcinati in extractione permisceantur.

Dos. *in hoc affectu à ℈. j. ad ʒ. j. ad minimum bis in die.*

In omnibus morbis per sudorem curabilibus, & febribus, ut & in Leucophlegmatia, gutt. xx. singulis horis propinantur. In Morphæa, Lepra, furfuribus, & cæteris fixioribus morbis, ter in die ad minimum. ʒ. j. exhibetur. Vespertinâ verò horâ dupla, vel tripla, dosis exhibeatur, ut sudores simul optimè pellat.

Simul etiam pars affecta eo extracto inungatur, ut æquè externè, ac internè, operationes suas efficiat.

CAP. CCXXXI.

Spiritus, seu aqua, Lumbricorum terrestrium, dicta.

Margr. REc. Lumbricos terrestres n. XL. Abluantur, aut infundantur, per 24. hor. aquâ purâ, vivi adhuc. Sic deponent fæces, & terram, ad fundum, evadentque puri. Tum injiciantur vivi, sine ullâ additione, in phialam oblongam, in eaque clausâ relinquantur per dies XL. vel donec in aquam turbidam abierint maximè fœtentem. Huic aquæ in cucurbitam ingestæ admisce cinerum cribratorum q. s. ut fiat massa mediæ consistentiæ. Tum destilla in arena ad siccitatem usque. Et prodibit spiritus urinosus, & planè oleosus, qui cum spiritu Salis communis promptè effervescit, & in tincturam rubram abit. Unde deprehenditur constare copioso alcali volatili, & sulphure volatili, quod & odor urinosus, & sulphureus, demonstrant.

Vires. *Laudatur in educendâ aquâ hydropicorum. Aliàs potest præstare eadem, quæ alia Salia volatilia præstant, nisi quòd sit spiritus potiùs, quàm Sal volatile oleosum, appellandus.*

CAP. CCXXXII.

Lumbricorum præparatio ad calculos pellendos, & sudores movendos.

le Mort. REc. Lumbricos terrestres, quò rubicundiores, & majores, eò meliores. ℥. iv. Salis Tartar. ℥. ij. Sp. Vin. rectificat. ℥. vj. Misce. Digerantur simul per tres, vel quatuor, dies. Dein clarum à spisso separa. Huic spiritui recentes adde lumbricos; & digere per diem unum, vel alterum, easdem operationes repetendo, ut supra, & præparata erit *Essentia Lumbricorum.*

Usus *maximi est in Gonorrhæa, Arthritide vagâ, cæterisque artuum, & nervorum, affectibus.*

CAP. CCXXXIII.

Lucii piscis pulvis ad ulcera cacoëthica.

Lucii piscis mandibula pleuriticis doloribus succurrit. Sed externè *le Mort.* (*expertus loquor*) maximè convenit in ulceribus cacoëthicis è scorbuto oriundis, sequenti modo:

Pulverizentur mandibulæ Lucii, mediante tostione levi. Hunc pulverem insperge ulceri, & hoc tamdiu continua, inspergendo cottidie bis, donec crustam superinducat ulceri, & sub illa crustâ sanabitur ulcus.

CAP. CCXXXIV.

Amalgamatio Lunæ.

Rec. Scobis Lunaris. ℥. j. Ei adde argenti vivi q. s. est, ut abeat in *Margr.* massam mollem, quæ dicitur *Amalgama Lunæ.*

Potest etiam fieri cum lamellis, sicut in amalgamatione Solis dictum est (*vide infra in processu sub hoc tit.*) Mercurius separatur evaporando. Sic in fundo relinquitur calx, quæ quærebatur.

Usus *est inservire depurationi Lunæ, tum etiam deargentationi*

CAP. CCXXXV.

Calcinatio immersiva Lunæ.

Rec. Lunæ puræ, vel impuræ, ℥. ß. Ei affunde æq. fortis. ℥. iij. *Idem.* Pone per noctem in digestionem, donec tota Luna ab aqua forti sit consumpta, nec quicquam in fundo conspiciatur, nisi fortè aurum fuerit admixtum; hoc enim fundum petit. Si alia metalla conjuncta fuerint, solventur illa quoque ab aqua forti. Si Luna pura fuerit, solutio erit alba. Si verò cuprum admixtum fuerit, erit viridis. Hanc solutionem in vitro evaporatorio evapora ad siccitatem usque, & in fundo relinquetur calx Lunæ. Vel, si placet servare aquam fortem, destilla ex retortâ vitrea ad siccitatem, & recuperabitur aqua fortis in recipiente. Calx verò Lunæ relinquetur in fundo retortæ, quæ servetur usui.

Usus. *Inservit parandæ tincturæ Lunæ, ut & depurationi Lunæ ab adjunctis aliis metallis, scil. cupro, stanno, plumbo. Cuprum separari potest à calce reverberatâ cum aquâ regiâ. Stannum, & plumbum verò, cum spiritu aceti. Sic acquiretur calx purissima Lunæ.*

CAP. CCXXXVI.

Præparatio Lunæ hydragogæ Angeli Salæ facillima.

Maëts. REc. Lunæ cupellatæ q. p. Solvatur in spiritu Nitri. Post solutionem spiritum Nitri ad quartæ partis remanentiam aufer. Ita enim in loco quieto concrescent chrystalli Lunæ, quas exime, & exicca. Has chrystallos in aq. destillata de novo dissolve, & digerantur per 24. horas; ut fæces, si quæ sint, fundum petant. Aquam per filtrum trajice, &, ut priùs, ad quartæ partis remanentiam aufer, & chrystallos in loco quieto expecta, quas exime, & exicca, & usui medico reserva. Reliquum de novo ad cuticulæ apparentiam evapora, & chrystallos, ut priùs, expecta. Ita enim obtinebis medicamentum antihydropicum specificum, & indubitatum.

Nota bene, quòd Luna curiosè ab omni Venere debeat esse depurata, secus enim vomitus violentos excitare solet.

Dos. *à gr. ij. ad vj. in haustu Vini calidi, vel spir. Vini, vel aq. Cinnamomi, vel similibus convenientibus vehiculis.*

Nota, *quòd in forti eductione aquarum humoris hydropici viscera sunt corroboranda, quod imprimis essentia Baccarum Juniperi, cum proprio spiritu extracta, & cum guttulis aliquot spiritûs Salis acidula facta, præstat. Convenit hîc etiam Elixir Paracelsi cum spiritu Salis edulcificato.*

Præparatio specifici ad aquas in hydrope educendas: processus secundus.

Idem REc. Lunæ cupellatæ q. p. Eique affundito spiritus Nitri duplum, vel triplum. Collocato in digestione tepida, quousque sp. Nitri Lunam dissolverit. Solutionem ad medietatem evaporato, & loco quieto committito. Ita concrescunt chrystalli Lunares; quas à superfluâ humiditate separa, & leni calore exicca. Superfluum autem humorem de novo ad medietatem evapora, & procede, ut priùs. Ita obtinebis omnes chrystallos Lunares in spiritu Nitri solutas. Has chrystallos de novo resolvito

ſolvito in rore Majali, vel aq. pluviali deſtillatâ. Solutionem filtrato, & ad medietatem evaporato. Ita de novo concreſcent chryſtalli Lunares, quas exicca, ut dictum priùs, & uſui reſerva.

Doſ. *à gr. iij. ad gr. v. vel vj.*

Pro conſervatione autem virium, in eductione aquarum, ſumatur Eſſentia baccarum Juniperi cum proprio ſpiritu extracta.

Doſ. *gutt. xxx. vel xl.*

CAP. CCXXXVII.

Præparatio Lunæ Muſivæ.

REc. Stanni optimi. ℥. j. ß. Committatur crucibulo forti. Et præciſè ubi fuſionem minatur adde Marcaſitæ Lunaris ℥. j. ß. Miſce inter ſe rudiculâ ferreâ. Tunc exime crucibulum ex igne, & refrigeretur paululum. Quibus tunc adde Mercurii ſuper igne excalefacti, donec crepitus emittat, ʒ. vj. Effundantur in lapidem frigidum. Poſtmodum in Porphyrite redigantur in alcohol. *Maëts.*

CAP. CCXXXVIII.

Lutum ſapientiæ.

PAratur ex æquali parte calcis vivæ, & capitis mortui Vitrioli edulcorati. Hæc duo miſcentur primò: poſtea ſubiguntur cum albumine ovi conquaſſato, fitque maſſa, ceræ inſtar, mollis, quæ juncturæ Retortæ ſtatim inducitur, eamque accuratè claudit, nec quicquam vaporis acidi (uti in deſtillatione ſpiritûs Nitri) tranſire ſinit. Diciturque vulgò *Lutum ſapientiæ* *Margr.*

Lutum ſapientiæ pro coërcendis ſpiritibus acidis: proceſſus ſecundus.

REc. Cap. mortui Vitrioli probè exiccati, & edulcorati, calcis vivæ. ana q. ſ. Miſceantur exactè, & ſubigantur, cum pauxillo albuminis ovi conquaſſati, ut habeatur lutum mediæ conſiſtentiæ inter craſſitiem, & tenuitatem, quod ſtatim inducatur recens juncturis vaſorum, nam exiccatum nil valet. Quando jam in juncturis exiccatum eſt, *Idem.*

eaſque

easque optimè clauserit, poterit tum superinduci charta duplicata cum amylo. Sic juncturæ poterunt omni injuriæ resistere.

Usus. *Inservit imprimis muniendis juncturis retortarum cum recipientibus in destillatione spirituum acidorum mineralium. Munit etiam rupturas, sive rimas, vitrorum: si nempe hoc inductum postea tegatur chartâ cum amylo.*

Lutum ad rimas, ut & juncturas vitrorum, Sapientiæ *dictum: processus tertius.*

Margr. REc. Cap. mortui Vitrioli edulcorati, Calcis vivæ. ana q. f. Subige cum albumine ovi conquassato, ut fiat massa non nimis mollis, quæ statim inducenda est, antequam exiccetur.

Usus. *Inservit ad juncturas vitrorum in destillandis spiritibus acidis, ut & ad rimas vitrorum, quæ in arenâ adhibentur. Aquam non perfert, neque etiam ignem apertum.*

CAP. CCXXXIX.

Lutum pro furnis extruendis.

le Mort. REc. Argillæ commun. part. j.
Arenæ part. ij.
Calcis. part. ß.

Malaxentur, & incorporentur simul, mediante aquâ communi, ut in liquidiorem formam abeat. Tunc lutum sufficit majoribus furnis extruendis. Minoribus verò, & portatilibus, sequens applicandum:

♃. Argillæ. part. j.
Calcis. part. iij.
Arenæ. q. s.

Misce simul cum aqua communi, donec justam consistentiam acquisiverit, & donec non ampliùs digitis adhæreat.

CAP.

CAP. CCXL.

Lutum pro spiritibus acidis, & omnibus iis, quæ igne aperto fiunt.

REc. Argillæ commun. part. ij. *le Mort.*
Arenæ. part. j.
Sal. commun. quantit. parvam.

Impastentur simul, donec non ampliùs digitis adhæreat lutum. Hoc luto undequaque obducantur juncturæ vasorum, sat magnâ crassitie. Dein circumvolvantur cum linteo madido (ne decidat lutum) quod post horam unam, vel alteram, ne comburatur, removeri potest.

Hoc luto etiam loricari possunt vasa, additâ Minii decimâ parte.

CAP. CCXLI.

Tinctura, sive Essentia, Maceris.

REc. Maceris crasso modo pulverizati, sive conquassati, ℥. ij. Liquoris Nitri fixi, sive Alkahest, Glawberi, q. s. ut commodè madefiant. Indantur simul vitro, instituaturque digestio per noctem unam, ita, ut phlegma ex Alkahest in totum exhalet. Tum affunde Spir. Vin. rectificatissimi. q. s. instituaturque, vase accuratè clauso, digestio per diem, & noctem. Sic extrahetur tinctura rubicundissima, & quæ leniter decantata, & filtrata, per pannum, servetur usui. *Marg.*

Vires. *Calefacit, & siccat. Est cardiaca, stomachica, atque uterina.*

Dos. *est aliquot guttarum.*

Si libet, potest acui spiritu Salis Ammoniaci. Tum enim spir. Sal. Ammon. gratum odorem, & colorem, conciliabit.

CAP. CCXLII.

Spir. seu Sal volatile Macrocosmi.

REc. Mineralis cujuscumque q. v. Redigatur in subtilissimum alcohol. Exponatur illud in patinâ planâ, mense Aprili, Majo, Junio, Julio, aëri horis vespertinis, ut de nocte rorem cadentem recipere pos- *le Mort.*

ſit, de die verò arctiſſimè occludatur, & in loco frigido reponatur, continuando per dies quatuor. Hæc materia imprægnata lentæ digeſtioni committatur Balnei Mariæ. Sic Eſſentiam præbebit ſubtiliſſimam. Hoc modo Colcothar Vitrioli tractari poteſt, ut & ſilices, minera Antimonii, & cætera talia.

Uſus *ſpirituum horum valde commendatur in Eſſentiis metallorum, & mineralium, extrahendis. Valent etiam adverſus morbos fixiores. v.g. Epilepſiam, Paralyſim, Podagram.*

Doſ. *à gutt. ij. ad xij.*

Nota. Hoc modo Acetum genuinum Antimonii paratur.

Nota ſecundò. Spir. prolectus bis ſuper fæces cohobandus eſt, ut imprægnetur planè viribus fixioribus illius ſubjecti.

In Alchymiâ ſummi uſûs ſunt hi ſpiritus, quoniam ſine ulla perturbatione animas metallorum, & mineralium extrahunt.

CAP. CCXLIII.

Oleum, & aqua, Majoranæ.

le Mort. REc. Majoranæ quantitatem ſufficientem. Ei ſuperaffunde aquæ calidæ quantitatem ſatis magnam, ut ad ſemipedem ſupernatet. In ea aqua diſſolve Tartari crudi m. j. Stent in digeſtione per iij. vel iv. dies. Dein indatur veſicæ, & ei ſuperaffunde aquæ recentis q. v. addendo Sal. commun. m. j. & deſtilletur. Aquam, & ol. prodiens à ſe invicem ſepara per infundibulum. Oleum ad ſuos uſus reſervetur. Si aqua expetitur ſpirituoſa, infunde eam cucurbitæ, &, ſuperpoſito alembico, deſtilla igne lento, ut duodecima ſaltem pars tranſeat, & erit parata.

Vires. *Cæphalicum eſt, nervorum affectibus frigidis medetur, ciet menſes, flatus diſcutit, dolores colicos ſedat.*

Doſ. *Olei à gutt. j. ad viij.*
Aq. à cochl. j. ad iv.

CAP. CCXLIV.

Sal, Aqua, Spiritus, & Oleum, Majoranæ.

Idem. REc. Majoran. q. ſ. Huic adde partem decimam ſextam, vel duodecimam tantùm, Salis Alcali. Poſtea ſuperfunde ſ. q. aquæ communis, ut bene humectentur. Stent in maceratione per duas, vel tres, ſepti-

ſeptimanas; donec fermentatio finita ſit. Hâc miſturâ impleatur pars media veſicæ: dein deſtilletur. Sic primò prodit ſpir. & ol. Hujus ſpiritûs circiter pint. vj. vel viij. recipiendæ ſunt. Reliquus, qui prodit liquor, ſub aquæ ſimplicis nomine retinendus.

Spiritum ab oleo per tritorium ſepara. Oleum ſeorſim ſervetur. Spiritus verò cum recenti permixtus herbâ rectificetur per retortam, vel cucurbitam vitream, & ex ſingulis pint. tantùm ℥. j. extrahatur. Spiritus hic ulteriùs, ſi lubet, poteſt rectificari.

Sal fit ex herbâ incineratâ; qui cineres extrahuntur aquâ communi. Poſtea filtratur aqua, & ad ſiccitatem evaporatur. Sic in fundo remanebit Sal fixum.

Nota primò. Ex hiſce tribus fit quinta Eſſentia vegetabilium, ſic.

Sp. Vin. opt. rectificat. ℥. iij.
Sal. fixi. ℥. ß.
Ol. ʒ. ij.

Oleum cum Sale fixo optimè pulverizetur. Tum permiſceantur ſpiritui. Hæc tria mixta digerantur per dies iv. vel v. donec conjuncta ſint, & ſerventur uſui ſub nomine *Cliſſi*, ſeu *Quintæ Eſſentiæ*.

Nota ſecundò. Si majori copiâ ſpiritus expetatur, parum Sacchari in fermentatione adjicere convenit.

Vires. *Cephalica ſunt: memoriam confortant: nervoſo generi conveniunt, ut & Apoplexiæ, Paralyſi, Epilepſiæ, & ſimilibus:*

Doſ. *Ol. à gutt. j. ad gutt. vj. vel viij.*
Spir. à gutt. x. ad xxxj.
Sal. à gr. iij. ad xvj.

CAP. CCLXV.

Solutio Martis.

REc. Limatur. Martis. ʒ. ij. Ei in vitro contentæ oblongo affunde guttatim aq. fortis q. ſ. donec nil amplius efferveſcat, ſed omnia evadant liquida. Obſervabiturque cum inſigni calore ſtrepitus, ſpuma, particularum effluvium, magna materiæ attenuatio, & rarefactio, quæ efferveſcentiæ ſolent eſſe adjuncta. Hoc modo Mars in ſubſtantiam fluidam redigetur, quæ vulgò dicitur *ſolutio*, ſive *præcipitatio*, ſive *calcinatio immerſiva Martis*. Hæc ſolutio per noctem digeritur: tum in vitro evaporatorio evaporatur ad ſiccitatem uſque. Ita coagulatur evaporando in pulve- *Marg.*

pulverem rubicundum. Qui reverberatus vulgò dicitur *Crocus Martis*. Estque ipsa calx Martis, nempe species Chymica, quæ quærebatur.

Vires. *Instar alicujus alcali, acidum absorbendo, obstructiones aperit, unde & vulgò* Crocus aperitivus *dicitur. Medetur Scorbuto, Ictero, aliis cachexiis.*

Dos. *intra corpus est* ℈. *j. ad* ʒ. ß.

Cap. CCXLVI.

Reverberatio calcis Martis.

Marg. REc. Solutionis Martis ad siccitatem evaporat. q. s. est. Inde crucibulo puro, quod impone igni flammæ, relinquendo ibi tamdiu, donec calx probè ignita fuerit, nec amplius aliquid corrosivi exhalet. Tum aufer, & calcem refrigeratam redige in pulverem subtilem, qui erit levissimus, rubicundissimus, & insipidus, diciturque vulgò *Crocus Martis aperitivus*, de quo superiore cap. jam dictum est.

Processus secundus.

Idem. REverberatio est calcinatio mineralium per ignem flammæ, fitque quando res calcinandæ committuntur ipsi flammæ.

℞. Calcem Martis. Inde crucibulo puro, & repone intra carbones accensos, ita ut flamma in crucibulum apertum feratur. Relinque sic per exiguum tempus, calcem sæpiùs vertendo stylo, donec spiritus corrosivos deposuerit. Tum remove, & refrigeratum reserva usui.

Usus hujus calcinationis est partim calces depurare, partim exaltare, & attenuare.

Processus tertius.

Idem. REverberatio est calcinatio metallorum per ignem flammæ, sequenti modo:

℞. Calcem Mercurii, vel Martis. Utramque exiccatam impone crucibulo mundo, quod repone intra carbones bene accensos, ut flamma pertingat in crucibulum. Retine paulisper, donec non ampliùs fument, diligenter movendo stylo ferreo, donec peracta sit operatio.

Usus

Usus est, corpora rarefacere, attenuare, depurare, figere, colorem conciliare.

CAP. CCXLVII.

Præcipitatio Martis.

REc. Limatur. Martis. ℥. viij. Inde lagenulæ vitreæ, & guttatim affunde aquæ fortis ſ. q. donec non ampliùs effervescat. Tum repone per noctem in digestionem. Postea in vitro evaporatorio aquam fortem evaporato ad siccitatem. Et in fundo relinquetur calx rubra, quæ reverberata in crucibulo rubicundissima, & insipida evadet, quam serva usui. Hæc dicitur vulgò *Crocus Martis aperitivus.* *Margr.*

Vires. *Aperit internas obstructiones, concentrando particulas acidas obstructionum Auctores: unde multis morbis chronicis conducit.*

Dos. *est* ℈. *j.*

Processus secundus.

REc. Limaturæ Martis q. ſ. Ei affunde in vitro oblongo aquæ fortis q. ſ. Repone in digestione per 24. hor. Tum solutionem evapora in vitro evaporatorio ad siccitatem usque, & relinquetur pulvis rubicundus, qui in crucibulo super carbonibus reverberatus evadet rubicundissimus, vocaturque vulgò *Crocus Martis aperitivus.* *Idem.*

Vires. *Imbibendo particulas acidas obstructionem, causantes eamdem reserat, unde vulgò* Aperitivus *dicitur, conducitque variis cachexiis, & humorum ardoribus compescendis.*

Dos. *à* ℈. *j. ad* ʒ. *ß.*

CAP. CCXLVIII.

Præparatio Croci Martis aperientis, & adstringentis.

REc. Frustum Martis, quod in igne bene excandescat. Hoc admove magdalioni sulphuris, & Mars guttatim in frigidam subjectam destillabit. Has guttas lava, & in pulverem contere, & obtinebis *Crocum Martis aperitivum.* *Mattis.*

Alio modo.

Maëts. REc. Limatur. Martis part. j. Sulphuris. part. iij. Bene inter ſeſe conterantur, & in cochleari terreo ſulphur accendatur. Dum ſulphur deflagrat, continuò chalybs moveatur ſpatulâ ferreâ. Ita enim, per deflagrationem ſulphuris, calcinabitur Mars in pulverem rubicundum.

Alio modo.

Idem. REc. Vitrioli Martis cum oleo Vitrioli præparati q. p. Calcina leni primò igne: ſecundò vehementiori, ſuper laminam terream, vel in patinâ terreâ plani fundi, quòuſque deſinat in pulverem rubicundiſſimum.

Alio modo.

Idem. REc. Aceti deſtillati fortiſſimi q. p. Hoc committito cucurbitæ vitreæ, in cujus orificio ſuſpendantur laminæ chalybeæ. Cucurbitam cineribus, ſeu arenæ calidæ, committe; ita vapores aceti deſtillati, in lamellas Martis incidentes, excitabunt in ſuperficie lamellarum crocum Martis ſubtiliſſimum; quem pede leporino deterge, & uſui reſerva.

Alio modo.

Idem. REc. Limatur. chalybis q. p. Huic affunde aquæ fortis q. ſ. ad ſolutionem. Solutionem abſque perturbatione fæcum decanta, & ad ſiccitatem evapora, & ſuper patinam terream, ut priùs, calcina. Ita enim obtinebis crocum ordinarium brunei coloris. Quem ſi tenuiſſimum, & purpurei coloris, velis, hoc modo procedito. Nempe:

♃. Nitri. v. g. ℥. vj.
Croc. Martis per aquam fortem præparat. ut dictum. ℥. j.

Fluat Nitrum in crucibulo, eique ſucceſſivè admiſce crocum tuum Martis, ſimulque per dimidium horæ fluant. Tunc effunde, & per crebras ablutiones Nitrum à croco Martis ſepara. Quem exicca, & in pulverem tenuem contere. Ita enim obtinebis crocum Martis tenuiſſimum, purpurei coloris.

Doſim, *& uſum, vide apud Schroderum.*

Cro-

Crocus Martis adstringens.

REc. Limatur. Martis tenuissim. q. p. Hanc crucibulo committe forti, & per vehementem, & continuum ignem, calcinato, donec desinat in pulverem rubicundum. *Maëts.*

Crocus Martis aperiens, & adstringens: processus secundus.

REc. Limatur. Martis. ℥. iij.
Sulphur. commun. ℥. vj.

Misce, & injiciantur in ollam candentem, donec omne sulphur deflagratum sit. Materiam restantem pulveriza subtilissimè, & misce cum ana sulphuris recentis. Deflagrentur, ut antea. Crocus deinde subtilissimè lævigatus servetur ad usum sub nomine *Croci Martis aperientis.* *le Mort.*

Si verò Adstringens expetatur, exponatur hic Crocus vehementissimo igni, donec lævissimus, & rubicundissimus fiat: dein ad usum servetur.

Nota primò. Si Crocus adstringens solus expetatur, ferrum statim reverberationi, seu calcinationi, exponi potest.

Nota secundò. Crocus aperiens etiam fieri potest, si Vitriolum Martis lento igne ad rubedinem calcinetur.

Vires. *Crocus aperiens easdem ferè obtinet vires, quas Vitriolum Martis, sed debiliores.*

Dos. *à gr. vj. ad ʒ. ß.*

Crocus adstringens omnis generis fluxus sedat, alvi, uteri, & narium. Stypticum est nobile. Externè vulnera mundificat.

Dos. *à gr. iij. ad ℈. j.*

Crocus Martis subtilissimus, & levissimus: processus tertius.

REc. Vitrioli Martis artificialis. ℥. j. Dissolvatur in s. q. aquæ communis. Solutum præcipitetur cum ℥. ß. olei Tartari per del. Sic præcipitabitur pulvis primò albus: qui sæpiùs edulcorandus, postea exiccandus in rubrum vertitur colorem. *Idem.*

Crocus alius magis aperiens.

REc. Limatur. Martis. q. s. Huic superfunde sensim aquam fortem, quæ illico aggredietur Martem, illumque cum vehementi effervescentiâ dissolvet, & cum calore. Solutionem evapora. Evaporatum in patella planâ reponatur, &, mediante flammâ, reverberetur, donec fumum rubrum non ampliùs emittat. Dein usui servetur.

Tertius Crocus.

FIt solâ reverberatione in igne.

Vires, & usus. *Primus Crocus optimè convenit vermibus puerorum. Insuper Ictero convenit, melancholiæ hypochondriacæ, obstructionibus mensium, cachexiæ virginum.*

Dos. *à gr. ij. ad viij. cum æquali, vel duplâ, quantitate Sacchari, & mediâ nucis moscatæ.*

Secundi Croci vires eædem fere sunt, sed magis, vel minùs, adstringit, pro ratione reverberationis. Sic si tantùm leviter reverberetur ad colorem rubrum, inde evadet crocus maximè aperiens, & vomitum aliquando movens. Si ad colorem leviter purpureum, inde magis adstringit, sed multò adhuc magis aperit, quàm superior. Si ad colorem obscurè purpureum, ita ut in læviβimum pulverem reducatur crocus, planè adstringit, unde Dysenteriæ, & Diarrheæ, prodest, sanguinis hæmorrhagias quascumque sistit, mundificat ulcera, &c.

Dos. *à gr. ij. ad ℈. j. Læviβimi verò calcinati croci à gr. j. ad viij.*

Vires tertii croci. *Adstringit, & corroborat, hepati, & lieni convenit, dysenteriæ, & diarrheæ, medetur.*

Dos. *à gr. v. ad ℈. j.*

Crocus Martis aperiens: processus quartus.

le Mort. REc. Sulphuris communis. ℥. iij.
Limatur. Martis. ℥. j.

Misceantur simul, & reponantur super igne, donec sulphur penitus deflagratum fuerit, materiam sæpiùs interea agitando. Pulveri restanti adde recens sulphur in eadem quantitate: deflagrentur denuò simul. Pulvis

vis restans optimè igniatur, donec purpureum acquirat colorem. Dein ad usum reservetur.

Alter præparandi modus.

CUm omnibus acidis spiritibus, imò cum aquâ solâ sæpiùs Marti superfusâ, fieri possunt croci diversi, qui prout magis, aut minus, particularum salinarum, & acidarum, in se recipiunt, eò magis aperitivi, & vomitivi, existunt. Sic v. g. si Mars à quocumque acido spiritu minuatur, & dissolvatur, & lentâ tantùm evaporatione ad siccitatem redigatur, multò fortior erit, quàm si totaliter particulæ acidæ, & salinæ, in fugam cogantur se recipere, mediante igne vehementissimo, ut in Croco fit, ubi pulvis expetitur purpureus. Sequenti inde modo elicitur Crocus valde aperiens: *le Mort.*

℞. Limatur. Martis ℥. j. Huic per vices superfunde Aq. fortis, vel spir. Nitri. ℥. ij. Macerentur simul, donec omnis effervescentia cesset: dein evaporetur ad siccitatem usque, & lenissimo igne ulteriùs spiritus restantes propellantur, donec in levissimum, & rubrum abeat pulverem, qui postea servetur in usum.

Vires trium. *Aperiunt, vomitum movent, si in majori dosi propinentur. vermes necant, pituitam viscidam expurgant, ut & bilem, obstructiones tollunt, menses aperiunt, cachexiæ mulierum, & virginum, succurrunt.*

Dos. *Croci cum sulphure fact. à gr. . . . ad ℈. j. Cum spir. Nitr. vel Aq. forti. à gr. ij. ad x.*

Crocus Martis aperitivus: processus quintus.

REc. Limatur. Mart. ℥. ij. Aq. fortis ex Vitrioli calcinati, & Nitri, ana, paratæ q. s. Affunde guttatim aquam fortem in vitrum satis amplum, donec Mars non amplius effervescat cum aq. forti. Tum repone solutionem in digestionem per diem, & noctem. Quo facto, evaporetur solutio hæc in vitro lato ad siccitatem usque. Quod relinquitur in crucibulo, reverberetur, donec omnis vis corrosiva sit ablata. Quod relinquitur, redigatur in pulverem, qui erit rubicundissimus, si omnia rite peracta fuerint. *Margr.*

Vires. *Est blandum aperitivum, humores à colluvie acidâ repurgans.*

Dos. *à ℈. j. ad* ℥. ß.

Crocus Martis aperitivus alius.

Margr. REc. Baculum ferreum. Repone in carbones bene accensos. Quando optimè erit ignitus, tum affrica illi super situlâ repletâ aquâ purâ magdaleonem sulphuris. Sic Mars ignitus à sulphure corrodetur, unàque cum eo descendet in aquam colore nigro sulphuri conjunctus instar funiculorum complicatus. Quem ex aqua remotum repones per diem unum, vel alterum, ut exiccetur sponte suâ. Qui redactus in pulverem servandus usui est, unà cum sulphure scilicet, quod auferendum non est.

Vires *Habet aperitivas, ingrediturque pulveres cachecticos apud Hartman. aliosque Practicos.*

Dos. *est à* ℈. ß. *ad* ℈. *j.*

Crocus Martis obstructivus.

Idem. REc. Nitri purissim. pulverizat. ℥. j. Fluat in crucibulo super carbonibus bene accensis. Fluenti adde limatur. Martis purissimæ q. potest capere. Relinque in igne, & brevi fulminabit. Relinque adhuc paululum. Tum aufer, & pulverem aquâ ferventi edulcora, aquamque statim decanta. Sic limatura Martis manebit in fundo Aquam turbidam repone ad quietem per diem, & noctem. Et colligetur in fundo pulvis rubicundus levissimus. Qui exiccandus est. Cujus una drachma implet totam manum.

Vires. *Habet vires obstructivas. s. adstringendi in diversis hæmorrhagiis, & aliis fluxibus, quod sine dubio præstat beneficio suæ terræ, in quam redactus esse videtur.*

Dos. *est* ʒ. ß. *ad* ʒ. *j.*

Cap. CCXLIX.

Formula Croci Martis aperitivi.

Maëts. REc. Gum. Ammoniaci. ℥. ij.
Myrrh. rubr. ℥. j.
Croci Martis aperitiv. ʒ. ß.
Fiant cum sufficienti quantitate Elixiris Paracelsi pil. n. lx.
Dos. *à pil. iij. ad v.*

CAP. CCL.

Martis præparatio ſpecifica ad obſtructiones.

REc. Limatur. Martis q. p. Hanc in mortario terreo in pulverem tenuiſſimum contunde, & per cribrum anguſtum trajice: *Maëts.*

℞. Pulveris hujus. ℥. j.
Sacchar. finiſſim. ℥. ß.
Macis. ℥. ij.

Redigantur in pulverem tenuem.

Doſ. *quantum cuſpide cultri contineri poteſt.*

Vide cap. 257. in fine.

CAP. CCLI.

Præparatio Specifici adſtringentis ex Marte.

REc. Limatur. Martis q. p. Huic affunde ſpiritûs Salis ad eminentiam trium, vel quatuor, digitorum tranſverſorum. Stent in leni digeſtione, donec ſpiritus Salis efferbuerit cum limatura Martis, ac dulcis factus fuerit. Spiritum Salis decanta, & filtra, & ad remanentiam dimidii evapora. Huic adde Sacchari Saturni æquale pondus. Committantur retortæ vitreæ, & per lenem deſtillationem (ſecus enim facile ebullit, & tota maſſa in vas recipiens decurrit) liquorem ad totalem maſſæ rubicundæ ſiccitatem aufer. Quam maſſam exime, &, ne humeſcat, ab aëre defende. *Idem.*

Exhibetur in omnibus hæmorrhagiis, ut narium, vulnerum, internè, & externè: in omnibus profluviis, ut diarrhæa, dyſenteriâ, fluxu hepatico, & in genere ſpecificum eſt adſtringens, quod ſine ullâ corroſione, & loco omnium adſtringentium exhiberi poterit.

Doſ. *à gr. iv. ad xij.*

CAP. CCLII.

Tinctura Martis.

REc. Scoriarum Martis, ſive carbonum illorum, quibus uſi ſunt fabri ferrarii, modò deprehendantur aliquid Martis in ſe continere. *Margr.*

q. p. Redigantur in pulverem, cui affundatur Acetum destillatum. Fiat digestio in vitro clauso per dies, & noctes xiv. vel donec spiritus aceti sanguineum colorem contraxerit. Tum decanta à scoriis, & repone vitrum per noctem ad quietem. Decanta iterum, & tinctura habebitur pellucida, & liberata ab omnibus fæcibus.

Vires. *Manifestam possidet vim adstringendi. Hinc conducit in sputo sanguinis, in profluvio uteri, & alvi, diarrhæa, & dysenteria.*

Dos. *est ℨ. j. vel altera.*

Tinctura Martis adstringens: Processus secundus.

Marg. REc. Scoriarum Martis illarum, quas fabri ferrarii abjiciunt, q. s. Si videntur non esse satis combustæ, apponantur follibus per horam unam, aut alteram, ut Mars eis inhærens eo meliùs calcinetur. Has scorias, ex carbone, & Marte, conflatas, redige in pulverem. Cui in cucurbitâ superaffunde spiritûs Aceti s. q. Digere per aliquot dies, & noctes, donec nempe menstruum tinctum sit sanguineo colore. Et tum leniter decanta tincturam, & repone. Post noctem iterum decanta à fæcibus, quas deposuit ad fundum. Sic habebitur tinctura rubicundissima, & purissima.

Vires. *Quamvis à nonnullis dicatur aperire, gustata tamen manifestam adstrictionem præ se fert. Conducit ergo humorum fluxionibus, & eorum acrimoniæ, ac tenuitati, compescendæ. Facile redigitur cum saccharo tabulato in syrupum.*

Dos. *Est à ʒ. ij. adscendendo ad dimidiam unciam.*

Tinctura Martis simplicissima: processus tertius.

Idem REc. Limatur. Martis. s. chalybis purissim. ℨ. ij. Spir. Aceti. ℥. iij. Inde cucurbitæ vitreæ, quam repone in arena, ac digere, per diem, & noctem, urgendo ignem ad secundum, & tertium gradum, & spatio unius diei extrahes tincturam rubicundissimam; quam filtra per chartam, & serva.

Vires. *Temperat acrimoniam acidam: humores fundit: obstructiones reserat: alvum stimulat, unde in omnibus cachexiis conducit, imprimis in fluore muliebri, mensium fluxionibus, Ictero, Scorbuto.*

Dos. *Sunt gutt. vj. vel viij. per se, aut in cerevisia, aut vino.*

Tinctu-

Tinctura Martis aperiens: processus quartus.

REc. Vitriol. Martis ad rubedinem calcinati q. v. Ei affundatur acetum destillatum, ut duobus digitis emineat. Stent in digestione, donec acetum rubicundissimo tingatur colore. Tincturam filtra, & ad mellis consistentiam evapora. Ei superfunde Spiritum Vini rectificatissimum. Denuò in digestione ponatur, donec Spir. Vini omnem tincturam in se recipiat. Spir. Vini tinctus filtretur, & in Balneo Mariæ ad tertiæ partis remanentiam abstrahatur, & sic absolvitur operatio. *le Mort.*

Vires. *Vitriolum, Sal, & tinctura Martis specifica sunt in vermibus puerorum, in cachexia mulierum, hydrope, suppressione menstruorum, & in omnibus obstructionibus Lienis, & Mesenterii, & affectibus inde oriundis.*

Dos. *à gr. iv. ad ℈. ij.*

Tinctura Martis aperiens: processus quintus.

REc. Spir. Nitr. dul. part. iij. *Idem.*
Limatur. Martis reverberatæ in igne part. j.
Digerantur simul per dies duos, donec colore rubicundo tingatur spiritus. Tinctum à fœcibus separa, & ad usum serva.

Vires. *Vermes, menses, lochia, & omnes obstructiones pellit: urinam movet: chlorosi medetur: omnibus Lienis, & Mesenterii obstructionibus succurrit.*

Dos. *à gutt. v. ad xx. Si in majori dosi exhibeatur ad ʒ. j. vomitum movet, & pituitam viscidam, & bilem expurgat.*

Tinctura Martis aperiens: processus sextus.

REc. Limatur. Martis. ℥. xiv. *Idem.*
Spir. Sal. comm. ℥. j.
Aq. commun. ℥. viij.
Macerentur per triduum, vel quatriduum, materiam bis in die agitando. Dein adde chrystall. Tartar. pulverizator. ℥. iij. Misce invicem. Aq. commun. q. s. Coq. invicem per hor. ij. in olla ferrea, si fieri possit,

ſemper recentem aquam ſubſtituendo aquæ evaporatæ. Dein filtretur, vel ſubſideat, & liquor clarus effundatur, & evaporetur ad conſiſtentiam ſyrupi dilutioris, & ſuperfuſâ mediâ parte ſpir. Vin. rectificati tinctura uſui ſervetur.

Vires. *Anticachecticum eſt, & deobſtruens egregium. Menſtrua promovet: Ictero ſuccurrit: vermes necat: Scorbuto medetur: præſertim ſi loco Spiritûs Vini ſpiritus antiſcorbuticus ſubſtituatur.*

Doſ. *primâ vice recip. gutt. iij. circiter; ſecundâ gutt. v. ſic ſemper augendo, donec vomitum, & nauſeam cauſet (bis de die doſ. poteſt exhiberi) dein retrogradiendo, donec ad minimam doſim perventum denuò fuerit.*

Nota bene. Qui tincturam chalybis aperientem cum aceto parant, obſtruentem loco aperitivæ habebunt.

Vide inſuper cap. 260.

CAP. CCLIII.

Eſſentia Martis.

Margr. REc. Præcedentis tincturæ (id eſt proceſſu tertio paratæ, cui titulus *tinctura Martis ſimpliciſſima*) q. ſ. Redige eam cum ſacchari ſufficienti quantitate ad conſiſtentiam ſyrupi. Qui condiri poteſt, gutt. j. vel. ij. Ol. Cinnamomi, aut Gariophyllor. aut Nucis moſcatæ.

Vires. *eaſdem habet cum tincturâ, poteſtque per ſe accipi ex cochleari.*

Doſ. *cochl.* ß.

CAP. CCLIV.

Flores Martis.

Idem. REc. Batituræ Martis, Sal. Ammon. minutiſſime pulverizat. ana ℥. iv. Miſce, & ex cucurbitâ terreâ, in igne aperto, applicato capitello vitreo, ſublima quamdiu aliquid adſcendet. Sic Mars volatilizabitur; & cum Sale Ammoniaco adſcendet colore rubro, & flavo, qui vulgò dicuntur *flores Salis Ammoniaci Martiales.*

Vires. *Inſigniter attenuant, incidunt, aperiunt, unde commodè exhibentur in febribus, in Aſthmate, aliiſque chronicis morbis.*

Doſ. *eſt* ℈. ß. *ad gr. xv.*

CAP.

CAP. CCLV.

Regulus Martis.

REc. Martis optimi, qualia sunt fragmenta ensium, clavorum, quibus equis soleæ affiguntur, aut cultrorum, ℥. iv. Igniatur hic super igne potenti in crucibulo satis valido. Marte ignito, addantur Antimonii pulverizati ℥. viij. Relinquantur simul, crucibulo clauso, per dimidiam horam, vel donec Mars cum Antimonio in unum liquorem redactus sit. Injiciatur tum per vices aliquid Nitri pulverizati ad ℥. ß. ita ut tota massa fluat instar aquæ. Quo facto, removeatur crucibulum ignitum ex igne, sinaturque refrigerari. Refrigeratum, fractumque crucibulum exhibebit in fundo Regulum Martis: in parte verò superiori hærebunt scoriæ Regulinæ. Debet autem Regulus hic in pulverem redigi, & in crucibulo puro iterum fundi; quod parvo igne perficitur. Sic purior, & pulchrior evadet. Imprimis si in fine pauxillum Nitri adjiciatur. *Marg.*

Usus. *Inservit imprimis parando butyro Martiali, & inde Bezoardico Martiali. Chymici quoque multa arcana in hoc Regulo quærunt, utunturque eo pro augmentando Sole, & Luna, pro coagulando Mercurio aliisque inde concinnandis.*

Processus secundus.

REc. Limatur. Martis, vel clavorum equinorum, vel fragmentorum ensium ℥. ij. Igniantur in crucibulo super carbonibus accensis. Ignitis adde pulverizati Antimonii ℥. iv. Relinquantur simul, clauso crucibulo, per quadrantem horæ, vel donec fluxerint. Tum addatur Nitri pulverizati, per vices, pauxillum, fortè ℥. j. ut omnia fluant instar aquæ. Hoc facto, removeatur crucibulum ex igne, & perpetuò pulsando sinatur refrigerari. Sic in fundo crucibuli reperietur massa alba, & metallica, quæ dicitur Regulus Martis conflatus ex Marte, & Regulo Antimonii, quæ servetur usui. *Idem.*

Vires. *Regulus Martis inservit Chymicis pro parando Butyro Martis, unde postea paratur Bezoardicum Martiale. Inservit etiam multis aliis arcanis Chymicis. Est enim in totum pulverizabilis, & volatilis, adeò ut demum in fumum exhalet, si sæpiùs fundatur. Per se non sumitur intra corpus.*

Pro-

Processus tertius.

Margr. REc. Chalyb. opt. ℥. iv. (Est autem chalybs opt. ferrum illud, quod usui humano inservit in variorum instrumentorum supellectile, ut sunt acus, forcipes, novaculæ, cultri, clavi equini) Igniatur in crucibulo per quadrantem horæ.

Tum adde Antimonii pulverizati ℥. viij. Et tege crucibulum laterculo, ignem strenuè urgendo, donec Mars cum Antimonio fluxerit instar aquæ. Tum aliquoties adde Nitri pulverizati tantillum, donec videris omnia fluxisse aquæ instar. Tum remove crucibulum ab igne, & sine eodem modo, sicut in Regulo Antimonii factum, continuò pulsando, refrigerari. Sic; crucibulo refrigerato, & fracto, reperietur in fundo crucibuli materia alba Reguli Antimonii instar, quæ est Regulus Antimonii Martialis. Quem serva usui.

Vires. *Inservit parando Butyro Martiali, unde postea diaphoreticum Martiale præparatur. Chymicis inservit pro augmentandis Sole, & Luna, sed quo successu viderint ipsi. Est autem hic Mars in totum volatilis factus, nec ignem diu perfert, sed successivè in auras avolat.*

CAP. CCLVI.

Præparatio Martis potabilis.

Maëts. REc. Limatur. Martis tenuissimè triti: Tartar. Rhenan. albissim. crud. an. q. p. Aq. pluvial. filtrat. q. s. ut inde formari queant globuli. Quos globulos in Sole exiccato, & in clibano unà cum panibus excoquito. De novo in pulverem conterito, & cum s. q. aq. pluv. ut priùs globulos formato, iterumque in clibano excoquito. Hanc operationem repetendo, quousque Martem in quovis liquore solubilem experiaris. In aq. pluv. cochleatim datur.

Dos. *à gr. vj. ad gr. xvj. &* ℈. *j.*

Alio modo.

Idem. REc. Limatur. Martis purissim. pt. j.
Flor. Sulphur. pt. ij.

Terantur simul, iisque affunde aq. pluv. s. q. ad formam pultis. Stent in digestione tepida per hor. xij. Quibus exactis affunde aq. pluv. ad eminentiam

nentiam digitor. transverfor. trium, quatuorve. Coquantur fimul, donec tinctura flavefcens extracta fit. Quam decanta, & filtra, illamque ad quartæ partis remanentiam infpiffato. Ita enim poft dies aliquot intenfam acquiret rubedinem.

Simpliciffimo autem modo fi Martem exhibere volueris in obftructionibus quibufvis corporis noftri folvendis, præfertim verò in folvendis menftruis, fermentifque acido-aufteris peregrinis enecandis, fequentem fequere methodum.

Alio modo.

REc. Limatur. Mart. ab omni forditie lotæ, & in alcohol contritæ, perque cribrum anguftiffimum trajectæ. pt. j. Sacchar. puriffim. pt. ß. Macis partem quartam. Mifceantur exactè inter fe. *Maëts*

Dof. *hujus pulveris eft, quantum cufpide cultri contineri poteft. Vide cap.* 251.

CAP. CCLVII.

Præparatio Lilii Paracelfi.

REc. Regulum Martis. f. a. præparat. Hunc diffolve in fufficienti q. aq. fortis, & fp. Salis, ana. Solutioni affunde Sulphur. ex fcoriis Antimonii per coctionem elect. donec præcipitatio peracta fit, & præcipitatum erit fubflavo-rubrum. Edulcora, & ufui referva. *Idem*

Dof. *à gr. iv. ad vj.*

Nota, quòd fi hic pulvis vehementiùs operatur, figi queat: ut

℞. Lilii præpar. ut fupra, pt. j.
Sal. vulg. calcinat. pt. ij.

Conterantur inter fe, & calcinentur leni igne, eâ lege, ne fluant, per hor. j. Edulcora, & exicca.

Exhibetur præfertim in Lue Venerea: in fcabie profunda: in febribus: hydrope &c. gravioribus obftructionibus. Mifcetur cum Theriacâ, Diafcordio, &c.

Ubi metus eft nimiæ vomitionis exhiberi debet cum fudoriferis.

CAP. CCLVIII.

Pilulæ Martiales dictæ.

le Mort. REc. Gum. Ammoniac. depurat. pt. iv.
Scammon. pt. ij.
Croci Martis subtilissim. aperientis, vel (quod melius) Tincturæ Martis inferiùs describendæ, pt. j. m. f. pilulæ.

Vires. *In cachexia, obstructionibus, & melancholia hypochondriaca, summi usûs.*

Dos. *ad pilulas circ. ix. vespertinâ horâ ad pisi magnitudinem, ex gr. scil. xiv. vel xv. Sed si fortiter sit purgandum ad ℈. j. ß. Prior dosis sæpiùs repetenda est ad minimum.*

CAP. CCLIX.

Tinctura, seu solutio, Martis pro pil. Martialib.

Idem. REc. Chrystallor. Tartar. ℥. iij.
Limat. Martis, vel chalybis. ℥. j. ß.
Aq. commun. q. s.
Coq. simul, materiam spatulâ ferreâ agitando, ne fundo adhæreat. Hæc operatio per duas horas continuetur, &, aquæ evoporatæ loco, recens semper substituatur. Filtretur deinde liquor. Filtratum ad consistentiam olei evapora, & in usum servetur.

Nota. Si ulteriùs elaborata expetatur tinctura, mediante sp. Vini vulgari illa extrahi poterit.

Vires, & usus. *Deobstruens est egregium: melancholiæ hypochondriacæ succurrit, & menses movet: cachexiæ medetur: vermes necat.*

Dos. *à gutt. iij. ad xx. Si verò purgandum sit ad ʒ. j. Pituitam viscidam, hac dosi, per vomitum, & alvum, expurgat: bilem temperat: & putrefactionem arcet.*

Ex eâ fiunt liquores verè chalybeati aperientes, vinum scil. aut cerevisia &c. si ad pintam unam ʒ. j. admisceatur.

Dos. *à cochleari j. ad iij.*

CAP. CCLX.

Notæ ſuper omnes præparationes Martis.

PRimò. Mars pro ratione menſtrui ſalini varias obtinet vires, quò enim magis ſcatet vehiculis illis illum attenuantibus, & exaltantibus, eò magis aperit: prout verò magis fugantur hæ particulæ ſalinæ, eò etiam magis adſtringit. *le Mort.*

Secundò. Cum omnibus acidis, & ſalinis, croci fieri queunt, ut & mediante ſolâ aquâ pluviâ, quæ particulis ſuis mobilibus, & ſalinis aëreis ſubtiliſſimis illum dividit, & attenuat.

Notandum verò, in omnibus menſtruis debilioribus tantum liquoris affundendum eſſe, ut tantùm humectentur, nunquam verò ſubmergantur, ut tantò meliùs motus aëris iis particulis imprimi poſſit: Eodem planè modo terra ſubmerſa aquis nullam vegetationem exhibet, quoniam radii Solis ibidem ſubmerguntur, & actio eorum debilitatur.

Tertiò. Solis vaporibus metallicis, vel mineralibus, etiam in crocos ſubtiliſſimos metalla reducuntur. Sic aurum ſolo vapore Saturni in pulverem vertitur. Sic omnia metalla vapore Mercurii attenuantur, ita ut in pulverem verti queant. Sic etiam vaporibus acrium ſalium, & acidorum, & alcalium, fit ærugo, ceruſſa, & cæteræ tales calces.

Volatilizantur hi pulveres, & in tenuiſſimam reducuntur ſubſtantiam, mediante ſpir. Salis, vel ſale Ammoniaco. Fixantur mediante oleo Vitrioli, ſpiritu Nitri, & aquâ forti. Sic etiam fermentantur, & imminuuntur, mineralia, & ſpiritus, ſeu Sal volatile Macrocoſmi colligitur ſequenti modo. *Vide proceſſum, cui titulus Sp. ſeu Sal volatile Macrocoſmi.*

CAP. CCLXI.

Spir. mellis ardens.

REc. Mellis vulgar. ℔. x. Diſſolvantur in ℔. xx. aquæ fervidæ, addendo poſtea ℔. x. aquæ frigidæ, ut in perfectum ſtatum caloris redigantur. Nota, ſi non ſatis eſt frigida, parumper debet expectari, donec refrigerentur. Dein adde fermenti cereviſiæ cochlearia iv. vel vj. & reponantur in loco calido, ut optimè fermententur. Poſt fermentationem peractam, quæ fit circiter octo diebus, deſtillentur per veſicam *Idem.*

 cupream,

cupream, per serpentinam, donec aqua proveniens nullum saporem referat. Aquam spirituosam rectifica per cucurbitam lento igne. Si verò desideretur sp. subtilissimus, ad medietatem abstrahatur, donec aqua prolecta albescat. Hunc spiritum denuò rectifica ad medietatem, & habebis spiritum ardentem mellis, qui usibus asservetur.

Vires. *Easdem habet vires cum spiritu Vini, sed fortiores. Insuper optimus est ad extrahendam tincturam mellis, quæ tali modo paratur.*

Vide cap. proximè subsequens.

Sp. ardens mellis, & cæterorum vegetabilium: Processus secundus.

le Mort. REc. Mellis, Sacchari, Syrupi rubri vulgaris. q. v. v. g. ℔. vj. Iis superfundantur aquæ ℔. xl. Fæcum cerevisiæ cochleare unum vel alterum. Salis alcali, vel cinerum clavellatorum ℥. iv.

Fermententur simul, donec vinosum spirent odorem, & dulcedinis fere expertia sint. Dein destillentur in vesica tamdiu, donec bullulas non ampliùs admittere velit concussus liquor.

Liquorem subsequentem seorsim excipe, & affunde illum recenti destillationi è melle. Vel si non adsit recens mel fermentatum omnia confundantur, donec liquor in ignem projectus flammam ampliùs non edat.

Liquor rectificetur, quamdiu bullulæ in liquore concusso permanent, & erit instar spiritûs Vini vulgaris. Qui, si libet, ulteriùs rectificari potest.

Vires. *Sp. mellis, vel Sacchari, inservit sali volatili oleoso conficiendo, quoniam majorem in se recipit, vel absorbet, oleorum quantitatem.*

CAP. CCLXII.

Tinctura Mellis.

Idem. REc. Mellis purissimi virginei q. v. Ei immisce arenæ optimè lotæ. m. ß. Tunc superfundatur spir. rectificatissimus mellis. Stent in digestione in cucurbitâ plani fundi, &, tingetur spiritus aureo colore. Hunc spiritum tinctum per inclinationem effunde, & recens fæcibus superfundatur, continuando sic donec spiritus non ampliùs tingatur. Spiritus

ritus tinctos confunde, & ad tertiæ partis remanentiam in balneo Mariæ abstrahe, & in fundo relinquetur tinctura mellis.

Vires. *Summum est remedium in phthisi, asthmate, tussi inveteratâ, anhelitu difficili, catarrhis, cæterisque pulmonum, & thoracis affectibus.*

Dos. *à quarta parte cochlearis ad cochleare. j.*

CAP. CCLXIII.

Mel Vinaceum.

REc. Mellis Virgin. ℔. x. *le Mort.*
Aq. commun. ℔. L.

Coq. simul, donec ovum in supremitate supernatare possit: dein effundatur in vas album, ut fæces subsidere queant. Fæcibus subsidentibus, liquor decantetur, & in vas reponatur, addendo ad singulas stopas (id est, pint. v. Anglicanas) ℥. ij. spiritûs Vin. Gallici. Reponantur in cellam, & quò vetustius, eò melius. Hæc in se, & per se sola fermentant, adeòque ab initio occludi possit.

CAP. CCLXIV.

Hydromel aliud ad instar Vini Hispanici.

REc. Mellis opt. ℔. viij. Uvarum passarum ℔. iv. Tamarindor. ℔. ß. *Idem.* Aq. commun. ℔. xxx. Coq. ad consistentiam ovi supernatantis. Subsideant fæces; & liquor clarus dolio includatur, addendo, ad singulas stopas, sp. Vin. rectificati, vel (quod melius) sp. Vin. Rhenani. ℥. j. Cinnamom. acutiss. (ad stopam unam) ʒ. ß. Quiescat ad minimum per menses vj. Dein usui adhibeatur.

Nota. Consistentia ejus decocti multò crassior esse debet, quam quæ pro hydromelite vulgari requiritur.

CAP. CCLXV.

Aq. & oleum Menthæ.

REc. Menthæ exiccatæ fasciculos. ij. aut m. xxx. Concisam infunde in vesica cuprea cum s. q. aquæ puræ per hor. xxiv. Tum appli- *Marg.*

cato capitello ſtanneo, & vaſe refrigeratorio, fiat deſtillatio per horam j. vel ij. donec abſtractæ fuerint aquæ, fortè, ℔. x. vel xij. colligendo primam aquam ad aliquot libras ſeorſim. In illa enim potiſſima pars olei innatat. Effunde hanc aquam in vitrum lati orificii, & poſt aliquot horas cochleari ſtanneo oleum detrahe, & per tritorium. ſ. ſeparatorium à ſubſtantia aquæ ſepara. Sic plus habebitur olei, quod aliàs lateribus recipientis, aut ſeparatorii adhæreſcit. Sic tota aqua per ſeparatorium trajiciatur. Servetur oleum ſeorſim, & ſimul aqua in peculiaribus vitris.

Vires. *Et aqua, & oleum, calefacit, ſiccat, attenuat. Sunt ſtomachica, cephalica, ſed oleum longè potentius eſt, unde balſamis corroborantibus, & Elæo ſaccharis ſtomachicis, adprimè conducit.*

Doſ. *Olei eſt ad gutt. j. vel ij.*
Aquæ ab ℥. ß. ad ℥. j.

CAP. CCLXVI.

Præcipitatio Mercurii.

Margr. REc. Mercurii crudi, non adulterati, ℥. j. Aquæ fortis, paratæ ex Vitrioli calcinati, & Nitri puri, ana, ℥. ij. Miſceantur in cucurbita parva vitrea, reponanturque per noctem in digeſtione, vel donec totus Mercurius ſit ſolutus, nec quicquam in fundo conſpiciatur ſupereſſe, ſed totus appareat, ſacchari inſtar, albus, habebiſque ſolutionem Mercurii ritè abſolutam. Hujus ſolutionis recipe partem dimidiam, eamque inſtilla muriæ, ex aq. pura, & ſale communi factæ, (quantum ſcilicet ſalis aqua capere poteſt) & ſolutio Mercurii, inſtar lactis, præcipitabitur in muriam. Reponatur vitrum ad quietem, donec aqua evaſerit limpida. Hanc tum decanta, &, affuſâ aquâ purâ, coagulum album aliquoties edulcora, donec tandem aqua manſerit inſipida. Tum filtra per chartam: & relinquetur in charta coagulum album, quod exiccabitur ſuper arena in pulverem album. Hic eſt ipſa calx Mercurii, dicta vulgò *Mercurius præcipitatus albus*, & *Mercurius coſmeticus*.

Reliquam partem ſolutionis in vitro evaporatorio evapora ad ſiccitatem, & relinquetur in fundo materia alba valde corroſiva, quæ in crucibulo valde reverberata, rubicundum colorem adſciſcit, vocaturque vulgò *Mercurius præcipitatus ruber*, & abſolutè *Præcipitatum* in pharmacopolio. Eſtque ipſa calx Mercurii.

Vires.

Vires. *Mercurius præcipitatus albus movet vomitum, & secessum, conducitque in affectibus pituitosis.*

Dosis *ejus sunt gr. vj. vel viij.*

Mercurius præcipitatus ruber similiter purgat per alvum, sed rarioris est usûs. Nec exhibendus est, nisi ab eo aliquoties sp. Vini rectificatus destillando abstractus fuerit. Frequentissimè, externè tantùm, usurpatur. Habet enim vim cathereticam, id est, auferendi excrescentias carnosas, quas blandè delet, si edulcoratus fuerit priùs aquâ plantaginis, cum quâ etiam, cum syringâ, in fistulas injicitur.

Dos. *est pro re nata in externis.*

Processus secundus.

REc. Mercur. crud. ℥. j. Aq. fortis, ex Vitriol. calcinat. & Nitri ana paratæ, ℥. ij. Misce in cucurbita vitrea. Digere per noctem. Tum dimidiam partem solutionis præcipita per muriam. Præcipitatum diligenter aquâ purâ edulcora. Filtra per chartam. Quod in charta remanet exicca leniter in pulverem. Vocaturque *Mercurius præcipitatus albus*, & *Mercurius cosmeticus.* *Margr.*

Alteram verò partem solutionis in vitro evaporatorio evapora ad siccitatem usque, & relinquetur in fundo massa ex albo flava. Hanc massam redige in pulverem. Pulverem verò in crucibulo ignito leniter reverbera, donec colorem rubrum contraxerit, qui postea vocatur apud Pharmacopolas *Mercurius præcipitatus ruber*, & absolutè *Præcipitatum*: *Pulvis* item *Vigonis.* (Vigo ille fuit nobilis Chirurgus Italiæ.)

Vires. *Mercurius præcipitatus albus purgat pituitam per superiora, & inferiora. Ejus dosis sunt gr. viij.*

Præcipitatus ruber externè tantùm usurpatur. Quamvis Chirurgi hunc quoque edulcoratum spiritu Vini, in parvâ dosi, intra corpus exhibeant. Imò Panacæam *pro Lue Venerea curanda sibi ex hoc pollicentur. Pro externo autem usu edulcoratur aquâ plantaginis, iterumque siccatur, & tum habet vim cathereticam, sive depascendi blandè sine dolore excrescentias carnosas. Unde conducit fistulis quoque, & pustulis, aliisque defædationibus*

Processus tertius.

PRæcipitatio metallorum, sive calcinatio immersiva, est calcinatio metallorum, & lapidum, per aliquem spiritum acidum, & non raro Vegeta- *Idem.*

Vegetabilium, & Animalium. Hæc perficitur sequenti modo:

♃. Mercur. crud. ℥. j. Aq. fortis, ex Nitro, & Vitriolo calcinatis paratæ ana, ℥. ij. Misce in lagenula vitrea. Repone in digestionem per d. & n. donec Mercurius totus sit solutus. Tunc solutionem præcipita in aquam salsam, sive muriam. Repone per hor. j. ut pulvis albus ad fundum subsideat. Decanta aquam superfluam, & ei affunde aquam puram. Misce, & repone iterum ad quietem per horam. Tum aquam limpidam iterum decanta, & iterum novam aquam affunde. Repete tertiâ vice, vel donec aqua insipida restiterit, nempe talis, qualis fuerat affusa. Tum enim judicatur calx Mercurii satis esse edulcorata. Siccatur calx in pulverem. Hic vocatur vulgò *Mercurius præcipitatus albus.*

Si verò solutio Mercurii præcipitatur in urinam recentem, & postea eodem modo edulcoratur aquâ purâ aliquoties, & tandem siccatur pulvis, tum vocatur *Mercurius præcipitatus incarnatus.*

Quòd si solutio Mercurii ad siccitatem evaporetur, vel destilletur, & calx relicta vel in retorta, vel in crucibulo reverberetur, tum habebitur pulvis rubicundissimus, vulgò dictus *Mercurius præcipitatus ruber.*

Si solutioni Mercurii addatur pauxillum cupri, & solutio evaporetur, & postea cum spiritu aceti extrahatur, iterumque coaguletur, habebitur *Mercurius præcipitatus viridis*, vulgò dictus *Lacerta viridis*, & laudatur in Gonorrhæa: sed tamen parum tuti usûs est medicamentum.

Vires. *Præcipitatus albus, & incarnatus, movent vomitum, & secessum. Eorum dosis sunt gr. vj. Conducunt in affectibus pituitosis præcipuè.*

Præcipitatus ruber aufert pustulas, & carnem excrescentem absque dolere, si priùs edulcoretur cum aquâ plantaginis. Aliqui super eo accendunt spir. Vini rectificatissimum, & exhibent intra corpus ad purgandum in Lue Venerea.

Dos. *gr. iv.*

Mercurius præcipitatus albus: processus quartus.

Margr. REc. Mercurii crudi, Aq. fortis, ex Vitrioli calcinati, & Nitri, ana, paratæ, ana. ℥. j. (Aliqui accipiunt Aquæ fortis ℥. ij.) Misce, & in cucurbitâ vitreâ, in arenâ, per noctem digere, donec totus Mercurius sit solutus. Solutionem præcipita per muriam. Edulcora aliquoties aquâ purâ. Sicca, & servâ usui. Habebiturque pulvis albissimus, qui vulgò *Præcipitatus albus* dicitur.

Vires. *Purgat per superiora, & inferiora, humores pituitosos. Conducit imprimis in Lue Venerea.*

Dos. *gr. vj. vel viij.*

Mercurius præcipitatus ruber: processus quintus.

REc. Mercurii crudi, Aq. fortis, (ex Vitrioli calcinati, & Nitri ana paratæ,) ana. ℥. j. Solve digerendo per noctem in arena. Tum destilla, aut etiam evapora, aquam fortem ad siccitatem usque, & relinquetur massa ex albo subflava. Hanc massam redige in pulverem; quem in crucibulo puro, super carbonibus bene accensis, reverbera leniter, ut acquirat colorem corallinum, sæpiùs vertendo stylo. Ne tamen nimis diu, & in nimis forti igne teneatur, ne in totum avolet pulvis. Massam relictam edulcora aquâ plantaginis, & serva usui. Hoc enim est *Præcipitatum* vulgò officinis dictum. Margr.

Plerumque externi usûs solet esse in auferendis pustulis, & excrescentiis carnosis: nam blandè, & absque dolore corrodit, si pulvis inspergatur emplastro alicui, & applicetur.

Reperiuntur tamen, qui super hoc Præcipitato aliquoties destillant alcohol vini, pulveremque relictum exhibent intra corpus ad purgandam Luem Veneream.

Dos. *granor. v. vel vj.*

Ex hoc præcipitato quoque qui & *pulvis Vigonis* dicitur, Chymici conantur parare suum *aurum horizontale*, cujus processus extat in Paracelso, & Helmontio, nempe sæpiùs super eo destillando aquam regiam, & postea edulcorando cum alcohol Vini. Hoc modo credunt Mercurium nancisci fixitatem, ut possit fundi auri instar, sed experti deprehenderunt fallaciam processûs, & successûs. Quem tamen tantopere laudavit Paracelsus, & laudibus extulit Helmontius.

Præparatio Mercurii præcipit. albi: processus sextus.

REc. Mercurii crudi. ℥. ij. Aq. fortis. ℥. iv. Stent simul, quousque Mercurius ab aqua forti fuerit solutus. Quod si absque igne non succedat, signum est debilioris aquæ fortis, ac proinde, ut hoc in arena calida perficiatur, ac debilitati aquæ fortis subveniatur, ratio postulat. Maëts.

Mercurio tuo, in aq. forti soluto, successivè affunde muriam fortissimam. Ita enim turbabitur solutio Mercurii, & præcipitabitur in pulverem lactei coloris. Qui ubi ad fundum concidet, liquorem supernatantem

ſine perturbatione pulveris, quantum fieri poteſt, decanta, pluviamque puram de novo affunde, & procede, ut priùs. Hocque continua, donec nullam acrimoniam in pluvia animadverteris. Præcipitatum tuum inter chartas emporeticas complicatas leni igne exiccato, nam vehementiore calore facile flaveſcit.

Raro interiùs exhibetur præcipitatum hoc Mercuriale, & non niſi ſummâ cum prudentiâ à gr. iij. ad gr. vj. In inveterata Lue Venerea, in febri quartana, in hydrope, &, in genere, in pertinaciſſimis corporis humani obſtructionibus adhibetur, tuncque mixtum cum Theriaca, Extracto Catholico, Mithridatio, vel Confectione Hamech, & ſimilibus.

Exteriùs applicatur Præcipitatum hoc Mercuriale album in emolliendis tumoribus induratis, præſertim in tophis Venereis, in Herpete miliari, & in ſcabie profundâ curanda. Hac methodo procede:

℞. Mercurii vivi in aq. forti ſoluti ℥. iv. Axungiæ porcinæ. ℥. viij. Confunde ſimul, & dein in olla terrea concoquito, continuò cum ſpatulâ ligneâ movendo, donec maſſam mollem obtinebis. Adde:

Ceræ flavæ. ℥. ij.
Pulv. Maſtich.
Oliban. ana ʒ. vj. m. f. ſ. a. Emplaſtr.

Hoc Emplaſtrum curat tophos Venereos, quos vel emollit, & diſpellit, vel maturat. Ad Herpetem miliarem, & ſcabiem inveteratam, magnarum eſt virium, hunc ad modum:

℞. Lithargyr. auri q. p. Huic affunde Aceti deſtillati ad eminent. iv. digit. tranſverſorum. Stent in digeſtione, quouſque acetum deſtillatum de acrimonia ſua remittat, & dulceſcat. Acetum deſtillatum filtra:

Hujus recipe. ℥. vj.
Mercur. præcip. alb. ℥. ij.

Evaporentur ſimul, lento igne, ad ſiccitatem pulveris:

Cujus recipe. ʒ. j.
Axung. porcin. ℥. j. m. f. ſ. a. Emplaſtrum.

Præparatio Mercurii præcipitati albi: proceſſus ſeptimus.

Maëts. REc. Mercurii per corium traject. q. p. Huic affunde Aq. fortis duplum. Nota, quòd Aqua fortis debeat eſſe generoſa. Poſt diſſolutionem affunde muriæ fortiſſimæ q. ſ. ad totalem præcipitationem. Aquæ liquorem ſupernatantem decanta, & pluviam affunde. Agita ſubinde:

de: aquam decanta: novamque affunde. Hoc continua, donec omnis acrimonia à præcipitato ſit ablata. Quo apparente ſigno, præcipitatum hoc inter chartas emporeticas complicatas leniter exicca, & præparatum erit præcipitatum hoc album.

Rarò interiùs Præcipitatum hoc exhibetur, licèt quibuſdam circumforaneis in uſu ſit, quibus de corio humano petulanter ludere religio non eſt. Exhibetur autem à gr. ij. ad gr. vj. vel. vij. cum Theriaca, Mithridatio, in Lue Venerea. Exhibetur inſuper in hydrope, & febribus, præſertim Quartanâ. Exteriùs exhibetur in emolliendis tumoribus duris, præſertim Venereis; in quibus affectibus ſequens formula in uſum revocari poteſt.

♃. Mercur. vivi cum Aq. fort. ſolut. ℥. iv.
Axung. porcin. non ſalit. ℥. viij.

Confunde ſolutionem Mercurii cum axungia porcina, & in olla terrea coquantur ſimul, continuò movendo cum ſpatulâ lignea, donec maſſam mollem obtineas. Tum adde:

Ceræ flavæ. ℥. ij.
Pulv. Maſtich.
Oliban. ana ʒ. vj. m. f. Emplaſtr.

Ad ſcabiem inveteratam, uti & Herpetem miliarem, ſequens unguentum magnarum eſt virium:

♃. Lithargyrii ſubtiliſſimè pulverizat. q. p. Huic affunde Aceti deſtillati ad eminentiam iv. digitor. tranſverſor. Stent in digeſtione, donec acetum deſtillatum de acrimonia remiſerit. Quod decanta, & filtra.

℞. Hujus aceti. ℥. vj.
Mercur. præcipit. alb. ℥. ij.

Lento igne evaporentur ad ſiccitatem. Tum:

℞. Pulveris hujus. ʒ. j.

Axung. porcin. non ſalit. ℥. j. m. f. ſ. a. unguentum leniter parti affectæ inungendum. In tophis, & glandulis induratis, pars affecta primò pannis calidis fricetur, poſtea prædictum unguentum applicetur.

Præparatio Mercurii præcipitati rubri: proceſſus octavus.

REc. Mercur. vivi. ℥. ij. *Maëts.*
Aq. fort. ℥. iv.

Stent ſimul, donec Mercurius in Aq. forti fuerit diſſolutus. Quo ſigno apparente, committantur retortæ, &, leni primò igne, liquorem ſu-

perfluum, ad ficcitatem pulveris, auferto. Tunc urge per Vulcanum ftrenuum, donec omnem vaporem excufferis. Quo animadverfo, illico auferto ignem, & maffam refrigerare finito. Ignem enim fi ulteriùs continuabis, expelles ex Mercurio omne ejus corrofivum, portioque Mercurii revivificabitur, ac proinde nec gratus color rubicundus, nec fcintillæ apparebunt lucidæ.

Præcipitatum hoc etiam non nifi rarò interiùs exhibetur: tunc etiam correctum, auferendo aquâ vulgari per edulcorationem omnem ejus acrimoniam, quantum fieri poteft, poftmodùm digeres in alcohol Vini, quod fuperincendes, hocque per fex, feptemve vices repetes. Ita enim præcipitatum noxio fuo corrofivo privabitur maximâ ex parte: & pro fudorifico exhibetur cum Theriaca, Mithridatio, confectione de Hyacinthis, vel fimilibus. Pro purgante verò mifceto cum Extracto Catholico, Extracto de fucco rofarum, confectione Hamech.

Dofis *ejus eft à gr. ij. ad vj.*

Adhibetur in eifdem affectibus, ac prædictum præcipitatum album.

Præparatio Mercurii præcipitati rubri: proceffus nonus.

Mæts. REc. Mercurii vivi. ℥. j. Aq. fortis generofæ. ℥. ij. Imponantur cum vafculo fuo vitreo carboni vivo, fimulque ebulliant, quoad obfervaveris maffam tuam ad ficcitatem inclinare. Tunc undique vafculum carbonibus vivis obrue, quoufque fumi ceffare incipiant. Vafculum tuum ab igne repone, &, ubi omnia refrigerata funt, diffringe, & obtinebis calcem Mercurii rubicundam; quam ferva. Huic præcipitato affunde pluviam, &, per crebras ablutiones, quantum fieri poteft, edulcorato. Poftmodùm quinquies, vel fexies, fpiritum Vini rectificatum fuperincende. Ita enim corrofivum Mercurii præcipitati rubri mitigatur, & non tanto cum periculo interiùs exhiberi poteft.

Exteriùs adhibetur in carne luxuriante confumenda: in pediculis enecandis: in ulceribus malignis. Interiùs à gr. j. ad gr. v. cum Theriaca, Mithridatio, Conferva Rofarum, & fimilibus, exhibetur in Lue Venerea, Hydrope, febri Quartana, Leprâ, & Scabie profundâ.

Mer-

Mercurius præcipitatus diversi coloris: processus decimus.

le Mort.

REc. Mercur. vivi. ℥. j.
Aq. fortis. ℥. j. ß. m. f. solutio ad calorem mediocrem. Solutionem hanc in partes quatuor divide.

Primam partem infunde aquæ salsæ, & præcipitabitur albi coloris.

Secundam partem infunde urinæ recenti, & obtinebis pallidi coloris.

Tertiam partem Oleo Tartari per deliq. superfunde, & lutei coloris præcipitatum evadit.

Tria hæc præcipitata aquâ edulcoranda, donec insipida sint: dein super cretâ exiccanda sunt.

Quartam partem impone igni, & evapora ad siccitatem usque, donec planè rubicunda, & splendens, appareat massa. Quam usui serva sub nomine *Præcipitati rubri.*

Nota primò. Diversi insuper generis, & coloris, fieri possunt præcipitata. Sic viride præcipitatum fit, si parum Veneris in solutione miscueris, dein evaporetur.

Nota secundò. Si præcipitatum magis fixum rubrum expetatur, quod Paracelso sub nomine *Arcani Corallini* venit, sequenti modo procedendum:

℞. Præcipit. rubri supradict. q. v. Huic superfunde eamdem quantitatem spir. Nitri. Digerantur simul, & evaporentur. Secundò eamdem quantitatem sp. Nitri pulveri superfunde. Digere, & evapora, ut antea. Pulveri huic restanti superfunde acetum destillatum ad superemi-nentiam dig. iv. Digerantur simul per dies. ij. Dein evaporetur acetum destillatum ad siccitatem usque.

Ultimò superfunde spir. Vini rectificatiss. ad superemin. dig. iij. Digerantur, & destillentur, ad siccitatem in arena. Spiritum abstractum fæcibus superfunde, & denuò abstrahe, donec sp. Vini acidum acquirat saporem. Dein recentem sp. Vin. affunde fæcibus, & abstrahe denuò, & pulvis usui servetur sub nomine *Auri Horizontalis.* Qui omnes noxias qualitates per omnes vias educit à gr. j. ad gr. vj. in Lue Venerea, Lepra, &c. *Vide cap. 283.*

Præcipitatum album cosmeticum est: furfuribus, lentiginibus, & cæteris vitiis cutis succurrit, si unguento Pomato misceatur, & parti affectæ illinatur.

natur. Internus ejus usus nimis est periculosus, ut & Præcipitati rubri vulgaris, quod externè inservit excrescentiæ carnis eximendæ.

Mercurius præcipitat. dulcis: processus undecimus.

le Mort. FIat solutio Mercurii in s. q. Aq. fort. Solutionem divide in partes. iv. Prima pars infundatur aquæ salsæ, & præcipitabitur pulvis *albi coloris* sæpiùs aquâ communi edulcorandus.

Nota generalis super edulcorationes omnes.

EDulcoratio duplici fit modo: vel mediante Alcali, ubi acidum infringendum est, vel mediante aquâ communi. Mediante alcali infringitur venenosa qualitas omnium pulverum corrosivorum, ut Præcipitati rubri, Mercurii dulcis, & corrosivi, Croci Martis &c. Si nempe pulveres hi superfusâ. s. q. Alcali digerantur. Mediante aquâ communi etiam duplici modo fit solutio: vel aquâ frigidâ, vel calidâ.

Mediante aquâ calidâ Salia citissimè dissolvuntur, sed & plerumque plurimas particulas corporum solutorum in edulcoratione retinent, quæ postea mediante aquâ, in qua latent, effunduntur. Quod præcipuè accidit omnibus edulcorationibus illorum corporum, quæ mediante sale acido soluta sunt. Ut verò illud præcaveatur, si color non obsit, mediante sale Alcali omnes restantes particulæ è poris illis deturbari queant. Sic v. g. in edulcoratione Mercurii præcipitati albi, media tantùm pars Mercurii ad fundum cadit, restans verò præcipitari potest in pulverem subrubrum mediante Oleo Tartari per deliquium, ejusdem planè quantitatis cum Præcipitato, qui ex Mercurio sublimato corrosivo fit. Recens semper aqua infundenda est, donec aqua planè insipida sit.

Cum aqua frigida eodem planè modo fit edulcoratio, at sæpiùs affusio aquæ recentis repeti debet. Exiccetur præcipitatus albus edulcoratus super cretam. Sic nempe sine ullâ coloris mutatione abit in pulverem albissimum.

Alterum Præcipitatum.

REc. Secundæ partis solutionis Mercurii q. v. Affunde urinam recentem. Sic illico præcipitabitur pulvis *carnei coloris*, sæpius edulcorandus.

Alte-

Alterum Præcipitatum.

REc. Solutionis ſuperioris. q. v. Infunde ſolutioni Olei Tartari per del. q. ſ. donec effervescentia ceſſet, & evadet *lutei coloris* præcipitatus.

Mercurius præcipitatus ruber.

REc. Solutionem ſuperiorem. Hanc evapora ſuper ignem ſatis fortem, optimè obſervando, ne ſublimetur Mercurius (ſi enim ſublimetur pereunt chryſtalli) ſed rubrum ſplendentem acquirat colorem. Hunc uſui ſerva.

Viribus convenit cum Turpetho minerali.

Solutio Mercurii: *proceſſus duodecimus.*

REc. Mercurii vivi part. j. Aq. fortis part. j. ß. Digerantur ſimul per hor. ß. donec omnis Mercurius diſſolutus ſit, & ſolutionem divide in quatuor partes. *le Mort.*

Primæ infunde oleum Tartari per del. & præcipitabitur Mercurius *coloris lutei.*

Secundæ inſtilla urinam recentem, & præcipitabitur *incarnatus.*

Tertiæ adde ſatis magnam aq. ſalſæ copiam, & cadet ſub forma pulveris *albiſſimi.*

Omnia illa præcipitata præcedentia optimè edulcoranda ſunt, mediante aquâ communi: poſtea, vel ſuper cretâ, vel in ſole, exiccanda.

Quartam partem evapora ad ſiccitatem uſque. Sic, primò, fit albus; ſecundò, flavus: tertiò, igne vehementiore *rubeſcere* incipit Mercurius. Cavendum verò ne ſublimetur, quoniam hoc modo à ſpiritibus acidis ſpoliatur, & figuram rutilantem amittunt.

Vires *vel majores, vel minores, obtinent, prout à particulis illis acidis magis, vel minùs, liberata ſunt. Sic* præcipitatum luteum *omnium eſt debiliſſimum*: incarnatum *paulò fortius*: album *duplò fortius præcedente. Inſuper etiam externè coſmeticum eſt.* Præcipitatum rubrum *omnia præcedentia exuperat, tam in quantitate, quàm in qualitate. In genere omnia*

vomi-

vomitum movent, salivationem producunt, & horrenda symptomata cient, nisi cum cautelâ in usum adhibeantur.

Dos. *Præcipitat. rub. ad gr. iij. vel iv.*
alb. viij. vel. x.
incarnat. ad. ℈. *j.*
lutei. eadem.

Cap. CCLXVII.

Notæ generales super omnia Præcipitata, & Calcinata.

le Mort. NOta primò. Quæcumque sale aliquo corroduntur, & imminuuntur, qualitates pristinas pro parte immutant, & alias pro ratione salis adjuncti acquirunt. Sic Mercurius sublimatus fit vel corrosivus, vel dulcis, prout vel majorem, vel minorem, Salium obtinet quantitatem. Sic Butyrum Antimonii præbet Mercurium Vitæ multò debiliorem in operationibus, quam antea fuit Butyrum, multò verò fortiorem, quàm Vitrum Antimonii, vel Crocus metallorum, quoniam salibus magis activis, & in majori copia præditus est.

Nota secundò. Salia corrodentia immutant etiam subjectum ratione volatilitatis, vel fixitatis. Sic metalla acido aliquo soluta magis volatilia redduntur, & nunquam in metallum pristinæ naturæ abirent, nisi denuò, à sale contrario alcalico, ab acidis illis particulis liberarentur. Sic Luna soluta in Aq. forti, & præcipitata, nunquam in corpus pristinum reduci poterit, utut mediante aquâ communi liberetur à salibus superfluis, nisi addito sale Alcali Tartari, quod sese insinuans poris illarum partium metallicarum acidum inibi latens mortificet.

Tertiò. Qualitas Præcipitatorum, & quantitas, augetur à particulis salinis inibi latentibus. Sic Crocus Martis multò fortior, & ponderosior, existit, quàm antea fuit ferrum. Sic plumbum ustum, Magisteria omnia multò ponderosiora, post præcipitationem, evadunt:

Quartò. Qualitas in totum immutatur à salibus, ubi diversam illis particulis figuram inducunt. Sic Corallia in acido soluta adstringunt, & constipant: per se exhibita magis aperiunt, & acidum infringunt. Sic Acetum destillatum extrahit tincturam adstringentem, sp. verò Nitri tincturam aperientem è Marte. Si verò à plerisque salibus liberanda sint illa corpora, mediante contrario sale mortificetur sal dissolvens; dein cum aqua calidâ edulcorentur.

Signum

Signum latentis cujuſcumque corporis in liquore, ſeu aqua edulcorante, eſt, ſi guſtum præbeat acrem inſtar calcis vivæ, vel guſtum præbeat metallicum. Ut ſi Luna ſoluta ſit, & præcipitata, guſtum præbebit amarum: ſi Mars guſtum ſubdulcem: & ſic de cæteris metallis.

Vires *Præcipitatorum in genere hujuſmodi ſunt. Vomitum, & ſeceſſum, movent: ſalivationem inducunt: carnem abſumunt: ulcera, furfures, & lentigines, tollunt.*

Pro ratione verò, & modo præcipitationis, differunt in viribus. Sic præcipitatus albus duplò fortior eſt præcipitato luteo: præcipitatus ruber duplò fortior eſt albo.

Albus præcipitatus inſuper coſmeticus eſt. Præcipitatus verò ruber rariſſimè interni eſt uſûs, ſed plerumque inſervit excreſcentiis carnis abſumendis.

CAP. CCLXVIII.

Præparatio Mercurii ad ptyaliſmum excitandum.

REc. Mercur. cum ſaliva extinct. ab. ℥. j. ad. ℥. ij. *Maëts.*
Ol. Laurin. ℥. ß.
Axung. porcin. non ſalit. ℥. ij.
Ceræ. ʒ. iij.
Styracis liquid.
Florum ſulphur. ana ℈. j. m. f. ſ. a. Unguentum.

Pro delicatis, quibus ſumptus ferendi copia eſt, hoc modo præparari poteſt:

℞. Axung. porcin. ℥. iij.
Ol. Lilior.
Laurin.
Rutæ. ana ℥. j. ß.
Terebinth. Venet. ℥. iij.
Rubiæ tinctorum. ʒ. ij.
Mercur. viv. ℥. iij.
Croci.
Cinnamom. ana ʒ. j.
Moſchi.
Ambr. gris. ana gr. iv. m. f. ſ. a. linimentum.

Quo plantæ pedum inungantur, donec ſalivatio obſervetur. Quæ ſi hoc modo non procedat, etiam juncturæ pedum inungantur, donec ſalivatio juſta provenerit.

Pro pauperibus ſimpliciter hoc modo præparari poteſt:

℞. Mercur. cum ſalivâ extinct. ℥. j. ß.
Ol. Laurin. ℥. ij
Ceræ flavæ. ℥. ß. m. f. linimentum.

CAP. CCLXIX.

Nota generalis de uſu Mercurii, & Antimonii, interno.

le Mort. OMnes pulveres ex hiſce confecti nunquam in liquoribus exhibendi ſunt, partim quoniam ad fundum propriâ gravitate decidunt, partim etiam quoniam facillimè plicis Ventriculi, vel in gutture, hi pulveres hærere ſolent, unde noxiæ ſæpe ſalivationes, vel continui vomendi conatus, vel dejectio alvi, oriuntur. At ſub forma ſolida recluſi faciliùs deglutiuntur, & poſtea mediante Ventriculi fermento imminuuntur, unde operationes ipſorum noxiæ ceſſant. Aliàs etiam ſub forma infuſionis in vinaceis, & ſpirituoſis liquoribus macerantur, donec ſufficiente eorumdem qualitate, & minimâ quantitate, præditi ſunt, ut Vitrum Antimonii, Mercurius Vitæ, Crocus metallorum, Turbith minerale, Præcipitata omnia Mercurii, Regulus Antimonii &c.

CAP. CCLXX.

Reverberatio calcium Mercurii, &c.

Margr. REverberatio eſt calcinatio mineralium per ignem flammæ, fitque quando res calcinandæ committuntur ipſi flammæ.

♃. Calcem Mercurii, vel Martis. Inde crucibulo puro, & repone intra carbones accenſos, ita ut flamma in crucibulum apertum feratur. Relinque ſic per exiguum tempus, calcem ſæpiùs vertendo ſtylo, donec ſpiritus corroſivos depoſuerit. Tum remove, & refrigeratum reſerva uſui.

Uſus *hujus calcinationis eſt partim calces depurare, partim exaltare, & attenuare.*

Proceſſus ſecundus.

Idem. REc. Solutionis Mercurii per Aquam fort. factæ, & evaporat. ad ſiccitatem. q. v. Inde crucibulo puro, & in igne flammæ detine, donec

donec nil ampliùs emittat ſpiritus corroſivos, ſed acquiſiverit colorem rubicundum. Tum aufer calcem, & refrigeratam edulcora aquâ plantaginis: ſicca, & ſerva uſui. Hoc enim eſt *Præcipitatum* Chyrurgis dictum.

CAP. CCLXXI.

Turbith minerale.

REc. Mercurii crudi, & puri, ℥. j. *Marg.*
Sp. ſive Ol. Vitriol. rectificat. ℥. ij. m. & digere per noctem. Tum deſtilla ex retorta vitrea, valido igne, in arena, ad ſiccitatem uſque. Refrigerato furno, & retortâ, aufer retortam ex arena frigida, & abſtractum oleum Vitrioli reaffunde illi, quod relictum eſt, (hoc Chymici cohobare dicunt) fiatque iterum deſtillatio, ſicut antea, ex arena, ad ſiccitatem uſque. Cohoba adhuc ſemel, vel bis. Tum accipe maſſam albiſſimam in retorta relictam. Redige in pulverem, quem aquâ purâ aliquoties edulcora, & in momento ex pulvere albiſſimo fiet flaviſſimus. Siccetur hic, & ſervetur uſui.

Vires. *Purgat per vomitum, & ſeceſſum, conducitque morbis imprimis pituitoſis.*

Doſ. *gr. vj. vel viij.*

Nota bene. Turbith minerale poteſt fundi in ſubſtantiam auri inſtar. Si ſolvatur Mercurius in ſpir. Vitrioli rectificato: poſtea deſtilletur ad ſiccitatem, & reſiduum edulcoretur, ita ut Mercurius fiat lutei coloris. Tum ſcil. vocatur Turbith minerale. Tum denique, ſi fundatur in igne aperto, habebis ſubſtantiam fixam, quam Poterius elaborat in ſubſtantiam auream. Sed ego nunquam potui elaborare.

Fixatio Mercurii:
proceſſus ſecundus.

REc. Mercur. crud. ℥. ß.
Sp. Vitriol. rectificat. ℥. j.
Miſce, & digere per xxiv. horas. Tum ſolutionem abſtrahe, ſive deſtilla, ex retorta vitrea, ad ſiccitatem uſque, & relinquetur in fundo retortæ maſſa albiſſima, quæ removeatur ex retorta, & edulcoretur aquâ *Idem*

purâ, & ſtatim fiet materia flaviſſima. Quæ, aquâ decantatâ, ſiccetur in pulverem luteum, qui eſt ipſum Turbith minerale. Hæc maſſa, ſi fundatur in crucibulo, poterit formari in annulos, & ulteriùs etiam elaborari in Mercurium fixum, apud Poterium.

Turbith minerale:
proceſſus tertius.

Margr. REc. Solutionem Mercurii in aq. fort. aut ſpir. Nitri, & deſtilla ex retorta ad ſiccitatem uſque. Tum, quod abſtrahitur, reaffundatur, & ſic cohobando bis, aut ter, eadem operatio iteranda. Ultimò, quod remanet in retorta, eximatur, & ei aqua pura affundatur, quæ ſtatim flavum colorem accipit. Deinde, aquâ decantatâ, in pulverem ſiccetur. Eſtque Turbith minerale.

Vires. *Purgat bilem præcipuè.*

Doſ. *eſt. gr. vj.*

Proceſſus quartus.

Idem. REc. Mercur. crud. ℥. j.
Ol. Vitriol. ℥. ij. m. in retorta vitrea, &, ex eadem, deſtilla in arena, ad ſiccitatem uſque. Quod prodit, iterum affunde relicto, id eſt, cohoba, idque bis, & relinquitur in fundo materia albiſſima, quæ edulcorata aquâ purâ ſtatim fit flaviſſima. Quam ſicca, & ſerva uſui. Hæc vocatur vulgò *Turbith minerale*: eſtque nihil aliud, quàm *Mercurius præcipitatus luteus.*

Vires. *Purgat per alvum, & vomitum, imprimis humores pituitoſos.*

Doſ. *ſunt gr. vj. vel viij.*

Præparatio Turbith mineralis:
proceſſus quintus.

Maëts. REc. Mercur. ℥. j.
Ol. Sulph. p. Camp. ℥. iij.
Committantur retortæ vitreæ, & inſtituatur deſtillatio, igne ſatis vehementi, ad ſiccitatem uſque. Quo peracto, frange retortam, materiamque albam in aq. pluv. calenti diſſolvito. Ita candor hujus materiæ con-

ver-

vertetur in colorem citrinum. Quam crebris ablutionibus ab omni acrimonia, quantum fieri poteſt, liberato.

Turbith hoc interiùs exhibitum vomitus, ſedes, & ſalivationes excitare ſolet. Quæ maligna ſymptomata tollere, ſi animus fuerit, præeunte Paracelſo in Chyrurgia ſua majori, pag. 314. hac methodo procedito:

♃. Phlegmatis Salis, Vitrioli, ana ℔. ß. Eâ conditione deſtilles, ne ſp. acidus ſubſequatur. Aceti deſtillati. ℔. ß. Albuminum ovorum ad duritiem coctorum. ℔. iv. Miſceantur inter ſe, & leni igne deſtillato abſque empyreumate.

♃. Hujus menſtrui. ℥. iij.
Turpethi mineralis. ℥. j.

Committito retortæ vitreæ, & per deſtillationem omne liquidum auferto. De novo eandem quantitatem menſtrui affundito, & procede, ut priùs. Hoc continua quouſque omnem acrimoniam à Turpetho ablatam animadvertas. Poſtea, ut ſecurius evadat, inflammes cum ſp. Vini. Ita obtinebis medicamentum Mercuriale præcipitatum per acidum ſulphuris, & liberatum ab omni acrimonia. Quod ſi interiùs adhibetur.

♃. Elect. de ſucco roſar. ℈. j.
Turpeth. præparat. gr. v. m. f. doſis.

Quod ſi applicetur exteriùs in ulceribus malignis Venereis:

♃. Ung. Ovorum. ℥. iv.
Turpeth. ℥. ij. m. bene inter ſe.

Ulcera maligna hoc unguento illinenda, quouſque omnis virulentia ablata ſit. Poſtmodùm applices unguentum Aloë-hepaticum, quod hac methodo præparatur:

♃. Aloës hepatic. ℥. ij.
Croci Martis
Thuris. ana ℥. ß.
Mumiæ. ʒ. j.
Mel. Terebinth.
Vitell. Ovor. ana q. ſ. ad formam Unguenti.

Vide cap. 275. ſub tit. Præparatio Præcipitati diaphoretici, & purgantis Paracelſi.

Porceſſus ſextus.

Rec. part. j. Mercurii ab omni adulterio liberati per deſtillationem (quod fit miſcendo Mercurium cum batiturâ ferri, calce vivâ, cum ſco- Maëts.

riis Martis, vel Veneris, vel revivificando Mercurium sublimatum, vel præcipitatum cum prædictis speciebus. Sed nota, quòd vas recipiens ad dimidium debeat esse repletum aquâ frigidâ, ut ejus beneficio præcipitatum Mercurii coaguletur in Mercurium currentem. Hunc Mercurium cum lixivio cinerum clavellatorum, & calcis vivæ, ana, agitando fortiter ab omni nigredine lava. Postmodùm cum sp. Vin. Mercurium ter, vel quater, ablue, agitando, ut priùs; ita enim obtinebis Mercurium ab omni spurcitie, & nigredine, liberatum) Olei Sulphuris per Camp. part. iij. Destillentur simul per retortam ad siccitatem. Oleum Sulph. p. camp. de novo materiæ in fundo retortæ relictæ affunde, & procede, ut priùs; tertiâque vice hoc repetito. Mercurium per ol. Sulph. p. Camp. quodammodo fixatum contere in pulverem, & in aquam tepidam conjice, ac flavescet illico. Hunc pulverem exicca, & usui reserva. *Ita enim obtinebis Turpethum minerale, cujus usus est in Lue Venerea, Gonorrhæa, Hydrope, ulceribus malignis.*

Exhibetur cum Theriaca, Mithridatio, Confectione Hamech, Extracto Catholico, vel similibus.

Dos. *à gr. iij. ad ℈. ß.*

Turpethum minerale, id est, Mercur. præcipit. per ol. Vitrioli: processus septimus.

le Mort. REc. Mercurii vivi ℥. j. vel. ℥. j. ß.
Ol. Vitriol. rectif. ℥. j. ß.

Exhalent simul super ignem, ad siccitatem usque, sub finem augendo ignem, donec vas inferiùs ferè candeat. Refrigeratis omnibus, (fortiter autem calcinanda est, ut omnis Mercurius non bene calcinatus avolare possit) massa alba eximatur, & infundatur aquæ pluv. Sic ad fundum præcipitatur pulvis citrinus sæpiùs edulcorandus, & exiccandus super cretam.

Nota primò. Quò Ol. Vitrioli magis rectificatum est, eò elegantioris evadit Turpethum coloris.

Nota secundò. Idem Turpethum fieri potest per ol. Sulph. Camp. loco ol. Vitrioli.

Nota tertiò. Post edulcorationem, sp. Vini rectificat. sæpius super ipsum incendunt, ut tantò magis fixetur.

Purgans est egregium in Lue Venerea, & ei annexis symptomatis. Salivationem producit, & vomitus, si nimiâ dosi sumatur.

Dos. *à gr. ij. ad vj. in bolo, vel pilulis.*

Nota

Nota. Si recipias omnes aquas in edulcoratione adhibitas, ac hisce superfundas ol. Tartari per del. sic præcipitabitur pulvis aurei coloris, qui vel seorsim admisceri possit, vel cum præcedente commisceri. Nam in edulcorando Turpetho, uti fere in omnibus edulcorationibus fieri solet, plures particulæ simul illius subjecti eluuntur, & dissolvuntur, quæ hac ratione, si opus sit, recuperantur.

Nota ultimò. Illud Turpethum, quod mediante sale Tartari præcipitatur, tutioris est usûs.

Processus octavus.

REc. Mercurii vivi. ℥. j. *le Mort.*
Ol. Vitriol. vel
Sulph. p. Camp. ℥. ij. (*Quæ duo easdem fere operationes circa Chymiam semper exercent.*) Evaporetur oleum primò lento igne, ultimò fortiori, donec massa alba remaneat. Hanc aquæ communi infunde, & illico colorem acquiret flavum. Aquæ supernatanti infunde guttulas aliquot olei Tartari, & sic omne, quod solutum in aqua superest, præcipitabitur ad fundum. Pulverem sæpiùs, reaffusâ aquâ recenti, edulcora: dein exicca: exiccato, si libet, spiritum Vini infunde rectificatissimum. Digerantur simul per diem naturalem. Sic planè edulcorabitur. Post digestionem, sp. Vini deflagretur super pulverem: deinde ad usum servetur.

Vires, & usus. *Purgat: salivationem, & vomitum, in nimia dosi assumptum movet, in Lue Venerea, Morphæa, Gonorrhæa, & similibus affectibus.*

Dos. *à gr. j. ad vj. in bolo, vel pilulis.*

CAP. CCLXXII.

Coagulatio Mercurii.

REc. Mercur. crud. *Margr.*
Plumb. crud. ana ℥. ß.
Fluat Saturnus in crucibulo. Tum effundatur in aliud crucibulum frigidum, & mox superaffundatur ei Mercurius crudus; statimque hæc duo abibunt in unam massam. Hanc massam projice in crucibulum calidum, non tamen ignitum planè, & statim fluida effunde in crucibulum frigidum. Sic omnia

omnia meliùs miſcebuntur, & conſtituent maſſam duriorem, quæ impoſita per aliquot dies, & noctes, in aquam fabrorum ferrariorum evadit duriſſima. Nonnulli Mercurium crudum includunt linteolo denſo, & Saturnum effuſum, & jam ex parte coagulatum, mollem tamen adhuc, baculo, aut ſtylo, perforant, & in foramen Mercurium cum linteo inſerunt, ſicque Mercurium ſolo vapore Saturni coagulant.

Uſus *Mercurii coagulati multiplex eſt. Primò, ut fiat malliabilis, & habeatur argentum. Secundò, poteſt geſtari pro amuleto contra peſtem, & venena. Tertiò, poteſt redigi in pulverem, & addi emplaſtris. Quartò, poteſt inſpergi ulceribus antiquis, quorum panacea Mercurius eſt, nam eſt alcali, & abſorbet acida.*

Mercurius coagulatus: proceſſus ſecundus.

Margr. REc. Mercurii crudi; Saturni crudi, ana ℥. j. Fluat Saturnus in crucibulo. Fluidum effunde in crucibulum aliud, & frigidum. Cui mox ſuperfunde Mercurium crudum, & in momento Mercurius in ſuperficie coagulabitur, & cum plumbo in unam maſſam abibit. Funde hanc maſſam adhuc ſemel, ac iterum, ut duo hæc metalla bene uniantur. Tum maſſam repone per 24 horas in aquam frigidam, &, ſi poteſt fieri, in aquam fabrorum ferrariorum. Sic Mercurius notabilem duritiem acquirit, nec tamen erit malleabilis, niſi quis peculiari aliâ arte illum reddat malleabilem. Quod Helmontius profitetur poſſe fieri cum pulvere chryſopliſio, quem ſcribit poſſe ferro adimere duritiem, & eandem largiri Mercurio.

Uſus. *Hæc coagulatio inſervit, primò, ut Mercurius ex crudo fiat ſolidus. Secundò, ut poſſit pulverizari, & per conſequens miſceri emplaſtris. Tertiò, ut commodiùs pro amuleto geſtari poſſit. Quartò, ut poſſit eſſe baſis Lunæ fixæ. Quintò, ut inſerviat Mercurio diaphoretico, aliiſque conſignandis medicamentis.*

CAP. CCLXXIII.

Præparatio Mercurii dulcis.

Maëts. REc. Mercur. ſublimat. corroſiv. ℥. viij.
vivi currentis. ℥. vj.

Conteratur Mercur. ſublim. corroſ. in pulverem tenuem. Deinde ei affunde

affunde portiunculam Mercurii vivi, quam cum Mercurio ſublim. tamdiu contere, quouſque diſpareat Mercurius vivus. Poſtea de novo affunde Mercurium vivum, & procede, ut priùs: hocque continua, donec ℥. vj. Mercurii vivi abſumptæ ſint à Mercur. ſublim. corroſ. & in pulverem ſimul convertantur. Quem vaſculo vitreo ſublimatorio committito, & igne ſatis ſtrenuo in altum elevato. Ita enim Mercur. ſublim. corroſ. & Mercur. vivus in maſſam ſimul coëunt circa collum vaſis ſublimatorii. Hac in operatione ſales corroſivi Mercurii ſublimati de novo corrodentes Mercurium vivum per reactionem obtunduntur, id eſt, anguli eorum acutiſſimi abraduntur, & ſic dulceſcunt. Hac operatione peractâ, diffringe vaſculum ſublimatorium, & Mercurium exime, guſtuque explora, utrumne ſales feroces de acrimonia ſuâ remiſerunt, & dulces evaſerunt. Hoc ſi primâ in ſublimatione non accidit, Mercurium ſublimatum de novo in pulverem contere, &, ut priùs, ſublimationi ſubjicias; ita, quod per primam operationem non peragitur, peragetur per ſecundam. Sic venenoſus Draco caudam propriam devoraverit, & ferox Aquila mitis, manſuetaque evaſerit.

Vires. *Mercurius dulcis interiùs aſſumptus blandè eſt purgans, pituitam tenacem incidens, & expellens, ac proinde in Gonorrhæa præſtantiſſimum nobis ſuppeditat medicamentum purgans; expellit enim pituitam, cui acre Venereum fermentum inhærere ſolet. Exhibetur ordinariò cum aliis mixtus purgantibus, utpote cum* Extracto Catholico, *Trochiſc. Alhandal, cum Diagridio, vel ſimilibus aliis.*

Doſ. *eſt. à gr. vj. ad gr. xv. vel xx. Scil. in forma pilularum, vel conſervæ, vel opiati, exhibitus. Quòd ſi doſis extendatur à ℈. j. ad ℈. ij. vel ad integram drachmam, & hoc per aliquot dies continuetur, ſalivatio ſatis notabilis iis inducitur, in quibus Lues Venerea jam altis radicibus hæret.*

Proceſſus ſecundus.

REc. Mercur. ſublim. corroſiv. ℥. viij. *Maëts.*
crudi. ℥. vj.

Conterantur inter ſeſe, donec Mercurius crudus mortificatus ſit. Committantur phialæ ſublimatoriæ, & inſtituatur, ex arena, ut artis eſt, ſublimatio. Ignis in principio ſit lenis; poſtmodùm ſucceſſivè augeatur, donec Mercurium undique lateribus phialæ adhærentem conſpicias. Omnibus refrigeratis phialam diffringe, & Mercurium in ſuperiore parte phialæ ſublimatum à fæcibus ſepara. Mercurium ſublimatum de novo

in pulverem contere, & moderato primùm igne sublima, quousque, uti priùs, Mercurium in superiori parte phialæ sublimatum conspicias. Procede, ut priùs, & explora, utrum sublimatum hoc de acrimonia sua remiserit. Quod si successerit, usui medico reserva. Secus operationem denuò redintegrato, ut priùs. Ita enim Aquila volans mitificata est, & Draco venenatus propriam devoravit caudam, id est, acrimonia Mercurii sublimati deleta est per continuatam actionem in Mercurium crudum: quo in casu anguli acuti salium corrosivorum Mercurii sublimati atteruntur, per continuam reactionem in Mercurium crudum, & admodum obtusi evadunt, id est, dulcescunt.

Exhibetur ordinariò in conserva, & Extracto, ut aptè deglutiri queat absque dentium noxa, quibus Mercurius infestus esse solet. Et ne diutiùs, quàm par est, in corpore delitescat, exhibetur cum aliis purgantibus, ut Extracto Catholico, Diagridio, Trochisc. Alhandal.

Dosis *quandoque extenditur ad ʒ. ß. Ulteriùs si dosis extendatur, ptyalismum, sive salivationem excitare solet. Unde qui morbo Venereo curando incumbunt, frequenter hunc Mercurium in usum medicum adhibent, sed dosi majore, utpote à. ʒ. ß. ad ℈. j. Ingreditur hic Mercurius sublim. dulcis descriptionem pilularum specificarum ad gonorrhæam*, pilulæ trium Diabolorum *dictarum.*

℞. *Trochisc. Alhandal*
Diagrid. ana gr. iv.
Mercur. sublimat. dul. gr. viij. m. f. s. a. pilulæ n. iv. cum Syrupo Stœchados pro dosi in robustis.

Mercurii sublim. dulcis:
processus tertius.

le Mort. REc. Mercurii vivi. ℥. vj.
sublimat. corrosiv. ℥. viij. ad minimum.

Mercurius corrosivus optimè teratur: dein admisce Mercurium vivum, & simul lævigentur, donec omnis Mercurius disppareat, & pulvis plumbei coloris appareat.

Nota primò. Quò diutiùs lævigetur, eò magis albus fit pulvis, & eò citiùs etiam edulcoratur Mercurius.

Reponantur simul in parva phiala, & digerantur per hor. xxiv. blando igne: dein urge ignem ad summum usque gradum, in eo persistendo per quadrantem horæ, vel dimidiam horam, ad summum.

Refri-

Refrigeratis omnibus frangatur Vitrum; & si Mercurius satis dulcis sit, & chrystallinus, durusque, tum ad usum reponatur. Si verò nimis fragilis, & instar pulveris, appareat, denuò sublimationi committendus est.

Vires. *Purgat lenißimè omnes humores, salivationem producit, si sæpe reiteratâ dosi exhibeatur. Vermibus puerorum prodest.*

Dos. *à gr. ij. ad ℈. j.*

Mercur. sublimat. dulcis: processus quartus.

Rec. Mercur. sublimat. corrosiv. ℥. j. *Mort.*
vivi. ʒ. vj.

Misceantur exactissimè, donec vivus nullibi appareat. Mixturam hanc infunde phialæ oblongi colli. Reponantur in arena, & lento igne primò procedatur per hor. ß. dein sensim augendo ad incandescentiam usque non vitreæ, sed terreæ, ollæ. Refrigeratis deinde omnibus, vitrum rumpatur, & Mercurius circumcirca adhærens colligatur. Aut si non satis sit dulcis, ad sublimandum denuò reponatur in recenti phialâ, & sublimetur ut ante. Ubi omnis postea saporis expers est, ad usum reponatur.

Nota primò. Si Mercurius sublimatus cum Mercurio vivo digeratur per diem. j. aut saltem leni calore, eò meliùs salia acida in corrosivo Mercurio existentia Mercurii vivi poris sese insinuare possunt, & mediante illo aciditas tantò magis infringitur corrosiva, ita ut unicâ tantùm sublimatione planè dulcis postea evadat.

Nota secundò. Si Mercurius vivus sale communi in dupla quantitate permisceatur cum sufficienti quantitate Colcotharis, seu cap. mortui Vitrioli, & statim ignis satis fortis ei applicetur, assurgit Mercurius dulcis, qui per se iteratò sublimari possit.

Vires. *Panchymagogus est, & omnes in universo corpore latitantes humores attrahit, & fermentationem, & præcipitationem satis magnam inducit, ideòque attractivi, & stimuli, loco inservit in cæteris purgantibus. Salivationem in nimiâ dosi propinatus movet: in morbis fixioribus, & malignis, est plurimi usûs, ut in Leprâ, Lue Venerea, podagrâ, chiragrâ, &c.*

Dos. *à gr. iij. ad gr. xx. In vermibus etiam puerorum expellendis datur iis infusio, aut sub forma pulveris in bolo propinatur ad gr. ij. vel. iij.*

Processus quintus.

Marg. R Ec. Mercur. sublim. corrosiv. ℥. j.
crud. ʒ. v.

Misceantur in mortario vitreo accuratissimè, donec Mercurius non amplius conspiciatur currens. Hanc massam inde parvæ lagenulæ vitreæ, & in igne aperto, in patella terrea, cum arena, sublima per sesquihoram. Sic adscendet Mercurius, interdum ad summum vitri, interdum ad medium, & per circulum adhærebit, fæcibus in fundo relictis. Vitrum refrigeratum per medium secetur ferro ignito, separeturque Mercurius purus à fæcibus.

Teratur iterum in mortario vitreo minutissimè, & sublimetur per se sine ullâ additione in vitro puro, sicut antea: quo facto, collige Mercurium, & serva usui.

Vires. *Est insigne hydragogum, & phlegmagogum magnum, imprimis si cum aliis purgantibus fortificetur, sive acuatur: movet salivationem; medetur ulceribus externis, & internis.*

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ʒ. ß.

Processus sextus.

Idem. R Ec. Mercurii sublimat. ℥. j.
crud. ʒ. vj.

Misce accuratè in mortario vitreo. Hanc massam sublima ex lagenulâ vitrea, in igne arenæ tertii gradûs, per hor. j. ß. Sic tota massa sublimabitur ad circuitum vitri, sacchari instar.

Peractâ operatione, rescinde vitrum candenti ferro; & Mercurium hunc sublimatum redige in pulverem, & secundâ vice sublima ex lagenulâ purâ. Sublimatum factum insipidum, qui ideò dulcis dicitur, serva usui.

Vulgò sublimationem adhuc aliquoties repetunt, vel septies. Sed quò sæpiùs sublimatur Mercurius, eò magis deponit vim suam purgatricem. Præstat itaque contentum esse secundâ suâ sublimatione.

Vires. *Purgat leniter per alvum humores serosos. Sed debet semper ejus vis acui alio purgante, ne stagnando in corpore salivationem efficiat. Movet autem salivationem modo quodam incognito, si ejus* ʒ. ß. *aut* ʒ. j. *singulis diebus, per aliquot dies, sumatur. Externè medetur ulceribus, & partium excoriationibus, imprimis Venereis.*

Dos. *est* ℈. ß. *ad* ʒ. ß.

[Mer-

Mercur. ſublimat. dulcis, ſive Mercur. meteorizatus, ſive Draco mitigatus: proceſſus ſeptimus.

REc. Mercur. ſublimat. corroſiv. ℥. ij. *Margr.*
crudi. ℥. j. ß.

Miſceantur in mortario vitreo, tamdiu agitando piſtillo, donec Mercurius currens accuratè miſceatur ſublimato, neque ampliùs currat, habeturque pulvis griſeus. Hunc pulverem ſublima ex cucurbita vitrea, in arenâ, igne tertii gradûs, per hor. j. ß. Sic Mercurius uterque ſimul ſublimabitur ad latera cucurbitæ, & ſacchari inſtar adhærebit: in fundo remanebunt fæces, ſi quæ fuerint. Operatione finitâ, reſcindendum eſt vitrum ferro ignito: Mercurius eſt colligendus, iterumque terendus, & eodem modo, ſicut antea, in cucurbita pura ſublimandus: Poteſtque hæc ſecunda ſublimatio ſufficere. Habebitur hoc modo Mercurius dulcis, id eſt, omnis acrimoniæ expers, qui tutò intra corpus exhiberi poteſt. Neque opus eſt ſexies, vel ſepties, aut ampliùs repetere operationem, quia tum omnes vires amittit.

Vires. *Eſt egregium hydragogum, imprimis lymphæ vitia corrigens, ſed debent ei addi alia purgantia hydragoga, aut phlegmagoga, quia per ſe parum corpus movet. Deinde hic Mercurius imprimis movet ſalivam, unde magnum uſum apud Chirurgos obtinet in curanda Lue Venerea per ſalivationem internè præcipuè excitatam. Exhibent ſcil. toties, per aliquot dies, intra corpus, donec ſequatur ſalivatio.*

Doſ. *eſt ab aliquot gr. ad* ʒ. ß.

CAP. CCLXXIV.

Præparatio Præcipitati diaphoretici, & purgantis, Paracelſi.

REc. Turpethi mineralis v. g. ℥. j. (Vel, ſi cui viſum fuerit, Mercurii præcipitati rubri cum ſpir. Nitri præparati. Præcipitata hæc ablue, & edulcora aquâ vulgari, quantum fieri poteſt) Huic affunde ℥. iv. menſtrui ſequentis: *Maëts.*

(♃. Alumin. crud. q. p. Deſtilla igne leni ipſius phlegma, eâ lege, ne ſpir. acidus ſubſequatur. Eodem modo procede cum Vitriolo:

 ♃. Aq.

♃. Aq. Alumin. & Vitriol. ana ℔. ß.
Aceti destillat. ℔. j. ß.
Albumin. ovorum ad duritiem coctorum. ℔. iv.

Misceantur simul, & destillentur per cucurbitam leni igne, quod nota bene, ne albumina ovorum empyreuma concipiant) Destillentur simul per retortam ad siccitatem. Quartâ cohobatione novam prædicti menstrui quantitatem affunde, & per quatuor sequentes destillationes procede, ut priùs. Postea ipsi affunde Alcohol Vini ad eminentiam duor. digitor. transversor. Quod per destillationem ad siccitatem aufer, in fine ignem mediocriter augendo; hocque quinquies, vel sexies, repete. *Ita enim obtinebis præcipitatum in Lue Venerea, ulceribus malignis, febribus, obstructionibusve*, Arcanum *eximium.*

Quod si purgans magis desideres, quàm quidem diaphoreticum, exhibeatur cum Extracto Catholico, vel Confectione Hamech, vel cum Elect. de succo Rosarum. Diaphoreticum magis si velis, exhibeatur cum Theriaca, cum Mithridatio, Confectione Alkermes, de Hyacinthis, vel similibus cordialibus, & diaphoreticis.

Dos. *à gr. ij. ad v. vel vj.*

In ulceribus malignis tam Venereis, quàm aliis, miscetur cum unguento Ovorum, & exteriùs applicatur plagis. Quæ postea, ubi illarum virus per præcipitatum hoc est extinctum, consolidantur Emplastro Opodeldoch Paracelsi, vel similibus incarnativis.

Vide cap. 272. processum 5.

CAP. CCLXXV.

Præparatio Mercur. diaphoretici.

Maëts. REc. Stann. Anglic opt.
Mercurii à nigredine loti. ana ℥. j. f. s. a. amalgama. Quod dissolvatur in bonæ notæ Aq. fortis. ℥. iv.

Solutione peractâ, calcem per repetitas edulcorationes, quantum fieri potest, ab omni acrimonia liberato, & cum Alcohol Vini per inflammationem figito; hoc repetendo per sex, decemve vices.

Vel, quod præstat:

REc. Mercurii purificat.
Stanni opt. ana q. pl.

Dissol-

Dissolvito in Aq. fortis duplo absque amalgamate. Solutionem à fæcibus claram, & limpidam, si quidem sint, decanta, & aquam fortem ad remanentiam dimidii evaporato; ita enim suâ sponte præcipitabitur calx. Quam edulcorato, & fige, ut dictum priùs. Et sic obtinebis Mercurium diaphoreticum, quem, si interiùs exhibere volueris, misce cum Theriaca, Mithridatio, vel alio quovis sudorifero appropriato.

Exhibetur in Lue Venereâ, scabie inveterata, in ulceribus malignis, in febribus, &, in genere, in omnibus corporis nostri pertinacioribus obstructionibus.

Dos. *à gr. ij. ad gr. v.*

Nota bene. Quòd ex commixtione Veneris rubræ Japonicæ cum Marcasitâ aureâ oriatur mixtura auri valde similis. Hac scil. conditione, ut tantum addatur Marcasitæ aureæ q. s. ad colorem aureum. Plus enim si addideris, Venus nimis redditur friabilis.

CAP. CCLXXVI.

Laudanum Mercuriale Paracelsi.

REc. Mercurium Virgineum, qui invenitur propriis mineris revivificatus: vel Mercurii ab omnibus sordibus per ablutiones cum sale, & aceto, vel cum lixivio purificat. q. pl. *Mæts.*

Huic affunde sp. Nitri rectificati q. s. ad solutionem. Quâ peractâ, f. evaporatio spir. Nitri, ut moris est in Mercurio sublimato rubro, præparando per Aq. fortem. Ita enim obtinebis præcipitatum instar florum Papaveris Rhoeados. Huic præcipitato affunde alcohol Vini ad eminentiam digitorum transversorum trium, instituaturque destillatio (*fortè digestio*) per dies 40. vel mensem Philosophicum, spiritusque tuus Vini evadet mucilaginosus. Quo signo apparente, spiritum Vini leniter decanta, & in cucurbitâ alembico munitâ spiritum Vini leni igne auferto. Ita remanebit tibi in fundo massa oleosa; quam per retortam pellito. Ita enim portio Mercurii revivificatur, portio verò transibit in formam olei.

♃. Hujus olei. part. x.
Croci Solis. part. j.

Digerantur simul, donec oleum tuum, instar sanguinis, rubescat. Quod decanta, & in phiala Hermeticè sigillata fige calore furni Philosophici, continuò coquendo in tincturam fixam.

Dos. *à gr. j. ad iij. ad summum.*

Usus.

Usus *præcipuè in Lue Venerea, febribus, hydrope, scabie profunda, & in genere in omnibus obstructionibus pertinacioribus.*

CAP. CCLXXVII.

Aq. Mercurialis Rulandi.

Maëts. REc. Aq. plantagin. ℔. j.
Rosarum. ℔. ß.
Succi Arantior. ℥. iij.
Mercur. præcipitat. ℥. ß.

M. simul, & leni igne coque ad resolutionem præcipitati.

Aquâ hâc lavato exteriùs ulcera maligna, &, observatis exactè medicamentis internis, brevi spatio sanata videbis.

CAP. CCLXXVIII.

Oleum Mercurii.

Idem. REc. Stann. Anglic. opt.
Mercur. ab omni nigredine loti. ana ℔. j.

Fiat Amalgama, ut artis est. Quod ab omni nigredine, & spurcitie exactè lavato. Huic adde:

Mercurii sublimat. corrosiv. ℔. ij. Conterantur subitò in Alcohol, & tabulæ marmoreæ, vel vitreæ, inclinatæ, in cella, imponantur. Ita enim resolvetur massa in liquorem, portioque Mercurii revivificabitur. Liquorem verò à Mercurio currente separa, & retortæ committito, lenique primùm igne phlegma attrahito: postmodùm augeto ignem tuum, & transibit collum retortæ oleum Mercuriale maximarum virium.

Nota, quòd phlegma cum oleo misceri non debet, sed simul ac abstractum est, auferri oportet, aliudque vas recipiens collo retortæ applicari, ut oleum purum recipiatur.

Hoc oleum ulceribus malignis applicatum ex fundamento illa curat, præsertim si sulphure metallico nobilitatum fuerit hoc modo:

♃. Lamellarum Veneris q. pl. In frusta minora conscindito, iisque affunde oleum Mercuriale ad eminentiam transversor. dig. duor. Stent simul in digestione, quousque oleum insigni colore imbutum observaveris.

veris. Tunc oleum decanta: aliud affunde: & procede, ut prius. Tincturasque confunde, & leni igne phlegma superfluum auferto, & loco quieto collocato. Ita enim concrescunt chrystalli visui amœnissimæ. Quas chrystallos, successivis ignis gradibus, calcinato, in phiala non nimis arctè clausa, in pulverem aurei coloris, verum ulcerum malignorum domitorem.

Ulceribus enim malignis, cancro scilicet, lupo, fistulis &c. inspergitur, vel cum emplastris miscetur, & debito modo exteriùs applicatur.

CAP. CCLXXIX.

Mercurii sublimati corrosivi facillima præparatio.

REc. Mercurii crudi q. p. Dissolve in q. s. Aq. fort. generosæ. Post dissolutionem, leni igne, aquam fortem ad siccitatem pulveris auferto. Cui misce æq. part. Sal. commun. decrepitat. Sublimato simul igne fortiori, quousque Mercurius instar sublimati appareat in phiala. Et obtinebis Mercurium sublimatum corrosivum respondentem omni ex parte viribus Mercurii sublimat. officinarum. *Matts.*

Mercur. sublim. corrosivus: processus secundus.

MErcur. sublimat. corrosiv. viliùs hîc emitur, quàm conficitur, à Venetiis in magna copia allatus. Sed tamen talis est operatio. *le Mort.*

℞. Sal. commun. ℔. ij.
Vitriol. ad rubedinem calcinat. ℔. j. ß.
Nitri. ℥. iv.
Mercur. vivi. ℔. j.
Mercur. sublim. corrosiv. ℥. j.
Aceti destillat. cochl. circ. j.

Conterantur simul in mortario lapideo per hor. circiter. j. donec Mercurius planè dispareat. Massam hanc cucurbitâ planâ infunde, & in arena simul impone. Sublimetur tribus primis diebus igne lenissimo, ita ut vix quicquam adscendat, nisi mera Aq. fortis, quæ ad usum servari poterit. Quarto die augeatur ignis. Sic materia albissima in superficie fæcum elevabitur, quæ fractâ cucurbitâ, à fæcibus facillimè separatur.

Fæces superſunt in unam maſſam conglobatæ ad lapidis duritiem. Materiam albam, ſeu Mercurium hunc corroſivum ad uſum reſerva.

Nota primò. Quò firmior, & durior, eſt iſta maſſa alba, eò etiam eſt melior.

Nota ſecundò. Si ignis nimis citò intendatur, ſublimabitur Mercurius ſub forma pulveris & altum petet, non tam corroſivus, neque tam ponderoſus.

Notâ tertiò. Si breviſſimo tempore Mercurius expetatur corroſivus, ſequenti modo procedatur:

℞. Solution. Mercur. in aq. fort. fact. part. j.
Sal. commun. part. iv.

Miſce, & per retortam, vel cucurbitam vitream, omnis ſpiritus propellatur. Poſtea augeatur ignis, & ſic adſcendet Mercurius corroſivus albiſſimus in uſum reſervandus.

Hæc operatio quinque, vel ſex, horarum ſpatio perfici poterit, & æquè corroſivum præbet Mercurium. Ante biennium non nota fuit iſta methodus, & ſic jam Amſtelodami conficiunt, & inde jam venditur pro. ij. floren. xij. ſtiver. cùm antea fuerit. iij. flor. & x. ſtiver.

Vires. *Operationibus Chymicis inſervit; corroſivus, & venenatus, eſt. Vomitum, & ſalivationem, inducit, ſi ad gr. j. exhibeatur.*

CAP. CCLXXX.

Calcinatum magnum Mercuriale Paracelſi.

Maëts. ACcipe Mercurii, & Stanni. ana ℔. j. Fiat amalgama, ut artis eſt. Huic adde Mercur. ſublimat. ℔. ij. Conterantur in alcohol, & reſolv. per deliq. ut dictum in oleo Mercuriali ad ulcera maligna.

Acc. Hujus liquoris. ℔. ij.
Nitr. & Vitriol. ad albedin.
calcinat. ana ℔. ij.

Ex quibus ſalibus, Nitro ſcilicet, & Vitriolo, elicito aquam fortem, ut artis eſt. In vaſe verò recipiente collocatum ſit oleum tuum Mercuriale, eâ conditione, ut vaſa non nimis diligenter ſint occluſa. Etenim, cùm Aq. fortis incidit in oleum Mercuriale, potenter ſimul efferveſcunt. Operatione peractâ, rectifica tuum menſtruum ex oleo Mercuriali, ex Nitro, & Vitriolo ad albedinem calcinat. eductum, & habebis oleum aurei coloris.

℞. Mer-

℞. Mercur. ab omni nigredine purgat. ℥. ij. Huic affunde olei tui ad eminentiam transverfor. dig. duor. Igne forti fiat abftractio olei à Mercurio. Et hoc quartâ vice repetatur, affundendo femper olei Solaris novam quantitatem. Hoc peracto, majoris fecuritatis gratiâ, hoc idem tentato cum oleo Vitrioli rectificato. Ita enim obtinebis Mercurium verè diaphoreticum, ignis patientem, ab omni Nitri, & Vitrioli, acredine liberandum cum aq. pluv. &, uti fieri folet, cum fpiritûs Vini flammâ figendum.

Hic Mercurius tanto cum labore præparatus patientiam, & fumptus, laborantis fatis compenfat in fua medela. Etenim fefe habet ad inftar univerfalis Panaceæ. Solvit pertinaciores morbos chronicos, utpote Quartanas, Hydropem, Scorbutum, Luem Veneream inveteratam, Lepram, obftructionem nervorum, Paralyfin, &c.

Dof. *à gr. j. ad. iij.*

Infuper oleum hoc magnas obtinet vires in refolutione metallorum in crocos. Aurum enim hoc menftruo corrofum crocum exhibet, ex quo, cum fequenti menftruo, tinctura facile educi poteft cardiaca. Vide proceffum fub tit. Menftruum ad tincturam Solis cardiacam, cap. 432.

Cap. CCLXXXI.

Revivificatio Mercurii.

REc. Cap. mortui Butyri Antimonii q. v. & ei adde mediam circiter partem calcis vivæ (vel, in defectu ejus, Limaturæ Martis partem quartam) Cinerum clavellatorum. ℥. j. fcilicet ad ℔. j. cap. mortui. Immittantur phialæ terreæ, & igne aperto fat forti urgeatur, appofito Recipiente aquæ femipleno, ficque guttatim defcendet Mercurius. Tamdiu operatio urgenda eft, donec per hor. ß. omnia candefacta fuerint. Refrigeratis omnibus, aqua fupernatans effundatur, & Mercurius in collo retortæ hærens concutiendo ejiciatur. Fæces Mercurio fupernatantes cum aqua elue, donec fplendibus appareat. Dein cum linteo ficco humiditas, quæ effundi nequit, abftergatur. Mercurius poftea per linteum coletur, & ufui refervetur. *le Mort.*

Eodem modo omnes pulveres è Mercurio factos reducere poffumus, ut & Cinnabarim. Cinnabaris nihil aliud eft, quàm partes fulphureæ cum Mercurio vivo. Ex ℔. j. Cinnabaris ℥. xv. ß. Mercurii vivi colliguntur, & è Sublimato corrofivo ℥. circiter. xiv. E præcipitato rubro. ℥. xv. ß.

xv. ß. Idque plus, aut minus, ut lentiori igne acida à Mercurio præcipitato abstracta sint. Et è Mercurio dulci ℥. xv. & ʒ. ij.

Mercurius hic redivivus omnibus iisdem operationibus, ut ante, inservire potest. Hac verò cum differentia, ut magis purus, & genuius sit, & ab omnibus quidem sordibus, & ab inquinamentis metallicis, & à fallaciis mercatorum, qui ...... & similia, ipsi admiscere solent, liberatus.

CAP. CCLXXXII.

Præcipitatio Mercurii Corallati.

Marg. ℞ Ec. Mercurii crudi. ℥. j.
Sp. Nitr. rectificat. ℥. ij.

Misce, & repone in digestionem, in cucurbitâ vitreâ, per diem, & noctem: vel donec Mercurius in totum sit solutus. Tum solutionem vel destilla ex retorta vitrea, in arena, ad siccitatem usque, in fine urgendo ignem quàm maximè, ut totus Mercurius rubicundissimus evadat. Sic recuperabis menstruum, quod alteri operationi inservire poterit. Vel evapora solutionem in vitro evaporatorio ad siccitatem usque; & relinquetur pulvis albissimus, qui in crucibulo super accensis carbonibus reverberatus induet naturam coralliorum rubrorum, unde vulgò *Mercurius præcipitatus Corallatus* dicitur.

Vires. *Est specificum purgans in affectibus ulcerosis, & Lue Venerea, sed oportet tum ab hoc abstrahere, per destillationem, aliquoties alcohol Vini; sic deponet acrimoniam, atque evadet mitissimus.*

Dos. *intra corpus est granor. v. vel vj.*

CAP. CCLXXXIII.

Sublimatio Cinnabaris Mercurii.

Idem. ℞ Ec. Sulphur. commun. pulverizat. ℥. j. Fluat in patella terrea super carbonibus, sine flamma, ne accendatur. Tum statim adde, Mercur. crud. ℥. iv. Agitentur perpetuò spatulâ ferreâ, donec ambo abeant in pulverem subnigrum, nec Mercurius ampliùs conspici possit. Tum erit Mercurius rite mixtus cum sulphure. Recipe tum massam illam. Redige in mortario vitreo in pulverem minutissimum. Hunc pulverem destilla ex retorta vitrea loricata in igne aperto. Sic, sesquihoræ spatio, Mercurius

curius cum ſulphure ſublimabitur in collum retortæ, illudque totum opplebit ſub formâ gryſeâ, aut ſubrubicundâ, quæ tamen mox trita, rubicundiſſima evadere poſſit, diciturque *Cinnabaris Mercurii.* Debet autem hæc Cinnabaris in pulverem redigi, & adhuc ſemel eodem modo, in retorta nova, ſublimari. Sic evadet rubicundiſſima.

Vires. *Inſervit curandæ Epilepſiæ, aliiſque morbis ex fermento acido oriundis. Apud Chymicos multiplicem uſum obtinet.*

Doſ. *intra corpus ſunt gr. ij.*

CAP. CCLXXXIV.

Reſolutio Metallorum in ſale Tartari.

Accipe Salis Tartari v. g. ℥. ij. Ponantur in crucibulo, ignique committatur, quouſque fluat. Huic adjice Sulphuris vulgaris. ʒ. iv. Expecta, donec Sulphur ſit deflagratum. Quo facto, committe Sali Tartari cum ſulphure acuato lamellam metallicam excalefactam, & obſervabis, quòd metalla liqueſcent inſtar butyri in hoc menſtruo. Cujus beneficio facillimè in crocum rediguntur Venus, Mars, Sol; exceptâ Lunâ, quæ difficiliùs ſolvitur. *Maëts.*

Nota bene. Quòd, quando lamellam tuam abſorptam à Sale Tartari obſervaveris, pauxillum Sulphuris addere debeas.

CAP. CCLXXXV.

Metallorum amalgamatio.

Amalgamatio eſt calcinatio metallorum cum Mercurio, convenitque quatuor tantùm metallis, Soli, Lunæ, Jovi, & Saturno: reliqua duo metalla, ſcilicet Venus, & Mars, cum additione aliarum rerum amalgamari debent. Perficitur autem amalgamatio hoc modo: *Margr.*

♃. Lamellarum Solis, aut Lunæ, & quidem tenuiſſimarum. q. ſ. Iis adde Mercurii crudi partes vj. vel vij. Miſceantur ſuper orbe vitreo, ut fiat amalgama, ſive maſſa ceræ inſtar mollis, quæ conſtat ex Mercurio coagulato cum dictis metallis.

Vel ♃. Limaturæ, aut ſcobis, Solis, & Lunæ. Admiſce ſex, vel ſeptem, partes Mercurii, & abibunt in amalgama.

Vel ℞. Nummum integrum aureum. Impone sex, vel septem, partes Mercurii, & intra paucas horas nummus fiet friabilis, & frangetur in partes, ita ut, evaporato Mercurio, aurum cum pauxillo Salis communis calcinati reverberatum commodè in calcem converti possit.

Si Jupiter, aut Saturnus, est amalgamandus, ℞. Limatur. Jovis. ʒ. j. Mercur. vivi. ʒ. iij. Misce super orbe vitreo, & fiet amalgama.

Vel ℞. Limatur. Saturni, Mercur. vivi. ana q. s. Misce super charta, aut orbe vitreo, ut fiat amalgama.

Vel ℞. Saturni ℥. ß. Fluat in crucibulo super carbonibus accensis. Fluidum Saturnum effunde in aliud crucibulum frigidum, mundum, & ei statim superaffunde Mercurii crudi ℥. ß. fietque ex Mercurio, & Saturno, in momento una massa mollis, quæ amalgama dicitur.

Processus secundus.

Margr. AMalgamatio est calcinatio metallorum cum Mercurio. Et adhibetur tantùm in quatuor metallis, Sole, Luna, Jove, & Saturno. Perficitur autem hoc modo:

℞. Metalli lamellati, unius ex quatuor prædictis, q. s. Cui adde Mercurii crudi part. vij. Si sit aurum, partes septem, aut Luna. Partes tres, si est Jupiter. Ana, si est Saturnus. Igniatur Sol, & Luna: tum adde Mercurium: & sine exhalare Mercurium. Sic aurum, vel argentum, abibit in pulverem, qui est calx metalli quæsita.

Raro tamen primâ vice Sol, aut Luna, hoc modo in calcem abeunt. Hinc Chymici coguntur addere Sal Tartari, aut Sal Ammoniacum, aut commune reverberatum, ut metalla hæc in perfectam calcem abeant.

Facilius perficitur operatio, si accipiatur limatura Solis, eique admisceatur tantum Mercurii, ut in massam mollem abeat. Postea in parvo vitro, aut ex retorta, Mercurius à calce separatur.

℞. tertiò, bracteolarum auri, vel argenti, dicti vulgò auri, vel argenti, foliacei in officinis. q. v. Eis admisce Mercurii crudi q. s. ut fiat massa mollis, quæ dicitur amalgama Solis, & Lunæ.

Si metallum sit Saturnus, vel Jupiter, tum ℞. unum ex prædictis metallis. Fluat in crucibulo. Quando fluxit, effundatur in aliud crucibulum frigidum, & statim superfundantur Mercurii crudi partes ij. vel iij. Sic refrigerata inter se coagulabuntur, & constituent amalgama. A quo Mercurius separari potest sublimatione, vel evaporatione. Relinqueturque in fine calx metalli, quæ erat præparanda.

CAP.

CAP. CCLXXXVI.

Præparatio omnium mineralium duriorum, ut metallorum, lapidum, &c.

DUplicem intentionem ſibi proponit artifex in præparandis lapidibus, & cæteris mineralibus; vel ut Galenicum, vel ut Chymicum, in uſum trahant. *le Mort.*

Galenico modo candeſiunt in igne. Dein injiciuntur aquæ frigidæ: (per vices, ſi ſint metalla liquefacta, ut Saturnus, & Jupiter. Si verò integra permaneant, extempore omnia injiciantur.) Quæ verò Chymicum in uſum trahuntur, in menſtruis acido-ſalinis, vel in vehiculis propriis, extinguuntur. Sic v. g. Antimonium in aceto deſtillatitio, Mars, Lap. Calaminaris, in parva quantitate ſpiritûs Salis, cum aqua communi diluti: & ſic de cæteris. Nempe omnia menſtrua, quæ poſtea extractioni inſerviunt, aſſumi poterunt. Tamdiu repetatur ignitio, & extinctio, donec friabilia evadant, & ſuper marmori lævigari queant.

Nota. Si Galenico modo etiam aqua communis acuatur cum ſale communi, vel aliquo convenienti ſale, ut Alumine, Nitro, Tartaro, &c. tantò citiùs operatio procedet, & pulvis multò efficacior procedet.

CAP. CCLXXXVII.

Præcipitatio mineralium.

PRæcipitatio mineralium eſt calcinatio eorum per ſp. ſive liquorem acidum, vocaturque aliàs *calcinatio immerſiva*. *Margr.*

♃. Matris perlarum pulverizatæ groſſo modo. ℥. ß. Cui in vitro affunde Spir. Aceti. ℥. iij. vel. iv. Repone in digeſtionem per xxiv. horas. Tum filtra per chartam. Colaturæ inſtilla Ol. Tartar. p. del. q. ſ. donec nil amplius præcipitetur. Tum affunde aquam puram, & vitrum ad quietem repone per aliquot horas: donec nempe materia alba fundum petierit, & ſupernataverit aqua limpida. Decanta liquorem limpidum, ita, ne materia alba ſimul effluat. Reaffunde novam aq. puram: iterumque repone, ut aqua fiat limpida. Tum iterum decanta; & tertiâ, & quartâ, vice eodem modo affunde, & decanta aquam, donec tandem

aqua

aqua permanserit insipida. Tum filtra materiam albam per chartam. Quod in charta relinquitur, exicca, & relinquetur pulvis albissimus, qui est *calx Matris perlarum*, diciturque vulgò in officinis *Magisterium Matris perlarum.*

Vires. *Habetur vulgò pro cardiaco, & alexipharmaco. Sed reverâ refrigerat, siccat, & adstringit. Estque mitissimum aliquod alcali destruens humorum aciditatem, eorum sistens motum, & corrigens acrimoniam. Unde conducit in febribus, in humorum fluxibus nimiis, in hæmorrhagia. Temperat fermenti stomachici acrimoniam.*

Dos. *est à* ℈. ß. *ad.* ʒ. ß.

CAP. CCLXXXVIII.

Cœmentatio metallorum.

Margr. COementatio est calcinatio metallorum per cœmentum, sive pulverem acrem: nec differt à stratificatione, nisi reponendi modo. v. g.

℞. Antimonii crudi, Nitri purissimi. ana ℥. ij. Terantur omnia seorsim: cribrentur, & misceantur accuratè. Tum, admotâ prunâ, per vices, incendantur in mortario ferreo, ad latus reposito, donec omnia in unam massam abeant, & relinquetur massa subrubra colore non absimilis parenchymati hepatis, unde vulgò *Hepar Antimonii* dicitur; estque nil aliud, quàm Antimonium cœmentatum, sive calx Antimonii. Hæc calx redacta in pulverem minutissimum: cocta per quadrantem horæ in aquâ purâ: postea refrigerata, & præcipitata cum aceto Vini: tum edulcorata aliquoties aquâ purâ: & siccata in pulverem rubicundum, vocatur vulgò *Crocus metallorum.* Estque nil aliud, quàm purissimum Antimonium, sive calx ejus per cœmentum Nitri præparata.

Vires. *Est insigne vomitorium fœlicissimè fermentans bilem, eamque expellens per superiora, & inferiora.*

Dos. *in substantia sunt gr. iv. in infuso. gr. viij. vel. x.*

CAP. CCLXXXIX.

Methodus rite propinandi præparata mineralia, & metalla, chymica.

le Mort. SCilicet à minima dosi incipias, subsistendo in summa, ubi nempe vomitum, & nauseam, producere incipit. Tum à suprema denuò, retrogradâ dosi, ad infimam perveniendum. v. g.

Vitrio-

Vitriolum Martis propinandum primâ dosi à gr. j. vel. ij. Secundò, ad gr. iij. Tertiò, ad iv. Et sic ulteriùs ad ℈. usque; idque bis cottidie, singulo scilicet manè, & vesperi. Sic obstructiones, & menses, aperiuntur commodissimè, & simul pituita viscida hoc modo optimè expurgatur. Inde fit sequens *pulvis excellentissimus ad vermes*: quem vide inferiùs sub hoc tit.

CAP. CCXC.

Panacea mineralis.

REc. Regul. Antimon. Martialis purissim. *Maëts.*
Mercur. à nigredine loti. ana ʒ. iv.
Lunæ cupellat. & in tenuissima folia lamellat. ʒ. j.

Foliis Lunæ, in mortario vitreo, affunde Mercurium vivum, & terantur simul, donec Mercurius disparеat. Adde postmodùm Regulum Antimonii in alcohol redactum. Misce exactè inter se, donec omnia desinant in alcohol. Massam hanc retortæ vitreæ committito. Eique affunde Sp. Nitri summè rectificat. ℥. iij. (Hæc autem affusio sp. Nitri guttatim fieri oportet, quoniam vehementer inter se ebulliunt, ac proinde patientiâ opus est.) Ubi ebullitio sedata est, unciæque tres Sp. Nitri mixtæ sint cum tua massa minerali, destillationi reponantur; dando in principio ignem moderatum, ipsumque continuando, donec massa tua ad siccitatem vergat. Auge postmodùm ignem ad totalem vaporum exhalationem, & expulsionem. Ita enim in fine operationis sublimatur portio quædam Mercurii in collo retortæ, partim rubescens, partim citrinescens. Omnibusque refrigeratis, ferro candenti ventrem retortæ abscindito. Quod superiùs sublimatum est, abjicito: pulverem autem in fundo remanentem subfuscum terito, & novæ retortæ vitreæ committito. Eique affunde spiritum in priori destillatione abstractum, unâ cum ℥. j. sp. Nitri novi.

Destilletur, ut priùs, pulveremque per abscissionem ventris retortæ exime, & aquâ pluviâ destillatâ edulcora, quantum fieri potest. Exicca, & ut artis est, fige per incendium alcohol Vini. Ita enim obtinebis præcipitatum fixum, quod cum purgantibus exhibitum potentissimè resolvit obstructiones corporis nostri, & cum diaphoreticis propinatum maximâ ex parte per sudores agit.

Exhibetur in morbis chronicis pertinacioribus ex obstructionibus inveteratis

originem ducentibus. Insuper enecat hoc præcipitatum fermenta sanguinis nostri corrosiva, illaque vel per sedes, vel per sudores, expellit, ac proinde exhibetur in Lue Venerea, ulceribus malignis, febri quartana, hydrope, in scabie profunda, lepra, & pertinacioribus morbis.

Dos. *à gr. ij. ad gr. x.*

Miscetur cum Extracto Catholico, Extracto rosarum, Confectione Hamech, cum Resina Jalappæ, Scammonio, aliisve purgantibus. Vel adjungitur ipsi, pro sudorifero, Theriaca, Mithridatium, Diascordium, cum Confectione de Hyacinthis, & Alkermes.

CAP. CCXCI.

Præparatio Millepedum in calculo, & difficultate urinæ.

Maëts. REc. Millepedum, vel Asellorum, q. pl. Abluantur in vino albo. Postmodùm, in vase terreo cooperto, comburantur in cineres. Postea in alcohol conterito, & vino albo irrorato, quantum imbibere possint. Leni igne exiccato, & de novo vino albo irrorato. Hoc tertiâ vice repetito. Ultimâ verò vice singulis unciis Asellorum crematorum in cineres adde Ol. Vitriol. ℈. j. Exiccentur agitando cum spatulâ ligneâ ad siccitatem. Ita obtinebis pulverem diuræticum maximarum virium.

Datur hujus pulveris pro dosi ʒ. j. cum aqua Vitæ. ℥. ß. & decoct. Cicerum. ℥. v. vel vj. Exhibentur hæc manè, jejuno stomacho, hor. iv. vel v. ante Pastum.

CAP. CCXCII.

Morselli Regii, seu aromatici.

le Mort. REc. Cort. Citr. Arant. utriusque condit. ana ℥. ß.
Cinnamom. ʒ. j. ß.
Cariophyllor. ℈. j.
Nucis moscat. ʒ. j.
Zinziberis. ℈. ß.
Amygdal. decorticat. ʒ. vj.

Conscindantur amygdalæ, & cortices, in frustula minima. Aromata grosso modo pulverizentur. Sacchar. ℥. xij. ad tabulati consistentiam percoq. Dein species sensim addantur, ubi Saccharum fere frigefieri in-

incipiat. Dein extempore effundatur in formam debitam, & postea ſcindantur tepidè in figuras oblongas quadratas.

Nota. Saccharum tabulati conſiſtentiam adeptum eſt, ſi in mortarii æneï inverſi fundum conjectum ſaccharum liquefactum, & coctum, album colorem induat frigefactum. Secundò: ſi de ſpatula vibratum filamenta demittat.

CAP. CCXCIII.

Modus generalis pulparum, & Myvarum, conficiendarum.

REc. Fructûs cujuſcumque q. v. Affundatur ei ſ. q. aquæ. Macerentur per horas aliquot, donec parumper intumeſcant. Dein coquantur, donec ferè in maſſam unam liquidam coaleſcant. Adigantur dein per cribrum, vel ſetaceum, modo noto. *le Mort.*

Nota bene. Si nimis ſicci fructus evadant, aliquid aquæ calentis addere convenit, donec omnis pulpa per cribrum adacta ſit.

Pulpam deinde convenienti quantitate Sacchari admiſce: (℔. j. ß. Sacchari ad ℔. j. pulpæ.) Craſſities conveniens eſt, ſi in cuſpide cultri retineri poſſit.

CAP. CCXCIV.

Præparatio Mumiæ.

REc. Carnis hominis violentâ morte perempti. q. pl. In taleolas conſcindito; quas per horas 24. in ſ. q. ſpir. Salis macerato. Poſtmodùm inter lintea complicata exiccato, & myrrhâ alcoholizatâ fricando imprægnato, quantum fieri poteſt: filoque trajicito, & aëri libero exponito. Ita enim obtinebis carnem humanam per ſpiritum Salis, & balſamum myrrhæ, à putredine præſervatam. Cujus tincturam ſi deſideraveris, procedito, ut dictum in generali methodo tincturas extrahendi. *Maëts.*

Alcohol autem Vini tincturâ Mumiæ imprægnatum ad dimidias evaporato. Ita enim habebis verum Microcoſmi balſamum. *Cujus vires ſunt magnæ in internis læſionibus, in maraſmo, in hæmorragia pulmonum, longèque præſtat mumiis omnibus alio ſolo ad nos delatis, quippe quod paretur ex carne à corpore ſpiritu volatili, ſulphure, & ſale abundante (in quibus ſcil. tota efficacia Mumiæ conſiſtit) exemptâ: cùm extraneæ illæ Mumiæ parentur ſæpiſſimè ex corporibus ſub arenis exiccatis à vehementi Solis calore in deſertis*

Arabiæ; vel à carne ex corporibus eorum, qui languido morbo, diuturnâve ægritudine, extincti fuêre, haud secus ac lampas, cui deficit oleum, lucem quasi dubiam præbet, & pro tempore languescens, tandem penitus extinguitur.

Dos. *hujus in vehiculo convenienti à gr. xv. ad xxx.*

CAP. CCXCV.

Nephritici ligni tinctura, & usus.

le Mort. LIgnum Nephriticum nephriticis doloribus summopere convenit: urinam, & menses movet: obstructiones per universum sanguinem tollit: acidam sanguinis temperiem mitigat: phlegma, & pituitam, ex universo corpore secernit. Usus ejus talis est:

℞. Rasur. ligni Nephritic. circiter ℥. j. Superfunde ei aquæ pluvial. calentis ℥. iij. circiter. Extrahatur tinctura: stent in maceratione per horam unam: dein ebibatur colatura ejus. Fæcibus superfundatur recens aqua in minore quantitate: hoc tamdiu repete, donec tincturam dare neget.

CAP. CCXCVI.

Pulvis Nephriticus præstans.

Idem. SAxifragia nomen sortita est à viribus: urinam, calculos, & menses pellit. Sequenti modo ex ea pulvis nephriticus paratur:

℞. Rad. Saxifrag. ℥. ß.
Ocul. Canc. ℈. j.
Crem. Tartar.
Lap. Prunell. ana ℈. ß.
Ol. Gariophyll. gutt. j. m. f. pulv. in ij. dos. dividend. singulo manè, & vespere propinandus.

CAP. CCXCVII.

Nicotianæ Emplaſtrum ſtomachale, & ſpleneticum, & pro duritie ventris puerorum.

NIcotiana incidit, attenuat; errhinum eſt: vomitum movet: uſus ejus eſt apud mulierculas in febribus, & morbis chronicis; ſi parumper in cerevisia maceretur, deinde accipiatur. Inde fit oleum per deſtillationem. Ex eo ſcilicet oleo fit Emplaſtrum ſtomachale, & ſpleneticum celeberrimum, & pro duritie ventris puerorum: Emplaſtrum fit ita. *le Mort.*

℞. Ol. Olivar. ℔. j.
Tabac. opt. ℥. iv.
Vin. rubr. ℥. v.

Coq. ſimul ad conſumptionem Vini. Dein exprimantur: expreſſo adde:
Ceræ citrin.
Colophon. ana ℔. j.
Gum. Tacamahac. pulveriz.
Gum. Elemi. ana ℥. j.
Myrrhæ.
Aloës. ana ℥. ß.
Ol. Nicotian. ſtillat. ℥. ij. m. f. ſ. a. Emplaſtrum.

CAP. CCXCVIII.

Fixatio Nitri.

REc. Nitri puri in pulverem redact. ℔. ß. Inde crucibulo ſatis amplo. Quod impone carbonibus accenſis, ut Nitrum fluat inſtar aquæ. Quo facto, injice particulam carbonis igniti in Nitrum fluidum, & accendetur Nitrum, magnumque edet ſtrepitum. Ceſſante ſtrepitu, & carbone extincto, injice aliam particulam, & ſine iterum extingui, ſicut antea. Hoc repete tamdiu, donec tandem Nitrum incraſſetur, excavetur, nec ampliùs ſuccendatur; quod dimidio horæ ſpatio continget. Relinqueturque in crucibulo maſſa duriſſima, colore viridi, quæ eſt ipſum Nitrum fixatum dictum. *Margr.*

Usus. *Inservit parando liquori Nitri fixi, qui Alcahest Glawberi, sive menstruum universale Glawberi, dicitur.*

Alcalizatio, sive fixatio, Nitri: processus secundus.

Margr. REc. Nitr. puriss. & optim. ℥. iv. Terantur in pulverem subtilem. Qui pulvis indatur crucibulo mundo, quod imponatur carbonibus accensis, ut fluat instar aquæ. Cùm fluxerit, indatur frustum carbonis igniti, expecteturque tamdiu, donec illud frustulum effervescendo cum Nitro sit consumptum. Tum repete illam injectionem carbonum toties, donec Nitrum non ampliùs inflammetur, sed relinquatur sub massa sicca, & virescente, & erit Nitrum rectè alcalisatum.

Usus. *Inservit parando liquori fixo Nitri, qui &* Alcahest Glawberi *dicitur.*

CAP. CCXCIX.

Liquor Nitri fixi, sive Alcahest Glawberi.

Idem. REc. Nitrum præcedenti processu fixatum: solvatur hoc sufficienti quantitate aquæ ferventis. Solutum filtretur per chartam. Colatura evaporetur in vitro evaporatorio ad siccitatem usque. Et relinquetur in fundo Sal quoddam acerrimum: scilicet Nitrum fixatum jam depuratum, & à carbonibus liberatum. Hoc Sal in orbe vitreo, aut terreo vitriato, reponatur in locum frigidum, humidum, qualis est cella, & relinquatur ibi tamdiu, donec per deliq. solutum fuerit in liquorem limpidum. Decantetur hic liquor limpidus, & servetur usui. Hic enim est *liquor Nitri fixi*, sive *Alcahest Glawberi.*

Usus. *Est menstruum singulare, & celeberrimum, in omnibus tribus solvendis regnis. Imprimis tamen gummata, & resinas resolvit, atque ita aperit, ut postea commodè, beneficio Alcohol Vini, genuina tinctura elici queat. Nempe cùm omnia sulphura concreverint beneficio acidi, Alcahest hoc, quod naturæ alcalinæ est, destruendo acidum partes sulphureas recludit, atque ita vinculum eorum infringit, ut partes integræ separari possint.*

Modus autem procedendi hic est. Sumitur resina, aut gummi pulverizatum: inditur vitro. Superaffunde alcahest hoc, ut pulvis bene madefiat. Fiat digestio per diem, & noctem unam. Tum superaffunditur Alco-

Alcohol Vini ad aliquot digitor. transverſor. ſupereminentiam. Fiat iterum digeſtio per horam unam, vel alteram. Tum ſenſim effunditur tinctura, fitque iterum digeſtio cum capite mortuo per diem, & noctem unam. Atque iterum tum Alcohol Vini novum affunditur, & proceditur, ſicut antea, donec tota tinctura ſit exhauſta, & alcohol Vini non ampliùs tingitur.

Poteſt autem Alcaheſt recuperari, ſi capiti mortuo affundatur aqua pura, digeratur per noctem, poſtea filtretur per chartam, & tum evaporetur ad ſiccitatem uſque. Relictumque Alcaheſt reverberetur, reverberatum iterum ſolvatur aquâ purâ, filtretur iterum per chartam, iterum evaporetur ad ſiccitatem, tumque iterum ſolvatur per deliq. Sic recuperabitur Alcaheſt, eritque incorruptibile, quod proprium eſſe debet menſtrui univerſalis. Exempla poſſunt inſtitui in Myrrha, Macere, Succino, omnibuſque aliis vegetabilibus, quæ aliàs difficillimè ſolvuntur.

Proceſſus ſecundus.

REc. Nitrum ſic alcalizatum, uti dictum fuit. Repone cum crucibulo in locum frigidum per xxiv. horas: & tum poteris cultro removere ex crucibulo. Reponito tum Sal alcalizatum, ſuper orbe vitreo, in locum frigidum, ac humidum, ut ſolvatur per deliq. Solutum filtra per chartam. Hic liquor dicitur *Liquor Nitri fixi.* *Margr.*

Uſus. *Inſervit ſolvendis animalibus, & vegetabilibus, ut & mineralibus, pro menſtruo univerſali.*

Liquor Nitri fixi, ſive Alcaheſt, id eſt, menſtruum univerſale: proceſſus tertius.

REc. Nitri puriſſim. & opt. ℥.ij. Inde crucibulo puro, quod repone in ignem circularem, donec fluxerit inſtar aquæ. Tum ſucceſſivè injice fruſtula carbonum ignitorum, expectando, donec hoc ſit conſumptum, fietque magna ebullitio, & ſtrepitus. Quo ceſſante, iterum injice fruſtulum ſimile, & ſic continua, donec non ampliùs fluat Nitrum, nec ampliùs accendatur, ſed incraſſatum colore viridi remaneat. Sic rite peracta erit fixatio. Remove maſſam adhuc calentem ſpatulâ ferreâ ex crucibulo, & ſuper orbe vitriato, in cellam repoſito, ſolve per deliquium. Filtra per chartam; & liquorem ſerva uſui. Hic enim eſt *liquor Nitri fixi*, ſive *Alcaheſt Glawberi.* *Idem.*

Vires.

Vires. *Est commune solvens, sive menstruum Alcalinum, omnium trium regnorum, mineralis, animalis, vegetabilis. Immediatè regni animalis, & vegetabilis: mediatè verò regni mineralis, ubi nempe mineralia priùs à menstruo acido in calcem sunt redacta. Superfunditur rebus contusis, vel conquassatis; digeriturque per noctem, vase aperto, ad siccitatem usque. Tum superaffunditur Alcohol Vini, quantum sufficit, instituiturque digestio lenis. Sic Alcohol particulas resoluti corporis in se recipit, & nobis novas rerum tincturas, atque essentias, offert. Est alcali hoc Alcahest, primum menstruum, quod rerum vinculum, quod acidum esse putatur, destruit, unde postea cum aliis instrumentis partes à se invicem separantur.*

CAP. CCC.

Spiritus Nitri.

Marg. REc. Nitr. puriss. & genuini. ℔. ß. Boli vulgar. rubr. ℔. j. ß. Terantur omnia seorsim; tum cribrentur, misceanturque. Fiat hujus massæ destillatio ex retorta terrea, in igne reverberii, per horas decem, adhibendo ignem per gradus. Cum primo, & secundo gradu, spatio trium horarum prodibit phlegma. Postea urgeatur ignis paulatim ad tertium gradum, continueturque tandem reliqua destillatio ignis gradu quarto, donec decem horæ sint elapsæ. Tum statim removeatur recipiens, eique instilletur pauxillum aquæ puræ. Moveatur hinc inde recipiens, ut vapores rubicundi simul in liquorem commutentur. Quod fit, si recipiens clausum quadruplicato panno, obturatumque, reponatur ad quietem per quadrantem horæ. Sic omnis spir. ad fundum colligitur, unde effundi potest, per tritorium, in retortam vitream. Et quia valde impurus est, per eamdem retortam, in arena, rectificari debet, ad siccitatem usque. Sic habebitur liquor pellucidus, & purus, qui *sp. Nitri rectificatus* dicitur. *Vide cap.* 302.

Oportet autem adhibere in prima destillatione recipiens vitreum valde amplum, cujus orificium occuratè quadret ad collum retortæ, cujus junctura claudenda est peculiari *luto*, quod *Sapientiæ* dicitur. Cujus processum vide superiùs sub eo titulo.

Vires. *Sp. Nitri subtilissimus est, & penetrantissimus, inter omnes spiritus acidos minerales. Hinc potenter attenuat, & resolvit: aperit: sudorem, & urinas, movet: & diaphoreticus est, & lythonthripticus. Imprimis si cum alcohol Vini sit edulcoratus. Cum aq. Petroselini movet urinas, si illa edulco-*

edulcoretur priùs syrupo Dialthea. Cum Theriaca, aut Diascordio, sudores ciet. Julebis additus sitim, & sudorem, extinguit.

Dos. *est* ℈. ß. *ad* ℈. j.

Extractio sp. Nitri:
processus secundus.

REc. Nitri optim. (id est, quale impositum carboni vivo, & accensum, in totum consumatur) ℔. ß. Boli vulgar. rubr. ℔. j. ß. Terantur omnia seorsim minutissimè; cribrentur; & tum commisceantur accuratè. Fiatque destillatio ex retorta terrea Hassiaca, per ignem reverberii, per horas decem, incipiendo à primo gradu, & sic continuando per horas tres, donec phlegma sit abstractum. Tum urgeatur ignis ad secundum gradum: & post aliquot horas ad tertium. Elapsis verò sex, vel octo, horis, ad quartum gradum; qui conservetur ad finem usque. Quo facto, quando ignis incipit diminui, auferatur statim recipiens, &, insperso pauxillo aquæ puræ ad coagulandos vapores volatiles, claudatur recipiens contorto panno; & sic reponatur. Et interdum quoque concutiatur, agiteturque, donec vapores rubicundi in liquorem coagulati sint. Tum effundatur liquor in retortam mundam vitream, instituaturque ejus rectificatio, in arena, ad siccitatem usque. Sic habebitur sp. Nitri rectificatus, vel lucidus, purus, & subtilis, qui servetur usui. *Margr.*

Vires. *Refrigerat, & siccat: incidit, attenuat: extinguit sitim: movet urinam: pellit sudorem: conservat sanguinem in sua consistentia, & sic malignitati medetur. Hinc frequens ejus usus est in peste, febribus malignis, & inflammationibus.*

Chymicis præbet menstruum in tinctura Coralliorum paranda, sed si priùs cum Alcohol Vini edulcoratus fuerit.

Dos. *intra corpus est* ℈. ß. *in liquore aliquo appropriato.*

Processus tertius.

REc. Nitr. optim. ℥. viij. Boli vulgar. rubri, aut albi. ℥. xxiv. Terantur omnia subtilissimè: cribrentur: & postea misceantur accuratè. Hæc mixtura destilletur ex retorta terrea satis valida, in igne reverberii, per hor. x. applicato recipiente vitreo amplissimo, cujus orificium accuratè quadret ad collum retortæ. Juncturæ claudantur ex æquali *Idem.*

parte calcis vivæ, & cap. mortui Vitrioli edulcorati, cum albumine ovi bene subacti. Ignis regatur per gradus, primum adhibendo per duas horas; partim saltem: & secundum gradum, donec phlegma exierit. Tum pedetentim perveniatur ad tertium gradum. Cùm recipiens tingetur rubro colore, post horas iv. vel v. ascendatur ad quartum gradum; qui continuetur usque ad finem operationis.

Elapsis novem, vel decem, horis, remove statim recipiens, & convoluto panno orificium ejus obtura. Ipsum verò recipiens manibus hinc inde agita, ut vapores rubri vagantes per cavitatem ejus cum liquore in fundo hærente conjungantur. Repone vitrum per quadrantem horæ ad quietem. Tum effunde liquorem in retortam vitream mundam: recipiens verò pauxillo aquæ elue. Aquam cum spiritu conjunge, & ex arena rectifica ad siccitatem usque. Sic habebitur spir. Nitri purissimus, qui *rectificatus* dicitur. *Vide cap. 302.*

Vires. *Potenter attenuat, & incidit: aperit, penetrat: hinc urinam movet, sudorem pellit: humores fundit: extinguit sitim: arcet putredinem: conducit febribus malignis, pesti, calculo pellendo; imprimis edulcoratus cum Alcohol Vini.*

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ℈. *j.*

Præparatio Spir. Nitri: processus quartus.

Maëts. REc. Nitri q. p. Huic misce boli, vel terræ figulinæ, ex quibus fistulæ Tabaci conficiuntur, vel silicum calcinatorum, triplum. Conterantur in pulverem tenuem, & exactè inter sese misceantur: & committantur retortæ terreæ; destillenturque simul ex igne aperto, in fine augendo ignem ad totalem retortæ excandescentiam. Ita enim transibit sp. Nitri instar sanguinis rubicundus, quem Chymici vocant *cruorem Salamandræ.* Omnibus refrigeratis, spiritum Nitri fumantem ex recipiente exime, & arctè in vase vitreo sigilla, & usui reserva.

Sp. hic interiùs exhibitus in convenienti vehiculo ardores sanguinis reprimit, bilem viscidam incidit, unde in Colica biliosa præsens est remedium: urinas pellit: sitim extinguit: quæ omnia mitiùs peragit, si dulcificatus fuerit cum sp. Vini.

Præ-

Præparatio ſp. Nitri, vel Salis, alio modo: proceſſus quintus.

QUidam autem præparant alio, & leviore, modo hæc Salia, beneficio Ol. Vitrioli: ut v. g. *Maëts.*

♃. Nitri, vel Salis communis, q. p. Diſſolvantur in aq. vulgari, ita ut muriam fortiſſimam referant. Hujus muriæ recipe part. iv. Ol. Vitriol. part. j. Fiat deſtillatio ex cucurbita vitrea, ex arena. Prodibit primitùs phlegma: poſtmodùm ſubſequetur ſp. Salis, vel Nitri, acidus; quem ſeorſim collige, deſtillando ad ſiccitatem Salis, vel Nitri, in fundo remanentis.

Spir. hic, licèt ſuſpicione adulterationis Olei Vitrioli non careat, ſatis tamen gratus eſt, & uſui medico inſerviens; exhibeturque in iſtis affectibus, in quibus ſp. Salis, vel Nitri, exhiberi ſolet.

Sal verò, ex deſtillatione Sp. Salis, in fundo remanens eſt Sal mirabile Glawberi, quôcum plura medicamenta artificioſè elaborantur, ut præſertim Balſamum ſulphuris Antimonii, quod ſequenti methodo curioſè elaboratur. Vide proceſſum ſub eo tit.

Sal verò, ex deſtillatione Sp. Nitri, remanens candidiſſimum, potentiſſimum eſt medicamentum in ardoribus ſanguinis ſiſtendis: in inflammationibus ſiſtendis: in ſcorbuto oris curando: in angina, in forma gargariſmatis exhibitum: diureticum, diaphoreticum eſt: & in genere præſtantiùs præſtat illa, quæ à ſale Prunellæ deſiderari poſſunt.

Facilis præparatio Sp. Nitri: proceſſus ſextus.

REc. Nitr. ℔. ij. Ol. Vitriol. rectificat. ℔. j. Committantur retortæ, &, ſucceſſivis ignis gradibus, deſtilletur ad ſiccitatem uſque. Et obtinebis ſp. Nitri fortiſſimum. In fundo autem reſidet Nitrum Vitriolatum, quod *ſuum Eſſentiale principale* vocat Kreuchnerus. Cujus vires ſunt inſignes in ardore ſanguinis reprimendo, longèque ſuperat potentiam Salis Prunellæ. *Idem.*

Cum hoc ſp. Nitri tentato fixationem Mercurii cum metallis, Solis ſcil. & Lunæ, ut:

♃. Mercur. ab omni nigredine loti. part. vj.
Auri foliati. part. j.

Misce Mercurium cum foliis Solis, & agitato simul in mortario vitreo, donec Mercurius disparcat. Committantur retortæ vitreæ, iisque affunde Sp. Nitri, præparati ut supra, part. iij. Instituatur destillatio leni igne: postmodùm augendo ignem, donec fundus retortæ candescat. Primò, in hac destillatione, ordinariò aliquid Sulphuris sublimatur in collo retortæ, & acquirit colorem flavum, rutilantemque, uti ordinariò contingit in præparatione præcipitati rubri. Hoc abjicito. Quod verò in fundo remanserit, in pulverem conterito, & denuò retortæ committito, & eamdem quantitatem sp. Nitri affunde, & destilla, ut priùs. Hocque tertiâ vice repetito: in fine operationis ignem augendo ad totalem spiritûs corrosivi expulsionem, & ad fundi retortæ excandescentiam. Majorisque securitatis gratiâ figito cum flammâ alcohol Vini.

Hoc præcipitatum Solare mixtum cum resina Jalappæ, Scammonii, vel cum Elect. de succo rosarum, clementer purgat, potenter verò obstructiones corporis humani reserat. Specificumque purgans est in febre quartana, hydrope, lue Venerea, herpete miliari, scabie profunda. Longè enim aliter opus suum absolvit, quàm reliqua purgantia: purgando enim confortat: de quo ulteriùs consule Schroderum cap. xv. lib. iij. de præcipit. Mercurii cum aliis metallis.

Dos. *à gr. ij. ad v. & vj.*

CAP. CCCI.

Rectificatio sp. Nitri.

le Mort. REc. Sp. Nitri. q. v. Hunc infunde phialæ, & igne aperto evaporetur, donec flavi vapores adscenderé incipiant. Dein ab igne removeatur, & ad usum servetur.

Nota. Si sp. volatilis, & phlegma, expetantur, per retortam vitream destillatio fiat. Sic primò prodibit sp. volatilis sub forma vaporum rubrorum; 2. phlegma nullis apparentibus nebulis; ultimò, rubedo phlegma omne abstractum esse demonstrat.

Vires. *Inservit spiritui dulci conficiendo, ut & omnibus solutionibus metallicis.*

Eodem modo, in genere, rectificantur omnia acida.

CAP. CCCII.

Nitrum Vitriolatum, sive Sal Ducis Holsatiæ.

REc. Cap. mortuum Aquæ fortis præparatæ ex æquali parte Vitrioli calcinati, & Nitri puri, sicut antea proposita fuit: solvatur hoc aq. ferventi: digeratur per xxiv. horas. Tum filtretur per chartam. Aquam limpidam, quæ chartam transiit, evapora ad cuticulam, vel ad siccitatem; & relinquetur Sal quoddam albissimum ad viriditatem aliquo modo declinans. Hoc Sal super charta, in arenâ calida, fortiter exiccetur; & relinquetur Sal durum, & album, atque splendens; quod servetur usui. *Margr.*

Vires. *Movet interdum sudores: interdum etiam per alvum purgat. Est valde acutum, & penetrans, conducitque morbis chronicis, scorbuto, & hypochondriacis.*

Dos. *est* ℈. ß.

CAP. CCCIII.

Sp. Nitri dulcis.

REc. Sp. Nitr. rectificat. ℥. vj.
Sp. Vin. rectificatiss. ℥. xij.

Misceantur, & ex retorta vitrea destillentur, in arena, ad siccitatem usque; applicato recipiente vitreo amplissimo; cujus orificium ad collum retortæ optimè quadret. Fiatque destillatio igne primi gradûs; aliàs multum peribit de spiritu maximè volatili. Hæc destillatio, retortâ refrigeratâ, repetatur adhuc semel, vel bis, & triduô spiritus inseparabiliter unientur, constituentque spiritum summè volatilem, odoratissimum, & pinguissimum, poteruntque nullo modo separari, etiamsi super alcali aliquo reverberato rectificentur. *Idem.*

Vires. *Diureticus, febrifugus, antipleuriticus, anticolicus est: valet contra pestem: arcet putredinem: extinguit sitim: penetratque totum corpus. Hinc infinitis morbis est utilis. Potest edulcorari sacchara, quantum capere potest, ut fiat instar syrupi; & tum ad cochleare* ʒj. *exhiberi potest.*

Dos. *aliàs est* ℈. ß. *vel* ʒ. ß. *in cerevisia, aut etiam Vino.*

Processus secundus.

Marg. R Ec. Sp. Nitri rectificat. ℥. v.
Alcohol Vini. ℥. x.

Misce, & ex retorta vitrea, in arena, applicato recipienti capacissimo, leniter destilla ad siccitatem usque. Vasis refrigeratis, redde liquorem destillatum retortæ eidem, iterumque destilla ad siccitatem, (quod Chymici vocant cohobare.) Repete hoc tertiâ vice. Tum liquorem limpidissimum serva usui.

Vires. *Quia est acidum summè volatile, movet urinam, & sudorem. Pervadit totum corpus, atque sic infinitis morbis medetur. Præcipuè tamen conducit febribus, atque nimio ardori sanguinis.*

Dos. *est à* ℈. *j. ad* ʒ. *j.*

Processus tertius.

le Mort. R Ec. Sp. Nitr. optimè rectificat. ℥. j.
Alcohol Vini. ℥. ij.

Digerantur simul per sex, vel septem, dies. Dein per retortam simul destillentur ad siccitatem usque. Spir. prolectus usui reservetur.

Nota. Quò diutiùs hic sp. asservatur, eò dulcior erit.

Nota secundò. Digestio præcedens inservit unioni spirituum faciendæ, & si ulteriùs digestio continuetur, nullâ destillatione opus habent.

Nota tertiò. Si extempore expetatur hic spiritus, statim destillationi committatur, sed tunc non tam bene uniuntur.

Vires. *Menstruum est circulatum, & pro* Circulato majori Paracelsi *habetur: refrigerat moderatè: sitim hydropicorum extinguit: febribus ardentibus convenit.*

Dos. *à gutt. iij. ad xij.*

Dulcificatio Sp. Nitri:
Processus quartus.

Maëts. R Ec. Sp. Nitri fortissim. q. p. Huic admisce Alcohol Vini triplum. Misceantur inter sese. Digerantur per xxiv. horas. Et postmodùm simul destillentur. Quòd si spiritum Nitri exactissimè dulcificatum volueris, tertiâ vice repete.

Admi-

Admirabilis hujus spiritûs proprietas est, quòd si confundatur cum sale Tartari, post ebullitionem factam, duo hæc caustica de novo degenerant in Nitrum. De quo experimento latè agit Boyleus in tentaminibus suis Physicis. *Vide cap. sequens.*

In præparatione sp. Salis eodem modo procede, ac in præparatione sp. Nitri.

Sp. Nitri dulcificatus:
Processus quintus.

REc. Sp. Nitr. rectificat. ℥. ij. *Marg.*
Sp. Vin. rectificatiss. ℥. iv.

Misce, & ex retorta vitrea, in arena, cum primo, & secundo, gradu ignis, leniter destilla ad siccitatem usque. Oportet autem applicare recipiens satis amplum, cujus orificium accuratè quadret collo retortæ, idque satis profundè admittat. Aliter si fiat, multum spiritûs peribit. Necesse autem est ad minimum bis cohobare. Sic duo illi spiritus inseparabiliter unientur, fietque una massa vel insipida, vel non adeò acris saporis, odoris verò gratissimi.

Vires. *Potenter attenuat, & incidit. Est diureticum, alexipharmacum: putredinem arcet: unde convenit febribus ardentibus, inflammationibus gravioribus, ipsique pesti, atque sic refertur inter Alexipharmaca. Inservit etiam Chymicis pro menstruo in parandâ tincturâ Coralliorum.*

Dos. *est* ℈. ß. *in aliqua aqua destillatâ, aut cerevisiâ, aut Vino.*

Processus sextus.

REc. Sp. Nitr. rectificat. & genuin. ℥. iij. *Idem.*
Sp. Vin. rectificatiss. sive Alcohol Vini. ℥. vj.

Misce, & ex retorta vitrea, in arena, destilla primò igne lenissimo, postea fortiori, ad siccitatem usque. Quod prodiit, cohobetur bis. Sic habebitur sp. maximè volatilis, fragrantissimus, *Camphoram referens*, qui servetur usui.

Vires. *Est insigne diureticum, diaphoreticum: extinguit sitim: arcet putredinem sanguinis, atque sic conducit in febribus malignis, ipsâque peste.*

Dos. *est* ℈. ß. *aut* ℈. j. *in vino, aut cerevisia, aut aliqua appropriata aq.*

CAP. CCCIV.

Regeneratio Nitri.

Margr. REc. Sp. Nitri. ℥. ß. Ei in vitro affunde ol. Tartar. per del. guttatim. id est, quamdiu effervescent. Evapora tunc mixturam in vitro evaporatorio ad siccitatem usque. Et relinquetur Sal Nitro quàm simillimum, reductum ex sp. Nitri per Sal Tartari. Unde patet, Nitrum esse nihil aliud, quàm aliquem spiritum acidum coagulatum super aliquo alcali, probatque Salia constare ex Acido, & Alcali.

Vide cap. proximè superius processu 4.

Processus secundus.

le Mort. REc. Liquoris Salis Tartar. q. v. Sp. Salis Nitri. q. s. donec strepitus cesset. Evapora liquorem ad cuticulæ apparentiam, & in cella chrystallos expecta. Quæ in chartâ emporeticâ exiccentur.

Vires. *Easdem possidet vires, quas Nitrum, sed puriores. Hoc etiam flammam igne arripit, quod nec Sal Tartari, nec sp. Nitri per se faciunt.*

CAP. CCCV.

Nitrum fulminans.

Marg. REc. Nitri purissim. ʒ. iij.
Salis Tartar. ʒ. j. ß.
Sulph. commun. ʒ. j.

Terantur omnia simul in pulverem subtilissimum. Hic pulvis impositus lamellæ cupreæ, aut ferreæ, super carbone vivo, immensum strepitum, & tonitru excitat; unde *Nitrum fulminans* dicitur.

Ac ego explicare possem hoc per acidum, & Alcali. Nitrum enim est acidum: Tartarus est alcali. Committuntur, & fit effervescentia; & excitant vapores, qui clausi à sulphure, faciunt strepitum, cùm prorumpunt.

Usus. *Est experimentum curiosum, demonstrans fulminationem in Nitro existere, quod constat ex Acido, & Alcali.*

Pro-

Processus secundus.

REc. Nitri purissim. ℥. iij. *Marg.*
Sal. Tartar. siccissim. ℥. j. ß.
Sulph. commun. ℥. j.

Terantur omnia in mortario ferreo subtilissimè. Pulvis servetur usui.

Usus est. *Si quis pauxillum super lamellâ cupreâ, impositâ carboni vivo, reponat. Sic brevi spatio pulvis liquefactus, cum maximo strepitu, instar bombardæ, in auras eliditur. Quod potest inservire pro experimento in exploranda vi pulveris pyrii, qui simili modo construitur: aliàs in medicina forte non habet usum.*

Pulvis tonitruans:
processus tertius.

REc. Sal. Tartar. ℥. j. *le Mort.*
Sal. Petræ. ℈. iv.
Sulph. commun. ℥. ß. Pulverizentur, & misceantur. Vel
♃. Sal. Petræ. ℥. j.
Sal. Tartar. ℈. ij.
Sulphuris. ℈. j. m.

CAP. CCCVI.

Terra foliata Nitri.

PAratur eodem modo, sicut terra foliata Tartari. * Hoc tantùm discrimine, quòd hic accipitur, pro Sale Tartari, Nitrum fixum cum carbonibus, sicut dictum est in fixatione Nitri. Vel liquor Alcahest Glawberi evaporatur ad siccitatem, & tum affunditur sp. aceti, totiesque destillatur super eo, donec sp. prodeat acidus. Quod relinquitur, extrahitur, eodem modo, cum Alcohol Vini. *Margr.* ** Cujus process,vide suo loco.*

Vires *easdem habet cum Terrâ foliatâ Tartari. Est enim insigne extergens, atque aperiens.*

Dos. *quoque eadem est.*

CAP. CCCVII.

Sal Prunellæ.

le Mort. REc. Sal. Nitri puriſſim. id eſt, in chryſtallis longis. ℔. ß. Liquefiat in crucibulo, & per vices inſpergantur ℥. ij. florum ſulphuris. Dein nitrum effunde. Ex fæcibus in fundo remanentibus fit Nitrum fixum, ſi carbones lignei per vices ei injiciantur, donec non ampliùs effervefcat, & flammam emittat.

Nota primò. Si lap Prunellæ planè fixus expetatur, continuanda eſt affuſio florum Sulphuris, donec ſponte coaguletur Nitrum.

Nota ſecundò. Sunt qui lapidem hunc confectum denuò aquâ diſſolvunt, ut fæces deponat, & purior evadat: ſed in caſſum, cùm fæces fere nullas deponat.

Sequenti verò modo Lapis Prunellæ optimè conficitur:

℞. Nitri puriſſim. ℥. j.
Sp Nitri. ℥. ß. m.

Et abſtrahatur lento igne ſp. Nitri. Sic ſubſidebit Sal albiſſimum, quod cum dupla parte Sacchari Canarienſis, & gutt. j. vel. ij. Ol. Cinnamomi miſceri poterit.

Pulvis inde fit dentifricius ſic:

℞. Lap. Prunell. ℥. j.
Crem. Tartar. ℥. ij.
Alumin. uſti. ℈. ij.
Lap. Pumicis. ℥. iij. f. pulv. ſubtiliſſimus, & dein miſce: ſub finem adde:
Sp. Nitr. gutt. x.
Ol. Cinnamom. gutt. ij.
Lign. Rhodii.
Jaſmin. ana gutt. j. m. f. pulv.

Vires. *Refrigerat: ſitim extinguit: omnibus inflammationibus ſuccurrit: crapulæ reſiſtit.*

Doſ. *à gr. vj. ad* ℥. *j.*

Lapis

Lapis Prunellæ:
processus secundus.

REc. Nitri purissim. ℔. j. Fluat in igne. Liquefacto superinjice ℥. j. florum sulphuris, per vices. Dein cum pipa Tabacali exime Nitrum, & in rotulas effunde; quas ad usum serva. *le Mort.*

Vires. *Refrigerat, incidit, effervescentiam sanguinis sedat: urinam movet: unde convenit febribus ardentibus, & doloribus nephriticis, crapulæ: sitim sedat: bilem compescit.*

Dos. *à gr. vj. ad ʒ. j.*

Processus tertius.

REc. Nitri purissimi pulverizati. ℥. ij. Inde crucibulo puro, & super carbonibus accensis repone, ut fluat instar aquæ. Fluenti adde: florum Sulphuris pulverizator. ℈. j. aut. ʒ. ß. Quibus incendio absumptis, effunde fusum Nitrum super lamellam cupream mundam, ut fluat in tabellas, quæ sunt ipsum Sal Prunellæ, sive chrystallum minerale dictum. Alii solvunt in aquâ calidâ: filtrant: & chrystallizant. Sed sufficit contentum esse priori præparatione. *Marg.*

Vires. *Refrigerat, repellit: putredinem arcet: acrimoniam acidam temperat. Conducit in dysenteria: in febribus malignis: in inflammatione faucium, aliarumque partium.*

Dos. *est ℈. ß. ad ℈. j. Sudoriferis additur ad quatuor, vel sex.*

CAP. CCCVIII.

Sal Nitri fixum.

REc. Nitri purissim. q. v. Liquefiat in igne, in crucibulo, Liquefacto insperge per vices quamcumque materiam inflammabilem, scil. ligna, cespites, carbones ligni &c. donec nullum alium strepitum, vel flammam, concipiat, sed materia ebullire incipiat. Hanc ab igne remotam dissolve in aq. communi. Solutionem filtra, & evapora. Ex hoc evaporato sale, etiam liquor, eodemque planè modo, ut de Sale Tartari dicetur inferiùs, fieri potest. *le Mort.*

Vires *easdem cum Sale Tartari obtinet.*
Dos. *eadem.*
Vide cap. 299. ubi fere idem est process.

CAP. CCCIX.

Nitrum Nitratum.

le Mort. REc. Nitri purissim. ℥. ij. Sp. Nitr. ℥. iij. Macerentur simul per horas aliquot. Dein igni superponatur, ut omnis liquor evaporetur. Sic in fundo remanebit Sal candidissimum fracto vitro eximendum.

Vires. *Locum lapidis Prunellæ replere potest, sed multò fortius existit medicamentum, interno usui tantùm dicatum, in omnibus febribus ardentibus, peste, Scorbuto, morbis contagiosis, &c.*

Dos. *à gr. iij. ad* ℈. *j.*

Permiscetur plerumque tribus partibus Sacchari albissimi. Externè gingivarum putredini illitum convenit.

Nota bene. Eodem modo omnia salia muriatica spiritu proprio exsatiari possunt, ut magis convenientia palato fiant, & viribus excellentioribus prædita. Sic Sal commune hoc modo præparatum optimi condimenti loco esse possit, & præservativum in Scorbuto, putredine, peste, & morbis contagiosis. Idem etiam ad carnes, & vegetabilia condienda, plus in una ℥. efficiet, quàm ferè ℔. j. Salis communis, cum hac differentia, quòd carnes hoc modo conditæ multò gratioris sunt usûs, & citissimè percoqui possunt. Non opus verò est ad condimenta facienda spiritum super Sal evaporare, verùm tantùm spiritus unà cum Sale superfunditur condiendis. Et in culina, si carnes animalium vetustiorum percoquendæ sint, cum hoc Sale ad ℥. j. vel. ij. affuso, si percoquantur, ad instar juniorum citissimè esui aptæ evadent v. g. gallinæ, &c. Si vegetabilia hoc modo condiantur, in virore suo, & propria substantia permanent, sine ullo putredinis metu. v. g.

♃. Cucumerum minorum immaturorum q. v. Hisce superfunde sequentem mixturam, videlicet:

♃. Aceti Vini acerrim. pint. j.
Sp. Salis. ℥. j.
Sal. commun. ℥. ij.

Misce, & cucumeribus, immaturis scil. minoribus prædictis, superfunde, & nunquam corrumpentur.

CAP.

CAP. CCCX.

Chryſtallizatio ſalium, & quidem Salis Nitri.

REc. Nitri puri, aut impuri, q. ſ. Solve in ſufficienti quantitate aq. ferventis, ita ut aqua quantitate non nimis excedat. Filtra ſtatim per chartam: & in vitro repone in cellam per xxiv. horas. Sic concreſcet Nitrum in chryſtallos oblongas, quæ nil aliud ſunt, quàm Nitrum purificatum. Decanta aquam ſuperfluitantem, & chryſtallos ſuper charta leniter ſicca. Aquam verò in vitro evaporatorio evapora ad dimidium, iterumque repone in cellam, ut chryſtalli concreſcant. Et ſic procede, donec tandem omnis aqua evaporando, & chryſtallizando, ſit conſumpta. Ad hunc modum omnia ſalia, ut & alcalia, poſſunt chryſtallizari, & depurari, niſi quòd alcalia rarò concreſcant in magnas chryſtallos abſque acido, & quòd citò fluant per deliq. Sola quippe Salia, id eſt, corpora ex acido, & alcali, conflata, in aëre perdurare poſſunt. *Margr.*

Uſus. *Inſervit depurandis tum Salibus, tum Alcalibus.*

Chryſtallizatio Nitri, & Vitrioli: proceſſus ſecundus.

REc. Nitrum, aut Vitriolum, aut etiam Alumen, aut quodcumque aliud Sal. Solve in aq. ferventi, quantum aquæ capere poteſt. Filtra ſtatim per chartam: colaturam repone in cellam: & elapſis xxiv. horis, reperies Sal concreviſſe in chryſtallos. Si fuit Nitrum, habebis oblongas, & albas. Si fuit Vitriolum, erunt chryſtalli virides, & quadratæ, ac mirè ſcintillantes. Si fuit Alumen, ſimiliter quadrangulares erunt, fulgentes inſtar adamantis. Siccentur, aquâ ſuperfluitante leniter decantatâ, & iterum evaporato ad dimidium: ſic habebuntur iterum chryſtalli, ſicut antea. Repetenda eſt hæc operatio toties, donec omnis aqua in chryſtallos abibit. *Idem.*

Uſus. *Eſt tantùm depuratio Salium, ut ſcil. habeantur pura, & ab omnibus heterogeneis, ac mixtis, libera.*]

CAP. CCCXI.

Sp. ad omnes obstructiones.

le Mort. REc. Sal. Tartar. ℔. ij.
Tartar. albissim. ℔. j. ß.
Sal. Ammon. ℔. ß.
Herb. Lavendul.
Meliss.
Rorismarin.
Fl. Sambuc.
Melilot.
Rosar. ana m. ij.
Sem. Cardamom.
Cubebar.
Gariophyllor. ana ℥. ij.
Aq. commun. q. s. m.
Destillentur ad medias. Spir. usui servetur.

Vires. *In omnibus affectibus, ubi sp. Sal. Ammoniaci commendatur, perutilis est; & majori cum efficacia effectus suos prodit.*

CAP. CCCXII.

Præparatio Oculor. Cancr. & Corallior.

Margr. REc. Oculor. Cancr. aut Corallior. rubror. q. v. Redige in pulveres. Quibus affunde Acet. stillat. q. s. nempe ad trium, aut quatuor, digitor. superemin. Repone per noctem in digestionem; vel donec prædicta corpora sint soluta. Si quid in fundo relictum sit, decanta solutionem: affunde novum acetum: iterumque digere, ut denuò solvatur. Tum solutiones conjunge: filtra per chartam: & cum oleo Tartari per del. præcipita sufficienter. Præcipitatum repone, & affusâ aquâ purâ, aliquoties edulcora: tum leniter sicca in pulverem albissimum; qui est calx Corallior. & Oculor. Cancr. diciturque vulgò *Magisterium Corallior.* & *Oculor. Cancr.*

Vires. *Utrumque Magisterium est anodynum. Sistit effervescentiam, & ebullitionem, humorum; unde vulgò pro cardiacis, & corroborativis, habentur.*
Dos. ℈. *j. imò &* ℈. *ij.*

CAP. CCCXIII.

Odontalgicum Rulandi.

R Ec. Rad. Pyrethr. Tormentill. *Maëts.*
Sem. Staphisagr.
Papav. alb.
Plantag. ana ℥. iij.
Cort. rad. Hyoſciam. ℥. j. ß.
Opii Theb. ℥. j.

Coq. in aceto ſimul. Poſt coctionem acetum filtra, & calidè loco dolenti applicetur.

Leviori autem artificio ſic paratur:
♃. Rad. Pyrethri
Sem. Pap. albi. ana q. pl.

Contund. in pulverem. His affunde ſ q. aceti vulgaris. Stent in digeſtione per hor. iij. vel. iv. Quibus peractis, acetum decanta: & terendo in vaſe ſtanneo tantum Opii in eo diſſolve, ut ſufficienter flaveſcat.

CAP. CCCXIV.

Circa odores, colores, & ſapores medicamentorum in genere.

CHymici odorem, & colorem, à ſulphure oriri ſtatuunt, ſaporem verò à ſale: *le Mort.*

Verùm quoniam particulæ ſulphureæ nihil aliud ſunt, quàm particulæ terreſtres ſubtiliores, omnis motûs, & activitatis, expertes, niſi à particulis ſpirituoſis, & ſalinis, volatilibus in poris illis vario modo ſeſe agitantibus, & moventibus, in actum deducerentur, ideò è contrario apparet, nullum neque colorem, odorem, vel ſaporem, actum ſuum poſſe obtinere, niſi à particulis acutis, & pungentibus, & mobilibus. Modificationem verò eorundem dependere à particulis terreſtribus vario modo ſeſe cum particulis illis permiſcentibus, & figuram, & formam diverſam illis conciliantibus.

In genere verò quoad odores diverſos, eos in triplicem ſtatum redigemus, odorem ſcilicet fœtidum, gratum, & odorem debilem. Odor in genere oritur è particulis mobilibus in altum ſeſe elevantibus cum magnâ, vel parvâ, quantitate particularum terreſtrium permixtarum, in quibus

quibus omnis ejus diverſitas conſiſtit. Sic ubi decenti mixturâ particulæ volatiles ſpirituoſæ, & terreſtres ſimul, blando motu elevantur, ita ut nervos noſtros lambant, & leniter demulceant, oritur gratus odor, ut in Ambra, Moſcho, &c. Si verò præpolleant particulæ acutæ, & pungentes volatiles, ut ſeparatæ à terreſtribus in altum elevari poſſint, oritur fœtidus, & ingratus, odor, nervos noſtros vellicans, ut in omnibus putridis, & diſſolutis corporibus. Si verò particulæ terreſtres prædominium obtineant, ita ut viſcoſis, & ramoſis, ſuis craſſis particulis, ſpiritum inibi hærentem à motu cohibere poſſint, oritur debilis valde odor, ut in omnibus oleis expreſſis, gummatibus, reſinis, &c.

Variatio odorum diverſis modis fieri poteſt, ut ſequitur.

Quæ fœtida ſunt, ut diximus, in iis obtinent dominium particulæ pungentes, & acutæ, volatiles. Hæ figuntur, & à motu cohibentur, mediantibus particulis, planis, & ſcindentibus, ut ſunt Salia acida. Sic v. g. fœtor Caſtorei, ſp. Sal. Ammoniaci, Urinæ, &c. & oleorum empyreumaticorum, tollitur mediante ſpiritu acido. v. g. ſpiritu Vitrioli, Salis communis, aceto, &c.

E grato odore ſit ingratus, ubi particulæ continui diſſolutionem patiuntur, vel ubi motum acquirunt majorem. Verbi gratiâ, ſic cortices Arantiorum, Citri, &c. mediante diutinâ maceratione fœtent, & oleum fætidum in deſtillatione, inſtar olei Terebinthinæ exhibent. Sic omnia olea ſtillatitia, & naturalia Balſama odorifera, ingrati fiunt odoris, ſi ſubtiliora reddantur, mediante deſtillatione.

Idem accidit omnibus ſimplicibus debili odore præditis. Quò enim craſſiores ſunt particulæ, eò majori motu præditum requirunt ſpiritum, ad particulas illas in ſtatu fluiditatis retinendas. Qui poſtea ſui juris factus, & à particulis terreſtrioribus liberatus, ſummo cum motu, & fœtore, ſeſe exhibet, ut apparet in oleis Olivarum, Amygdalarum, Papaveris &c. ſtillatitiis.

CAP. CCCXV.

Olea aromatica præparandi methodus.

le Mort. REc. Gariophyllor. groſſo modo pulverizator. ℔. j.
Salis. m. j.
Cinerum clavellator. m. ß.
Aquæ. q. ſ. Digerantur ſimul per horas xxiv. Dein deſtilllentur per retor-

retortam vitream, in arenâ positam, leni igne, sed tamen ad ebullitionem materiæ ad mediam partem.

Oleum destillatum ab aqua separa per tritorium. Aquam fœcibus denuò reaffunde: destilla, ut ante: sic denuò olei copia prodit, quod, ut ante, separa. Tertiò, denuò reaffunde, & procede, ut ante, semper ad medietatem destillando. Sic omne oleum prodit, restante capite mortuo inutili.

Nota primò. Sic omnia aromata, ligna, cortices, & radices, destillari possunt.

Nota secundò. In ligno Rhodio observandum, illud per sex, vel octo, septimanas debere macerari ante destillationem. Cortices Arantior. & Citrior. per septimanas. iij. vel. iv. Radices per dies vj. vel viij. Semina per duos dies. Flores, & folia, per diem unum; & sic in maceratis cæteris præter propter.

Nota tertiò. Si spiritus unà expetatur, Sacchari aliqua quantitas in maceratione addi debet, & maceratio non diutiùs continuanda est, quàm donec fragrantissimum incipiunt odorem emittere. Sic cort. Citr. & Arantior. macerantur, donec albedo à flavedine separari commodè per digitos possit.

Vires. *Ol. Gariophyllor. est stomachicum: corroborat, & flatus discutit. Antifebrile, & Antiparaliticum, insuper egregium est.*

Dos. *à gutt. ij. ad. x.*

De Oleis destillatis: processus secundus.

OLea essentialia dicta vel eruuntur è simplicibus durioribus, vel mollioribus. Duriora sunt, quæ multum resinæ continent, & particularum ramosarum. Duriora satis magnum, & diuturnum, macerationis tempus præmissum requirunt, ut sunt lign. Rhodium, lign. Cedrinum, & omnia in genere ligna duriora, quæ spatium trimestre ad minimum requirunt. Excipitur ex hisce lignum Sassafras, quod spatio sex horarum maceratum oleum, & aquam spirituosam, de se præbet. *le Mort.*

Ea, quæ viscosa sunt, tamdiu maceranda, donec viscositas illa diluatur, ut cort. arantior. citri, &c. ut & omnes ferè radices, ut calami aromatici, Imperatoriæ, trium, vel quatuor, septimanarum spatium requirunt. Prout modò tempestas magis, vel minùs, est calida, eò etiam citiùs, vel tardiùs, absolvitur.

Omnia semina calida majora, & minora per duos dies maceranda

ſunt, flores itidem. Herbæ, & ſemina duriora, ut & aromata, per tres, vel quatuor, dies ad minimum macerentur.

Quò maceratio diutiùs protrahitur, eò major copia Salis communis addenda eſt, ne putrefactionem ſuſcipiant.

Aliqua vegetabilia vel exiccata eſſe debent, vel recentia. Recentia deſtillationi ſubjiciuntur ea, quæ Balſamum, & oleum naturale, condenſatum obtinent, ut rad. Petaſitidis, Terebinthus, Gariophylli, ſi haberi poſſunt, &c.

Exiccationem requirunt herbæ cephalicæ, omnia fere ſemina, & ligna, quoniam ſpiritus, & particulæ ſalinæ volatiles, in nimia copia ibidem turgentes, particulas ramoſas diſſolverent, & attenuarent, unde poſtea per totam liquoris craſin diſpergerentur, & aquam ſpiritu, & oleo, imprægnatam præberent. Contrarium planè de ſpiritubus eſto judicium.

Semina calida majora, & omnia, quæ ſale volatili turgent, plurimum ſalis communis requirunt, ut acidis illis particulis motus ſalinarum particularum cohibeatur, quoniam aliàs citiſſimè putrefactionem admitterent. Sic v. g. oleum Aniſi, ſi diutiùs maceretur cum ſale Alcali, inde fluidum deſtillatur oleum nunquam coagulabile, & plurimâ ſuâ dulcedine orbatum.

Ultimum eliciendi olea genus in ſatis magna copia è vegetabilibus pretioſioribus, & aromaticis nobilioribus, fit per ſp. Sal. communis, quæ particulas ſpirituoſas, & ſalinas volatiles, oleum aliàs diſſipantes, & in formam ſpiritûs redigentes retinet, & figit.

Nota ſecundò ſuper olea eſſentialia. Omnia recenter deſtillata olea fœtorem empyreumaticum obtinent, qui temporis tractu in gratum, & benignum immutatur, ſi in loco calido imponantur. Ita etiam ex turbidis clara fiunt. Idem eſto judicium de ſpiritibus, & aquis recenter deſtillatis.

Rectificatio oleorum, & ſpirituum, vel per ſe fit, additâ ſ. q. aquæ propriæ, vel talibus ſpiritibus, & ſalibus, quæ ipſorum ingratum ſaporem, vel odorem emendant, vel tollere poſſunt.

Recificantur itidem olea, quæ temporis tractu rancida facta fuerunt, & quæ, ad inſtar glutinis, viſcoſa, fluidiora, & ingratiora evadunt, idquè tum colore, odore, & ſapore, ut Ol. lign. Rhodii, Juniperi, Abſynthii, nempe cum ſpiritu Salis communis Glawberi more præparato: & hoc modo plerumque hæc rectificatio fit.

Olea

Olea præparandi modus: processus tertius.

REc. Ol. Olivar. q. s. Infunde ei herbas recentes, demptis caulibus. Stent in maceratione per dies aliquot. Dein coquantur in balneo Mariæ per hor. j. & exprimantur, & denuò recentes herbæ oleo infundantur: denuò coquantur, & exprimantur, hanc operationem adhuc semel repetendo. Ultimò, post colaturam, adde oleo cocto oleum illius herbæ stillatitium in sufficienti quantitate v.g. ad ℔. j. olei cocti, ℥. j. vel alteram, olei stillatitii, & erit oleum efficacissimum.

Methodus præparandi olea ex vegetabilibus: processus quartus.

REc. Vegetabilium ex quibus oleum præparare animus sit. q. p. Committito vesicæ, & debitâ quantitate aq. pluvialis perfundito, & adjice manip. salis communis, & Tartari. Stent in digestione per xxiv. horas. Dein instituatur destillatio, ut artis est. Ita oleum obtinebis cum aqua odoriferum, quod vel supernatat, vel deprimitur ad fundum: quæ separari debent per vas separatorium. *Maëts.*

Alio modo ex destillatione per retortam.

REc. Vegetabilis cujusvis q. p. Eoque retortam vitream imple ad collum usque. Destillentur ex arena, igne satis forti. Ita obtinebis spiritum, & oleum, maximè graveolens. Hoc oleum à spiritu separato, &, ut dictum est, cum cineribus rectificato, donec limpiditate arrideat.

♃. Ejusdem vegetabilis recentis q. s. Eique affunde oleum rectificatum, & digere simul per xxiv. horas in cineribus calidis. Quibus peractis, leni igne, instituatur destillatio. Ita obtinebis oleum vegetabilium rectificatum, odore, & sapore, sui vegetabilis imprægnatum. Quòd si olea hæc etiamnum empyreuma redoleant, fœtorem corrigito cum aqua ex vesica.

Præparatio oleorum, & spirituum, ex vegetabilibus: processus quintus.

Miëts. REc. Vegetabilis cujusvis (hac tamen conditione, ut salinæ, & sulphureæ, sit naturæ) q. p. His affunde magnam aquæ vulgaris quantitatem. Quibus adde manipulum unum, vel alterum, salis decrepitati, & Tartari Rhenani. Macerentur per xxiv. horas: fiatque destillatio per vas serpentinum, ut artis est: ita enim superficiei aquæ supernatabit, vel subnatabit, oleum desideratum. Quod per chartam emporeticam madefactam, vel per vasa separatoria, ab aqua sua separandum.

Nota, quòd in subjectis durioris compagis, & firmioris connexionis, maceratio ulteriùs extendi debeat, ut in oleo lign. Rhodii, Cinnamomi, similibusve aliis.

Spiritum verò si velis, fermentatio ut præcedat, oportet, cujus beneficio partes oleosæ attenuari, & volatilisari, queant.

℞. Vegetabilis cujusvis q. p. Contundatur, vel comminuatur, pro ratione subjecti. Huic adde sufficientem aquæ tepidæ quantitatem; quibus commisce debitam fermenti, vel florum cerevisiæ, quantitatem. Stent in hypocausto tepido. Ita enim, successu temporis, crusta quædam in superficie apparebit, quæ antequàm subsideat, destillatio instituatur. Ita enim, loco olei, obtinebis spiritum desideratum; quem semel rectifica. Et hæc est methodus generalis.

Cap. CCCXVI.

Oleum otalgicum nostrum.

le Mort. REc. Ol. Amygdal. amarar.
Papav. alb. ana ℥. ij.
Ol. Rorismarin. destillat. gutt. x.
Caphuræ. ℈. ß. m.

Surditati, & quibuscumque aurium affectibus, convenit.

Cap.

CAP. CCCXVII.

Oleum Sarcoticum magistrale.

REc. Ol. Lini. ℥. ij. *le Mort.*
Ol. Ceræ stillat. ʒ. ß. In iis insoletur:
Flor. Hyperici. q. s.
Aloës. ʒ. j.
Caphuræ. ℈. j. m. f. oleum.
Citissimè consolidat vulnera recentia.

CAP. CCCXVIII.

Oleum mucaginum.

REc. Species præscript. in Pharmacop. Amstelodam. & quidem re- *Idem.*
centes.

Conscindantur in frustula minima: humectentur cum parva quantitate sp. Vini, vel Vini generosi, ita ut conspurcata tantùm appareant, non humida. Iis superfunde oleum debitum. Insolentur per dies xiv. in sole æstivo. Deinde in balneo Mariæ coquantur per duas horas: (nisi vitrum sit apertum, periclitatur.) dein clarum à fæcibus separetur, & ad usum servetur.

CAP. CCCXIX.

Pulvis Ophthalmicus.

REc. Sacchar. cand. finissim. q. pl. Tere in patina stannea nova, *Maets.*
vel super plumbum recens fusum, quousque livescat, & præparatus est pulvis ophthalmicus.

Cap. CCCXX.

Correctio Opii.

Margr. REc. Opii Thebaici. ℥. j. Secetur in lamellas, sive taleolas. Hæ taleolæ imponantur patellæ ferreæ, quæ admoveatur carbonibus accensis, ita ut Opium, emittendo vaporem fœtidum, leniter torreatur, nec comburatur tamen; possitque refrigeratum digitis commodè in pulverem redigi; & erit Opium hoc modo rite correctum.

Usus. *Inservit parandæ tincturæ, & extracto, Opii.*

Processus secundus.

Idem. REc. Opii. Thebaici, id est, Ægyptiaci, in taleolas secti. ℥. ß. Imponatur patellæ ferreæ, aut laminæ. Quæ teneatur super carbonibus accensis, ut, fumo exhalante, vis narcotica paulò infringatur, & Opium refrigeratum digitis conteri possit, subinde taleolas vertendo spatulâ. Et peracta erit correctio Opii.

Usus. *Inservit parandæ tincturæ, & extracto, Opii.*

Processus tertius.

Idem. REc. Opii crudi. ℥. j. Secetur in lamellas. Tum impone patellæ ferreæ. Quam repone super carbonibus modicè accensis, & torre ibi leni igne, donec vapor fœtidus magna ex parte exhalaverit, quem vulgò *fumum Arsenicalem* vocant. Vertantur lamellæ spatulâ ferreâ: attendaturque accuratè an refrigeratæ exiccentur, ut possint digitis in pulverem redigi. Quando hoc fit, peracta erit operatio. Oportetque tum statim removere ab igne, & refrigeratum Opium digitis in pulverem redigere.

Usus. *Inservit parandæ tincturæ, Extracto, & Laudano Opiato.*

Cap. CCCXXI.

Tinctura Opii.

Idem. REc. Opium præcedenti modo correctum. Affunde ei in phiala Aceti destillati sufficientem quantitatem. Digere per noctem. Tum fortiter

fortiter exprime solutionem per pannum. Colaturam serva usui. Et, si placet, evapora ad dimidium; & tinctura erit pulchrior, & pinguior.

Vires. *Conciliat somnum: aufert dolores: stuporem partibus inducit. Hinc dicitur anodyna, narcotica, & hypnotica, conducitque in pluribus affectibus; ingrediturque ut plurimum formulas liquidas.*

Dos. *est gutta una, vel altera.*

Processus secundus.

REc. Opii præcedenti processu correcti q. s. Affundi aceti stillatit. tantum, ut aliquot transversis digitis supereminеat. Repone in digestionem per diem, & noctem. Tum cola per pannum fortiter exprimendo. Colatura erit tinctura Opii. *Marg.*

Vires. *Est anodyna, narcotica, hypnotica.*

Dos. *est gutt. j. aut ij. in mixtura aliqua.*

Processus tertius.

REc. Opii præcedenti modo correcti. q. s. Huic affunde, in vitro digestivo, vel sp. Vini rectificati, vel, quod melius est, sp. Aceti q. s. Digere per diem, & noctem. Cola per pannum, etiam fortiter exprimendo. Colaturam repone, ut fœces ad fundum subsideant. Tum decanta tincturam, & serva usui. *Idem.*

Vires. *Est anodyna, narcotica, & somnifera. Usus ejus externè est in vigiliis pellendis, si linteum duplicatum in ea madefiat, appliceturque fronti, & temporibus. Ingreditur etiam mixturas anodynas.*

Dos. *est aliquot guttarum. iv. vel. v. pro una vice. Vel in externis. q. s.*

CAP. CCCXXII.

Extractum Opii.

REc. Tincturæ Opii præcedenti processu elaboratæ. q. v. Evaporetur, leni igne, in ollula terrea vitriatâ, ad consistentiam picis; dando operam, ne in fine comburatur. Quod fit, si spatulâ aliquâ perpetuò moveatur. Quod relinquitur dicitur Extractum Opii. *Idem.*

Vires *easdem habet cum tincturâ Opii. Nec differt ab ea, nisi quòd Extractum sub forma pilularum exhiberi poßit.*

Dos. *est gr. j. vel ij.*

Pro-

Processus secundus.

Marg. REc. Præcedentem tincturam. Evapora illam in vitro lati orificii ad consistentiam picis, vel pilularum; sed lenissimo igne, ne comburatur. Quod relinquitur, dicitur Extractum Opii.

Vires *easdem habet cum tincturâ.*

Dos. *est gr. j. aut. ij.*

Processus tertius.

Idem. REc. Tincturam præcedentem. Evapora in ollula vitriata, aut etiam in vitro, leni igne, ad consistentiam syrupi. Tum lenissimo igne, in cochleari argenteo, aut etiam stanneo, evapora, in arena tepida, ad consistentiam picis; nempe ut possint commodè formari pilulæ. Eritque hoc Extractum Opii ad consistentiam debitam redactum.

Processus quartus.

le Mort. OPium anodynum est, & narcoticum. Inde fiunt variæ compositiones, antidota, & electuaria. Extractum ejus optimè sequenti modo paratur:

♃. Aq. pluvial. stillatit. q. s. Dissolve in ea q. v. Opii. Coquantur simul, ut tincturam rubicundissimam ex Opio aqua attrahat. Tincturam decanta, recentemque aquam fæcibus affunde: idque continua, donec & tincturam ampliùs fæces dare negent, & materia resinosa, & tenax, remaneat in fæcibus. Tincturas omnes simul confunde: confusas evapora ad pristinam consistentiam. Huic extracto adde Extracti Croci partem quartam, vel dimidiam, pro libitu, cum guttulâ unâ, vel alterâ, Ol. Gariophyllorum, & Camphoræ, & habebis Laudanum excellentissimum, quod nunquam anxietates circa præcordia, neque obstructiones Ureterum, neque phantasias conciliat.

Dos. *à gr.* ß. *ad gr. j.* ß.

Nota bene. Resinarum operationes, mediante sp. Vini extractas, non tam esse validas, neque proficuas, quàm quæ factæ sunt mediante aquâ pluviali stillatitiâ, quoniam particulæ viscosæ, & tenaces, & crassæ, nimis diu pristinam formam, & figuram, retinent, antequàm possint dissolvi in fermento nostri stomachi. E contrario verò particulæ gum-

gummosæ, mediante aquâ extractæ, quoniam promptissimè dissolvuntur, ideò etiam citissimè operationes suas perficiunt, nec ullibi sese retineri sinunt.

Processus quintus.

Omnia menstrua non sunt idonea extractioni particularum. Quoniam multum vires simplicium vel exaltare, vel imminuere, possunt. Sic Opium in aceto solutum maximè adstringit, & vias urinarias præcludit. Vidi, qui, ex hujus Opii usu, tribus diebus mingere non potuerunt. In vino verò, vel sp. Vini, dissolutum, cerebrum afficit. In menstruo verò temperato, ut vocant, è spiritu Salis communis, & aqua, *an alcohol?* parato, easdem fere vires exhibet. Cum sale Tartari si fiat tinctura, simul resinosæ ipsius partes, inutiles, & noxiæ, dissolvuntur. Mediante verò aquâ communi, vel stillatitiâ, solummodò partes viscosæ, innocuæ, & magnarum virium, extrahuntur. Processus talis est: *le Mort.*

℞. Opii in lamellas tenues dissect. ℥. j. Superaffunde ei aquæ commun. q. s. Coq. simul per quadrantem circiter horæ. Tincturam claram à fæcibus effunde: fæcibusque residuis novam aquam affunde, &, ut antea, coque. Hanc operationem tamdiu repetendo, donec tincturam ampliùs dare neget. Sic remanebit in fundo massa tenax instar picis, omnis ferè odoris, & saporis, expers, quæ postea in sp. Vini tincturam suam deponit; at nullius ferè usûs, nisi in externis, est. Fæces eædem restantes internè magnas anxietates circa præcordia efficere solent, sine ullo doloris levamine. Tincturas omnes collectas, & simul mixtas, evapora ad consistentiam mellis duriorem. Hanc in usum serva.

Dos. *à quarta parte gr. j. ad gr. j. ß.*

Vires. *Est Laudanum egregium, si cum pauca quantitate Croci, & Contrayervæ, &c. usurpetur.*

De cæteris succis, & resinosis, idem esto judicium, nempe in genere omnes particulas viscosas, id est, in aquâ solubiles, promptiùs, & citiùs, operationes suas perficere, quoniam citissimè à fermento nostro subiguntur, & in quascumque partes distribuuntur: resinosæ verò leniùs. Sic Scammonii resina minùs purgat, quàm substantia ejus tota. Extractum verò, mediante aquâ communi paratum, optimè, & in minimâ dosi, operatur.

Depuratio Opii:
processus sextus.

le Mort. REc. Opii in parvula frusta dissect. ℥. j. Aq. commun. vel, si libet, stillatit. q. v. vel ad superemin. quatuor dig. Coq. simul, donec optimè tincta appareat aqua. Tincturam claram effunde, & recentem aquam fæcibus superfunde, tamdiu continuando operationem, donec tincturam ampliùs dare neget. Tincturas omnes confunde, & evapora sat forti igne, ut vapores maligni Opii simul cum aqua adscendere queant. Sub finem verò, lento igne, ad consistentiam pilularum redigatur; & in usum reservetur.

Vires. *Egregium anodynum est hoc Opium, per se Laudanum satis efficax. Ulteriùs verò componi, & præparari potest, cum Extracto Croci, etiam mediante aquâ communi facto.*

Dos. *Opii extract. ad gr. j. Compositi, ad gr. j. ß.*

E contrario, quàm omnia Laudana soleant, nullas anxietates circa præcordia, neque adstrictiones, neque phantasias incommodas, sed blandè, & leniter, dolores mitigat, & levem somnum inducit.

Fæces, quæ post extractionem manent, resinosæ sunt, omnis odoris, & saporis, expertes, quæ in sp. Vini tincturam suam deponunt, sed nullius, aut parvæ saltem, efficaciæ.

CAP. CCCXXIII.

Laudanum Opiatum.

Margr. REc. Extracti Opii præcedenti processu elaborati. ℥. j. Huic adde Croci Britannici pulverizati ʒ. j. Castorei pulverizat. ʒ. ß. Misce, & in cochleari stanneo, aut etiam vitro, lenissimè super arenâ tepidâ evapora ad consistentiam pilularum. Quod relinquitur, dicitur Laudanum Opiatum.

Vires *sunt narcoticæ, anodynæ, & soporiferæ. Hinc infinitis morbis conducit. Jubetque Paracelsus omnis magni morbi curationem ab anodyno inchoare. Ubi imprimis inservit Laudanum Opiatum, quod facillimè, si potiunculis addendum est, cum sp. Vini, aut aceti, in liquorem redigi potest. Inservit imprimis magnis vigiliis, hypercatharsi, sive superpurgationi. Deinde sistit*

ſiſtit paroxyſmos febrium: temperat acrimoniam ſanguinis: colicum dolorem mirum in modum placat. Sæpe obſervatum eſt, expuliſſe calculum veſicæ, vel renum.

Doſis *ſumma in homine robuſto colicâ laborante poteſt eſſe gr. vj. In febricitantibus verò, aut etiam debilibus, ſufficiunt gr. iij. gr. ij. gr. j. imò & gr. ß. & tum conducit aliquot grana addere potiunculis, illaque exhibere per cochlearia, & diverſas vices. Sylvius, ob frequentem uſum Opii, vocatus eſt, cùm Junior medicinam faceret Amſtelodami,* Doctor Opiatus.

Proceſſus ſecundus.

REc. Extracti Opii, dum adhuc liquidius eſt, ſive conſiſtentiâ mellis eſt, ℥ j Croci opt. minutiſſimè pulverizat. ʒ. j. Caſtorei ſimiliter pulverizat. ʒ. ß. Miſce, & leniſſimo igne evapora ad conſiſtentiam pilularum. *Margr.*

Vires. *Eſt anodynum, narcoticum, ſomniferum, ſudorificum: pellit calculum, & morborum magnorum remedium eſt; cum quo, teſte Paracelſo, omnis morbi magni curatio inchoari debet.*

Doſ. *eſt nunc gr. ß. nunc ij. aut iij. In magnis doloribus, ubi vires conſtant, etiam ad vj. gr. adſcendimus.*

Proceſſus tertius.

REc. Extracti Opii, dum adhuc eſt in conſiſtentia Syrupi, ℥. j. Adde Croci optimè pulverizati. ʒ. j. Caſtorei pulverizat. ʒ. ß. Evapora, vel potius deſicca, leniſſimo igne, ne comburatur, ſuper arenâ tepidâ, vel ſine ſponte loco calido exiccari, donec habeat conſiſtentiam pilularum. Hoc enim dicitur vulgò *Opium laudatum*, ſive *Laudanum Opiatum.* *Idem.*

Vires *Sunt narcoticæ, ſomniferæ, & anodynæ. Conducit ergo in nimiis vigiliis, in dolore colico, vel calculi, ſive nephritico, in podagra, in hypercatharſi, in vomitu compeſcendo. Temperat acrimoniam ſanguinis, ac proinde compeſcit ardorem febrilem, ſudorem excitat. Sæpe obſervatum eſt expellere calculum renum. Eſt omnino remedium magni uſûs, & magnorum morborum remedium; ſi quis tantùm ejus uſum intelligat; nec debilibus, & agonizantibus, offerat.*

Doſ. *eſt in hominibus ſanis, & robuſtis, colicis tamen, aut nephriticis, doloribus vexatis, ad vj. In hypercatharſi, ad gr. iij. In febribus, ubi ægri debiles ſunt, ſufficit gr. j. vel gr. ß.*

processus quartus.

le Mort. DIfferentia inter Opium ex India Orientali allatum, & Opium Thebaicum, hæc est. Opium Thebaicum flavescit: est valde siccum: & in minora frusta, vulgò panes, redactum. Opium ex India Orientali est nigricans: valde foetens: magis humidum: unde etiam exiccatione eget super laminam ferream, tali modo:

♃. Opium in lamellas tenues dissectum. Superponatur laminæ ferreæ calefactæ. Et tamdiu igni committatur, donec digitis in pulverem conteri possit, & etiam odorem violaceum, sive gratum, præbeat frigefactum.

♃. Opii hujus in pulverem redacti. ℥. ij. Sp. Vin. vulgaris. ℥. xij. Digerantur simul per xxiv. horas. Dein clarum à fæcibus separetur. Fæcibus remanentibus affunde aq. pluvial. s. q. Lentè ebulliant simul. Dein subsideant fæces, & aqua tincta effundatur. Et recens aqua denuò fæcibus affundatur: eodem modo procedendo, donec tincturam ampliùs dare neget. Tincturas omnes aquâ factas confunde, & ad Syrupi consistentiam evapora. Dein adjunge tincturam spiritu Vini factam. Simul evaporent ad consistentiam pilularum molliorum. Cui ab igne remoto adde Croci opt. ʒ. ij. Ol. Gariophyllor. gutt. aliquot, pro libitu, (guttas forsan viij.) m. f. Laudanum Opiatum.

Dos. *à gr. ß. ad gr. ij.*

Processus quintus.

Idem. REc. Opii mediante aquâ communi præparati. ℥. j.
Croci cum sp. roris extract. & inspissat. ʒ. ij.
Ol. Cinnamom. gutt. x.
Gariophyllor. gutt. vj.
Ambr. gris. gr. vj. m. f. Laudanum Opiatum.

Processus sextus.

Idem. REc. Opii. ℥. iij. Exiccetur super laminam ferream, donec digitis conteri possit, & odorem malignum deposuerit. Solvatur dein in Sp. Vini. Aq. Lavendul. ana p. æq. Solutum percoletur. Colatum ad consistentiam molliorem pristinam reducatur.

♃. Hu-

℞. Hujus Opii. ℥. ij.
Croc. opt. ʒ. ij.
Castor. ʒ. j.
Ol. Gariophyllor. gutt. iv. m. f. Laudanum Opiatum.

Vires. *Anodynum est, in somnis, doloribus, & vigiliis proficuum. Lassitudini corporis maximè subvenit. Sudorem sat copiosum movet; præcipuè si aliis sudoriferis misceatur. Ubi verò vires in ægro deficere incipiunt, nullo modo adhibendum est Laudanum, quoniam stuporem, & mortem, in eo accelераret ad summum Medici dedecus.*

Dos. *à gr. j. ad gr. iij. ad summum. In infantibus à quarta parte ad gr. ß.*

CAP. CCCXXIV.

Præparatio Laudani Libavii.

REc. Opii Thebaici in taleolas conscisi. q. p. Torreatur in patinâ terreâ plani fundi, lento igne, quousque in pulverem digitis comminui queat: sedulò cavendo, ne Opium in exiccatione empyreuma sibi conciliet, quo in casu ægris admodum nauseabundum esse solet. Hujus Opii exiccati recipe ℥. j. Huic affunde Sp. Vin. ordinarii stopam j. id est, pint. Anglican. fere v. Committantur leni digestioni per xxiv. horas, quandoque agitando phialam. Insuper recipe Sal. Tartari alcalici. ℥. j. Huic itidem affunde Spir. Vin. stopam. j. Stent in digestione, ut supra. Solutiones inter sese confunde, & per xxiv. horas digerantur simul. His peractis, filtrentur solutiones simul per quinque, vel sex, vices: ita enim quodcumque nimis viscosum est, & glutinosum in Opio, remanebit in poris filtri, transeunte tincturâ Opii & clarâ, pellucidâ, & rubicundâ, & ad usus medicos doctè elaboratâ. *Maëts.*

Hujus dos. est à cochl. ß. ad cochl. ij.
In infantibus exhibetur à gutt. xij. ad xxx.

Exhibetur hæc tinctura in omnibus affectibus, quibus Laudanum Opiatum ullo modo succurrere potest, utpote in fermentationibus sanguinis sistendis, in doloribus sedandis, in resolutionibus alvi nimiis sistendis: in vertigine: in Epilepsia: in febribus ardentibus, pleuritide, & similibus affectibus per sudores curandis.

Nota bene. *Si Laudanum Opiatum interiùs adhibeatur, semper sales alcalici adjungendi erunt.*

Præparatio anodyna, & sudorifera, ex Opio: processus secundus.

Maëts. REc. Opii opt. q. p. Conscindatur in taleolas, & leni igne, absque empyreumate, de quo maximè cavere debes, exiccetur, ita ut friabile evadat. Hujus exiccati, & pulverizati, recipe ℥. j. Cui affunde Sp. Vini vulgaris stopam unam, vel ℥. LXXX. lenique digestioni per xxiv. horas expone. Insuper recipe Sal. Tartari ad albedinem calcinat. ℥. j. Cui etiam affunde Sp. Vini vulgaris. ℥. j. Stent in digestione, quousque Salem Tarrari in sp. Vini resolutum conspexeris. Quo signo apparente, fiet solutionis, & salis Tartari confusio, simulque digerantur per xxiv. horas. Ita beneficio Salis Alcali Opium viscositate suâ deprivatur. Solutiones filtra. Quò sæpius, eò meliùs. Hac enim ratione, si quid viscosum remanet in Opio, tollitur: partes enim viscosæ se insinuant in poros chartæ emporeticæ, ibique hærent. Itaque repetatur filtratio per sex, vel septem, vices. Ita recipies anodynum, & sudoriferum, cui tutò Medicus fidere possit.

Dos. *est à cochl.* ß. *ad cochl.* ij. *vel, urgente necessitate.* iij.

Vires *conveniunt cum virtutibus Laudani Opiati.*

CAP. CCCXXV.

Laudanum Zwelferi facillimum.

Margr. REc. Opii superiori modo correcti. q. s. *Vide cap.* 321. Extrahe cum sp. Vini rectificato; digerendo per diem, & noctem, & exprimendo per pannum. Tincturam, Spiritum Vini abstrahendo, redige ad consistentiam Syrupi. Tum leniter residuum evapora, aut exicca, ad consistentiam pilularum. Et habebitur Laudanum paratu facillimum, quod Laudano Opiato substituit Zwelfer.

Vires *easdem habet cum Extracto Opii, à quo non differt. Causa hujus Laudani facillimi apud Zwelferum est, quòd ille, & non malè, putat nullis adjectamentis posse Opium corrigi. Hinc cùm in Laudano Opiato vulgari ingrediantur Crocus, & Castoreum, ut corrigentia, neque illa in opinione Zwelferi ullum effectum præstent, commodiùs putat posse omitti.*

CAP.

CAP. CCCXXVI.

Essentia Opii.

REc. Opii. ℥. j. *le Mort.*
Sal. Tartar. ℥. ij. Hisce superfunde:
Sp. Vin. Gallic. ℥. viij.

Digerantur simul per dies tres. Dein tinctura clara ad usum servetur.

Vires. *Anodynum, & sudoriferum, est, febribus, & vigiliis, conducens. Inde fit* Essentia anodyna, *si huic tincturæ addantur Crocus, Myrrha, & Gariophylli, denuoque digerantur per tres, vel quatuor, dies. Commodissimè in mixturis permiscetur loco Laudani Opiati.*

Dos. *à gutt. j. ad vij.*

Inde fit Essentia Opii debilior, si ℥. j. hujus tincturæ ℥. xvj. Spir. Vin. permisceantur.

Dos. *ad cochl. j.*

CAP. CCCXXVII.

Præparatio Opii per fermentationem cum succo Cydonior.

REc. Opii Thebaic. ℔. j. *Maets.*
Succ. Cydonior. express. & clarificat. ℔. x.

Conscindatur Opium in taleolas, eique affundatur succus Cydoniorum clarificatus. His adde:

Salis Tartar. ℥. j.
Sacchar. finissim. ℥. iv.

Exponantur radiis Solaribus, vel leni digestioni Balnei Mariæ, quousque flores in superficie eructatos observes, sub quibus floribus latitat noxium narcoticum Opii. In fundo verò hærebit terra Opii inefficax, medium locum occupante tincturâ Opii instar Rubini coloratâ. Quam per filtrationem cautè à floribus, & capite mortuo, separa, lenique destillatione ad mellis consistentiam coge. Huic affunde Alcohol Vini ad sufficientem quantitatem, fiatque de novo extractio. Spiritum verò Vini essentiâ Opii imprægnatum per aliquod tempus circula. Ita enim igneo hoc spiritu maturescet Opium, ac mutabitur in medicamentum tutum, & efficax: de quo consulatur Langelottus in suis epistolis.

CAP. CCCXXVIII.

Ex Orbiculari pulvis dysentericus.

le Mort. ORbicularis hæmorrhagiam vulnerum sistit. Externè fere usurpatur. Quod quidam pro secreto in Dysenteria venditant, id est hujusmodi:

♃. Orbicularis. ℈. j.
Cinnamom. ʒ. j. m. f. pulv. subtilissimus. Exhibeatur in liquore adstringente.

Pro Orbiculari verò nonnulli Subere utuntur.

CAP. CCCXXIX.

Panis secalini collyrinium ad incipientes cataractas.

Maëts. REc. Panis secalini recentis. q. pl. Ex quo per descensum elicias spiritum.

♃. Hujus spiritûs. ℥. iij.
Croci metallor. sive
Hepatis Antimon. ʒ. ij.

Fiat infusio per horas xxiv. Filtra: ipsique tincturæ filtratæ adde:

Vitrioli Veneris, sive
Chrystallor. Veneris q.s. ad levem cæruleitatem inducendam. Filtra, & usui reserva.

CAP. CCCXXX.

Panis Martius.

le Mort. REc. Amygdal. decorticat. & contus. ℔. ß.
Sacch. albissim. ℥. xij.

Misceantur optimè invicem, sub finem addendo:

Ol. Cinnamom. gutt. iv.
Gariophyllor. gutt. j.
Essent. Ambr. gutt. vj.
Aq. rosar. q. s. m. & formentur inde panes cujuscumque figuræ.

CAP. CCCXXXI.

Extractum antipestilentiale maximarum virium.

PEtasitis multum balsami continet, radix scilicet. Ego Balsamum inde paravi æmulum Balsami Copaybæ. Egregium est antipestilentiale, unde apud nostrates nomen suum sortita est *Pestwoortel*. Paratur inde Essentia Bezoardica, si cum radices Imperatoriæ, & Valerianæ, eorum tinctura extrahatur, mediante spiritu Vini rectificatissimo. Paratur inde etiam Extractum antipestilentiale maximarum virium, hoc modo; *le Mort.*

℞. Rad. Angelicæ.
Imperator.
Valerian. ana ℥. j.
Petasitidis. ℥. j.
Gentian. ℥. ß.
Baccar. Laur.
Rad. Cavæ. ana ʒ. ij.
Croc. Britann.
Gariophyllor. ana ʒ. j.
Ol. Juniperin.
Succin. ana ℈. iv.
Ol. cort. Arantior. ʒ. j.
Sal. Tartar. ℥. ß.
Sp. Vin. rectificat. ℥. xij.

Primò pulverizentur radices omnes, quæ in pulverem possunt redigi. Admisceantur iis pulveribus in mortario olea. Deinde adde Sal Tartari omnibus. Deinde in vitrum infusis superfunde spiritum Vini. Extrahatur ex iis tinctura mediante digestione per tres, quatuorve, dies. Dein clarum à spisso per decantationem separa.

Dos. *à ʒ. j. ad ʒ. ij. in vino, vel conveniente liquore.*

Vires. *Convenit in omnibus morbis per sudorem curabilibus; præcipuè contagiosis. Si contra venena hæc Essentia paretur, addatur singulis dosibus pulver. Contrayerb. ℈. j. Et mira efficies.*

CAP. CCCXXXII.

Potio Philomedica, cujus mentionem facit Kreucknerus, & Frondekius in tractatu de Elixire Arboris Vitæ.

Maëts. REc. Flo. Cyani ſegetum.
Bugloſſ. ana m. j.
Coq. leniter in ſ. q. aq. pluv. per horæ quadrantem, & in fine bis, terve, ebulliant. Et ſtillatim affunde Sp. Vitriol. ſ. q. ad gratam aciditatem. Ita illico rubeſcit tota tinctura inſtar ſanguinis. Quam per pannum laneum filtrato, tantumque Sacchari puriſſimi addito q. ſ. ad gratiam.

Valet hoc Julapium in febribus ardentibus: in morbillis: in ſiti extinguenda. Solet enim potenter ardores ſanguinis reprimere, & per ſudores, & urinam, operari.

Nota, *quòd* Elixir arboris Vitæ *nil aliud eſt, quàm præparatio lap. Hæmatitidis cum Sale Ammoniaco, ut dictum de* tinctur. Martis volat. adſtringent.

CAP. CCCXXXIII.

Modus generalis præparandi pilulas.

le Mort. DUplex datur forma pilularum. Una ex ſolis pulveribus cum melle. Altera ex reſinis, & gummatibus, vel ex iiſdem ambobus, compoſita, ut plerumque in receptis doctorum eſt. Compoſitio talis eſt.

In pulverem primò rediguntur omnia pulverizanda. Dein adduntur guttulæ aliquot mellis, vel ſyrupi, vel ſucci, & tamdiu impaſtantur, donec in unam maſſam abeant. Vel alio modo. Mel ad conſiſtentiam ſpiſſiorem coquitur ut manibus tractari poſſit. Dein immiſcentur pulveres, & calidè inde formantur pilulæ. Sic etiam proceditur in pilulis ex Terebinthina factis. Nempe Terebinthina ex aqua communi, vel convenienti, coquitur, donec nullum ferè odorem ſpargat. Dein calidè immiſcentur pulveres.

In reſinoſis verò, primò reſina, vel gummi, in conſiſtentiam molliorem redigitur mediante ſpiritu Vini. Dein admiſcentur pulveres in ſ. q. ſecundùm præſcriptum. Ultimò adduntur olea ſtillatitia, ut oleum Carui, &c. Ubi gummata ferulacea pilulas ingrediuntur, tunc reſinæ

cum

cum pulveribus etiam pulverizantur, & gummi cum pauco aceto destillato ad consistentiam redacta admiscentur.

Nota generalis super pilulas conficiendas:

Pilulæ, quoniam medicamenta sunt, quæ citissimè ab ægris fastidiuntur, summopere attendendum est, ut, in quàm minima dosi, quàm maximas exerant vires. Rejiciendi ergo sunt pulveres in magna tantùm dosi purgantes, ut Agaricus, folia Sennæ, Jalappa. Turbith, &c. vel eorum extracta, loco simplicium, in usum adhibenda sunt, ut, pro Agarico, Extractum, vel Resina Agarici. *le Mort.*

Dosis *Pilularum rariùs* ℈. ß. *excedere debet.*

Extracta potiùs facienda cum aqua communi, quàm cum spir. Vini, sunt: (aqua communis partes viscosas extrahit, Sp. Vini non attingit quidem viscosas, sed resinam tantùm extrahit) idque ob duas præcipuè rationes.

Primò, quoniam Extracta multò meliùs purgant, quàm resinæ. Secundò Extracta mollioris consistentiæ permanent, ita ut semper inde pilulæ confici possint. E contra resinæ, & omnia, mediante spiritu Vini extracta, temporis tractu duriora evadunt, ita ut potiùs in pulverem, quàm in pilulas reducantur.

Omnia Extracta mediantibus salibus, tam acidis, quàm alcalicis, facta, ex hisce confectionibus eliminantur, quoniam aëris injuriis nimiùm obnoxia sunt, & facillimè liquescunt, ita ut, singulis fere diebus, consistentiam dilutiorem obtineant, & postea facillimè situm contrahunt.

Illa verò, vel Succi inspissati, vel Extracta, quæ fiunt è vegetabilibus acidioribus, hoc sequenti modo asservari possunt. Videlicet, si primò ad consistentiam duriorem reducantur, & postea eis vel oleum, vel Sp. Vini, superfundatur ad supereminentiam latitudinis.... dig. per annum integrum asservari poterunt. Imò si succis liquidis oleum superfundatur, ad latitudinem circiter xix. digitorum, per idem tempus asservari queunt.

CAP. CCCXXXIV.

Pilulæ Imperiales nostræ descriptionis.

Rec. Pulp. Colocynthid. ℔. j. *Idem.*
Helleb. nigr. ℔ ß.

Gutt. Gamb. ℥. ij.
Agaric. ℥. x.
Rhabarbar. ℥. iv.
Succi, sive decoct. Prunor. q. s. humectandis, & extrahendis, hisce omnibus.

Digerantur simul per diem j. Dein leniter per semiquadrantem circiter horæ ebulliant. Postea exprimantur; & fæcibus recens decoctum superfundatur, procedendo, ut supra; eamdemque operationem adhuc semel repetendo. Solutiones omnes simul evapora ad mellis consistentiam. In hac dissolve:

Aloës succo rosar. lotæ. ℔. j. m. f. massa pilular.

Dos. *à gr. vj. ad ℈. j.*

Cap. CCCXXXV.

Pilulæ Pestilential. magistrales.

la Mort. Rec. Aloës lotæ cum succo, vel decocto, rad. Angelic. Imperator. Valerian. Petasitid. bacc. Juniper. & herb. Scord. ℥. j.

(Decoctum, sive succus, tali fit modo. Nempe:
℞. Baccar. Juniper. recent. ℥. ij.
Rad. Angelic. Valerian.
Petasitid. Imperator. ana ℥. ij.
Herb. Scord. m. iv.

Omnia recentia contundantur simul, &, additâ parvâ quantitate aquæ calentis, fiat expressio:

℞. Hujus succi. ℥. iv.
Aloës. ℥. ij.

Solvantur simul. Dein percolentur, & ad consistentiam evaporentur. Aloën hanc denuò cum recenti succo misce, & procede, ut antea: hanc operationem adhuc semel repetendo.)

Myrrh. lucid.
Croc. Britannic. ana ℥. ß.
Ol. cort. Arantior.
Succin.
Camphor.
Juniper. ana gutt. vj.

Sulph.

Sulph. p. Camp. q. s. sive ad gutt. circiter x.
m. f. massa pilular.
Dos. à ℈. ß. ad ʒ. j.

CAP. CCCXXXVI.

Pilulæ Cochiæ aliæ.

Vide Pil. Coch. Pharmacop. Lond. *le Mort.*

℞. Aloës lotæ cum succo rosar. ʒ. x.
Extr. Colocynth. mediante Vino præpar.
Extr. Scammon. mediante aq. parat. ana ʒ. ij.
Resin. Turbith. ʒ. iv.

(Hujus autem loco resina Jalappæ substitui potest, quoniam resina Turbith est valde cara) Misceantur invicem cum:

Ol. Lavendul.
Majoran.
Thymi, &
Rorismar. ana gutt. iij.
Cort. Arantior. gutt. ij.
Gariophyll. gutt. ij.

m. f. massa pilularum.
Dos. *à gr. iv. ad gr. xvj.*
Vires. *Conveniunt in omnibus Ventriculi impuritatibus, in Vertigine, &c.*

CAP. CCCXXXVII.

Pilulæ Masttichinæ.

Extrahatur ex Agaric. ʒ. vj. tinctura mediante aq. ferventi. Et post macerationem debitam hor. j. vel. ij. misceatur tinctura cum Aloës lucid. ʒ. x. Coq. simul ad consistentiam pilularum, sub finem addendo, Mastich. pulverizat. ℥. ß. f. massa pilularis. Cui, si libitum est, parum mellis addi poterit, ne tam citò exiccentur. *Idem.*

Dos. *ad ℈. ij. ad summum.*

In majori autem dosi operantur, si vulgari modo præparentur secundùm præscriptum, quod sequitur:

℞. Pulveres Agaric. & Mastiches subtilissimos, uti in descriptione.

Excipiantur in Aloë, solutâ, mediante coctione, in sp. Vini. Vel pulvis fiat omnium, & misceantur optimè simul. Hisce superfunde sp. Vin. rectificatum, vel, quod melius est, Elixir Proprietat. donec in pilularum consistentiam reduci queant.

Cap. CCCXXVIII.

Pil. Aloëphanginæ.

Is Mort. VIde Pharmacop. Lond.

♃. Aromata omnia præscripta, præter lign. Santal. & lign. Aloës.

Contundantur grosso modo. Superfundatur iis aquæ alicujus stillatit. odoriferæ. v. g. Majoran. q. s. ad supereminentiam aliquorum digitorum: Sp. Vini vulgaris partem octavam, respectu aquæ, vel sextam, ad summum. Digerantur simul, in arena, per hor. xxiv. Dein liquor coletur, & fæcibus recens menstruum superfundatur, in media circiter quantitate. Eodem modo procedendo, donec nullum ampliùs de se colorem præbeat. Ultimò coquantur simul, & ita calidè per linteum colentur. Sic oleum crassum Nucis moscat. & Maceris, per linteum transibit, quod seorsim, refrigeratis omnibus, excipiendum est ad usus sequentes.

♃. Solutiones omnes. Confundantur simul. In iis dissolvatur Aloës præscripta quantitas. Solutio denuò per linteum coletur, quia semper fæces in Aloë sunt, ut ut purissimâ, & ad Extracti consistentiam evaporetur.

Ab igne postea remotis, & tepefactis, immisce pulveres optimè malaxando, sive manibus subigendo, donec æquale appareat compositum.

Nota bene. Oleum expressum, crassum, immisceatur pulveribus, priusquàm immisceantur.

Nota secundò. Si nimis sicca evadat massa, parum mellis addi poterit, quod materiam perpetuò humidam reservabit.

Cap. CCCXXXIX.

Pil. Cochiæ majores.

Idem. VIde Pharmacop. Lond.

Contundantur singula seorsim. Dein misceantur pulverizata simul

mul Mellis Massiliensis. ʒ. ij. Et superfunde Elixir. Propr. Paracels. vel Spir. Vin. vulgaris q. s. ut inde fiat massa. Sub finem addendo Ol. Stoechad. vel Rorismarin. vel cujuscumque cæphalici. gutt. viij. vel. x. Idque loco flor. Stoechados, hoc enim modo vires non detrahuntur, sed moles imminuitur, quâ nausea creari solet ægrotantibus. Mel etiam Stoechados addi potest. Misce, fiat massa pilular.

Dos. *ad gr. xxv.*

Nota bene. Mellis pars vigesima sufficit respectu pulverum.

CAP. CCCXL.

Pilulæ Magistrales.

REc. Aloës lucid. ℥. ij. *le Mort.*
Scammon. ℥. j.
Gutt. Gamb. ℥. ß.

Pulverizentur singula seorsim. Pulverizatis superfunde Spir. Nitri dulcem, ut in massam unam, mediante contusione, reduci possint. Dein adde Mellis ℈. circiter. ij. f. massa, & formentur pilulæ, & in usum serventur.

Vires, & usus. *Bilem, pituitam, & serosos humores, optimè purgant: conveniunt in hydrope, mensium obstructionibus, cachexiâ, & præsertim iis, qui levioribus medicamentis purgari nequeunt.*

Dos. *à gr. v. ad ℈. j.*

Nota. Olea etiam aromatica huic massæ permisceri poterunt, quæ nauseam optimè præcavent è Gutt. Gamb.

CAP. CCCXLI.

Sal Lixivum Plantarum.

REc. Herbam siccatam quamcumque. Imprimis tamen stipites v. g. *Margr.* Absynthii, Fabarum, Saponariæ, Centaur. minor. fasciculos tres, quatuorve. Incende per vices, sub camino, super areâ purâ. Rediganturque igne aperto in cineres. Qui relinquantur, donec sponte extinguantur, agitando illas interdum forcipe, ut bene comburantur.

Cineres hos postea recipe, & in olla ferrea illis affunde aquæ pluvialis puræ, aut alterius optimæ. q. s. Digere super igne modico per hor. xxiv. In fine fac, ut ebulliant. Tum cola primùm per linteum densum: dein

dein per chartam. Colaturam, quæ propriè *Lixivium* dicitur, evapora in olla ferrea munda ad ſiccitatem uſque; & relinquetur in fundo ollæ *Sal lixivum, ſive ſixum* dictum, ſed valde impurum. Exime hoc Sal, & in crucibulo ignito, ſuper carbonibus accenſis, fortiter reverbera, ut fluat etiam inſtar aquæ. Tum effunde fluidum Sal ſuper tegulam. Refrigeratum redige in pulverem, quem aquâ calidâ ſolve. Digere per noctem: tum filtra per chartam. Sic habebitur aqua puriſſima, quæ in vitro évaporatorio leniter evaporanda eſt, vel ad tertiæ partis, vel ad totalem conſumptionem aquæ. Si primum fiat, Sal concreſcet in chryſtallos, ſed citò perituras. Si poſterius, habebitur Sal albiſſimum, quod ſuper tegula purâ, & accenſis carbonibus, paululum reverberatum ſtatim inſeri vitro debet. Quod ſubere clauſum illud præſervat ab aëre, ne per deliq. ſolvatur. Et hoc eſt illud Sal, quod propriè *Alcali* dici debet, & vulgò dicitur *Sal ſixum*, & *Lixivum*. Sed quia rarò hæc Salia reverberant, hinc plerumque multum acidi in ſe continent, unde minùs rectè Alcalium nomine cenſeri poſſunt.

Vires. *Salia Lixivia omnia potenter attenuant, & incidunt: fundunt liquores quoſvis acidi participes: movent urinam: reſerant obſtructiones: alvum laxant: ſudores cient: cutis poros aperiunt: anodyna ſunt.*

Doſ. *in ſubſtantia ad ℈. ß. imò ad ℈. j. in aquis deſtillatis.*

Alcalizatio Plantarum:
proceſſus ſecundus.

Marg. ℞ Ec. Herbam quamcunque, imprimis autem ſtipites ejus, ut ſunt Abſynthium, Ruta, Card. bened. Sarmenta vitium, exiccatam, aut viridem, non ad manipulos, ſed ad aliquot faſciculos.

Succende illam ſub camino, ut abeat in cineres perfectos, non nigros, ſed cinerei coloris. Sine ſponte extingui: refrigeratos cribra: & cum aq. pura in olla ferrea per noctem digere, aut coque. Tum filtra per chartam. Colaturam ſerva uſui. Hæc dicitur *Lixivium*, id eſt, *aqua ſale Lixivo impragnata.*

Hanc aquam in ollâ ferreâ mundâ evapora ad ſiccitatem uſque. Sic habebis in fundo Sal fixum plantæ, ſed valde impurum, & nondum alcalizatum. Hoc Sal ergo inde crucibulo puro, & ſuper carbonibus bene accenſis reverbera, donec fluat inſtar aquæ. Tum effunde ſuper Porphyritem, aut tegulam puram. Sic habebis materiam vitri inſtar; quam ſolve iterum aquâ calidâ. Solutam filtra per chartam. Colaturam leniter eva-

evapora in vitro ad ficcitatem uſque. Sic relinquetur in fundo materia albiſſima, quæ eſt ipſum alcali plantæ alcalizatæ ſive calcinatæ.

Vires. *Ejuſmodi alcalia potenter attenuant, & incidunt: humores fundunt: acrimoniam acidam temperant; unde infinitis morbis medentur.*

Doſ. *eſt ab aliquot granis ad ℈. ß. aut ℈. j.*

Incineratio plantarum, earumque Lixivium, & Sal fixum: proceſſus tertius.

REc. Herbam quamcumque, imprimis ſtipites ejus, exiccatam. Combure ſub camino, in igne aperto, donec in perfectos cineres abierit. Id eſt, qui non ampliùs ſint carbo, aut carbonis inſtar nigri. Quos cineres ſine extingui ſuâ ſponte, commovendo interdum, ut meliùs conſumantur. Refrigeratos excipe aquâ ferventi in ollâ ferrea. Digere per noctem. Tum filtra per chartam. Colatura, quæ plerumque flava eſt, dicitur vulgò *Lixivium*. Hoc evapora in ollâ ferreâ mundâ ad ſiccitatem uſque, & relinquetur in fundo Sal fixum iſtius plantæ, ſed impurum adhuc. *Margr.*

Ut verò depuretur, indatur crucibulo, quod reponatur in ignem circularem, donec fluxerit inſtar aquæ, effunde tum ſuper laterem purum: refrigeratum iterum ſolve aquâ purâ: filtra per chartam, & in vitro evapora ad ſiccitatem. Quod relinquitur in crucibulo mundo paulò fortiùs exiccetur, ſerveturque uſui. Nunc enim dicitur Alcali, id eſt, Sal aliquod lixivum puriſſimum omni acido ſenſibili deſtitutum.

Vires. *Talia alcalia, ſive Salia fixa, reverberata ſunt penetrantiſſima: mordent, lancinant, pungunt: omne acidum in momento deſtruunt, ſibi adjungunt, & cum eo in verum Sal concreſcunt. In corpore humano humores fundunt: obſtructiones aperiunt: reſolvunt, liquant: movent urinas, alvum, & ſudorem: imò & totam maſſam ſanguineam deſtruunt penitus veneni inſtar, ſi nimiâ copiâ adhibeantur.*

Doſ. ℈. ß. *ad* ʒ. ß. *in aliquo liquore deſtillato.*

CAP. CCCXLII.

Sal eſſentiale Plantarum.

REc. Plantæ cujuſvis recentis v. g. Rutæ hortenſis, Abſynthii, Card. ben. magnam quantitatem. Concide, & contunde, illas minutiſſimè. Repone tum in cellam per aliquot dies. Tum per linteum *Idem.*

crassum manibus, aut sub torculari, succum exprime. Alii plantam coquunt priùs, & tum succum exprimunt.

Hunc succum, addito uno, vel altero, albumine ovi conquassato, coque: despuma: filtra per manicam Hippocratis: clarificatum evapora, ad minimum, ad quartæ partis consumptionem. Tum repone vas per aliquot dies in cellam. Sic concrescent chrystalli quædam in liquore Sal aliquod repræsentantes; quod tamen purum haud est. Verùm potiùs Tartarus quidam ex sale tum volatili, tum fixo, oleo, terrâ, & phlegmate, conflatus.

Vulgus Auctorum minùs rectè ad salia volatilia refert. Est enim potiùs succus integræ plantæ, vel particulæ magis activæ ejus, repræsentantes ex parte naturam totius plantæ, unde etiam saporem ejus, & odorem, produnt.

Vires. *Aperiunt, & resolvunt, unde ventriculo, & primis viis, conducunt.*

Dos. ℈. *j. in aliquo liquore.*

Processus secundus.

Margr. REc. Plantam quamcumque, imprimis tamen lignosam, ut est Card. ben. Absynth. Artemisia. Hanc concide, & contunde, & cum magnâ quantitate aq. puræ coque per hor. ij. vel ad dimidium usque. Tum refrigeratam fortiter exprime manibus, & decoctum cola per pannum. Colaturam clarifica coquendo cum albumine ovi conquassato. Despuma cochleari perforato inter bulliendum. Tum trajice per manicam Hippocratis.

Colaturam leniter coque, in vase mundo, ad consistentiam syrupi liquidioris. Tum repone, in vase vitreo, in cellam per d. & n. viij. vel. x. Sic concrescunt chrystalli, sive lapilli splendentes, in fundo vasis, qui sunt ipsum *Sal essentiale Plantarum* dictum, id ést, *Acidum*, & *Alcali, cum pauxillo terræ, & olei*, plantæ decoctæ. Siccentur super charta mundâ, & servetur usui.

Vires. *Resolvit, aperit. Hinc conducit in obstructionibus; in ciendo urinam: aliisque affectibus.*

Dos. *est* ℈. ß. *ad* ℈. *j.*

Pro-

Processus tertius.

REc. Herb. Absynth. vel Card. ben. virentis, magnam quantitatem. Contundantur optimè, donec prælo succus exprimi queat. Succum expressum per subsidentiam clarifica. Dein evapora ad tertiæ partis remanentiam. Evaporatum repone in cella, donec chrystallos acquirat. Chrystallos hasce in recenti aqua communi dissolve: filtra: & ad pelliculæ apparentiam evapora. Evaporatum in cella repone, ut ante, ad chrystallizandum. Sic obtinebis chrystallos albissimas, sapore, & viribus omnibus plantarum suarum, impraegnatas. *le Mort.*

Vires. *Stomachicum est egregium, & sudorificum, Alexipharmacum, in peste, & febribus malignis, conveniens.*

Dos. *à gr. iij. ad xij.*

Processus quartus.

CArd. Ben. Febrifugum est insigne, & sudoriferum. Inde fit aqua, succus inspissatus, essentia, & sal essentiale, & fixum. *Idem.*

Sal essentiale fit ex herbâ viridi contusâ, & expressâ. Succus expressus ad tertiæ partis remanentiam evaporatur, &, in loco frigido, in chrystallos cogitur.

Sal fixum fit mediante incineratione. Egregium est sudoriferum. Aperit: urinam, & calculos pellit. Dos. est ℈. ß. ad ℈. j.

Nota bene. Modus præparandi Sal essentiale ex omnibus herbis alio modo talis est:

♃. Herbæ siccæ. q. v. Imple eâ retortam, cacabum ferream. Destilla, ut moris est. Fæces, seu caput mortuum relictum, calcina ad albedinem; & elixivia aquâ communi. Sic habebis Sal fixum.

♃. Spiritûs destillati. q. v. Rectifica ipsum, per arenam, in spiritu Vini rectificato. Dissolve salis fixi q. s. Evapora, & chrystalliza, ut ante.

CAP. CCCXLIII.

Secretior conficiendi Salia essentialia methodus, cum notâ generali super omnia Salia.

SAlia, in rerum natura, triplicis dantur generis. Muriatica sunt naturalia, quæ per se subsistunt. Salia Alcalia sunt artificialia; ut & Salia *Idem.*

 lia

lia Acida; quæ nunquam per se subsistere queunt, verùm in continuo motu, & alteratione, existunt. Quoniam verò Alcalia sunt salia, quæ omni figurâ, & formâ pristinâ spoliata, sola puncta minima, & acuta, obtinent; Acida verò particulæ sunt figuram, & formam propriam retinentes, destitutæ verò particulis suis fixioribus particulas illas rigidiores efficientibus, & poros replentibus; ideò si occurrant aliis particulis minimis, & acutis, ut & terrestribus, statim exsatiare, & replere, poros suos satagunt, retentâ semper propriâ figurâ, & formâ, illius corporis, è quo Sal illud acidum antea extractum, &, mediante calore, in fluorem redactum est.

Sic sp. acidus Nitri occurrens quibusvis particulis alcalicis, ut Sali Tartari, aut cineribus clavellatis absynthii &c. extempore inde fit Nitrum, & sic in cæteris procedit, ut ex aceto, & sale Alcali, fit Tartarus solubilis. Sic ergo Salia acida rectores existunt particularum alcalium: ideòque sequenti modo è quibusvis vegetabilibus, aliàs nullo Sale fixo præditis, Sal essentiale obtinere poterimus:

℞. v. g. Lign. Guajaci rasi quantit. sat magnam. Impleatur eo retorta vitrea, vel terrea. Et destilletur, ut Corn. Cervi, vel Tartarus, destillari solent. Sic prodibit spir. acidus cum oleo empyreumatico. Spiritum hunc per se rectifica. Sic primò prodit, ut in omnibus acidis solet, phlegma, cum pauco spiritu volatili permixtum. Dein, augendo ignem, adscendet sp. acidus fixior, qui ad siccitatem usque abstrahendus est. Huic spiritui adde sufficientem quantitatem Salis Tartari, vel alterius Alcali convenientis, quantum in poris suis recipere potest. Dein evaporetur phlegma ad medietatem. Reliquum reponatur in cella ad chrystallizandum.

Nota bene. Si non satis sit imprægnatum acido Guajaci, recens sp. Salis superfundendus, donec muriaticum acquirat saporem, & urinosus pro maximâ parte pereat. Chrystallos hasce, in umbra exiccatas, usui repone, sub nomine *Salis essentialis Guajaci.*

Nota secundò. Sal Tartari cum oleo Guajaci imbibi potest, & leniter calcinari. Sic primò Sal nigrum evadet; postea verò gryseum. Hoc Sal postea cum spiritu imprægnetur, & tantò magis virium acquiret.

Vires. *Non datur melius Sal in omnibus morbis per sudorem curabilibus: putredinem tollit: urinam, & calculos pellit: vires eximias in Lue Venerea, Paralysi, Podagra, Morphæa, Elephantiasi, Epilepsia, Ictero, Apoplexia, ut & in Peste, obtinet.*

Dos. *à gr. vj. ad* ʒ, ß. *cum decocto ligni Sassafras, vel Guajaci.*

CAP. CCCXLIV.

Modus inspissandi omnes herbas volatiles, oleo, & sale volat. præditas.

COchlearia antiscorbutica est è præcipuis; & etiam primariam laudem obtinet. Inde fit oleum, aqua, spiritus, & succus, qui vel inspissatur, vel liquidus asservatur. Modus autem inspissandi omnes herbas volatiles, oleo, & sale volatili, præditas, talis est: *le Mort.*

♃. Succi earundem herbarum viridium v. g. ℔. iv. Extempore immittantur cucurbitæ vitreæ, & unciæ quatuor circiter liquoris abstrahantur. Reliquum, apertâ cucurbitâ, evapora ad consistentiam usque pilularum. Huic succo, adhuc calido, admisce uncias quatuor prædicti liquoris, & ita asserva usui. Sic fiunt succi inspissati ex omnibus herbis cephalicis, antiscorbuticis, & menses moventibus.

CAP. CCCXLV.

Oleum pinguedinis humanæ.

REc. Pinguedinis humanæ à membranulis separatæ q. p. Liquefacito, ita ut bene fluat. Eique misceto tantum cinerum cribratorum, ut globuli inde formari queant. Hos globulos committito retortæ vitreæ, &, ex arena, oleum, instar spiritûs tenue, propellito. Quod si tenuius, & penetrantius, desiderabis: *Maëts.*

℞. Alcohol Vini, &
Hujus olei ana p. æqual.

Stent in digestione tepidâ; quò longiùs, eò meliùs. Ita oleum per alcohol Vini attenuatur, & mentitur ipsum spiritum. Alcohol postmodùm, lenissimo igne, ab oleo auferto, & obtinebis oleum in fundo vasis tam tenue, ut, instar spiritûs volatilis, poros nostri corporis permeare valeat. *Hoc per se illitum ratione suorum salium acerrimorum, cutem arrodere solet, ac proinde commodè miscetur, cum axungia porcinâ, ursinâ, & cerâ; vel cum medullâ boum, equorum, & similium animalium; eâ quantitate, ut linimentum referat.*

CAP. CCCXLVI.

Præparatio purgantis specifici in podagra.

Maëts. REc. Elect. Cariocostin. ℥. ß. (Si quis autem alvi fuerit durioris, addito resinæ Jalappæ à gr. ij. ad gr. vj.) Huic affundito Vini albi generosi. ℥. vj. Stent in digestione tepidâ per noctem. Manè transcolentur per linteum, & sic potionem purgantem in podagra specificam obtinebis.

CAP. CCCXLVII.

De Pomis Ambræ.

le Mort. POma Ambræ sub nomine Trochiscorum meritò recenseri solent; quorum descriptionem unam dabimus:

℞. Benzoin, Styrac. calamit.
Labdan. ana ℥. ij.
Carbonum lign. Tiliæ. ℥. j.
Mosch. gr. vj.
Zibet. gr. viij.
Ambr. gris. gr. iv.
Ol. Jasmin. gutt. xx.
Ol. Gariophyllor.
Lign. Rhod.
Cinnamom. ana gutt. iv.
Styrac. liquid.
Bals. Peruvian. ana ʒ. j.
Mucilag. gum. Tragac. q. s.

Misceantur primò pulveres. Dein contundantur cum Bals. Peruviano, & Styrace Calamita. Ultimò addatur solutio Gum. Tragacanth. & fiat pasta, ex qua postea formentur globuli.

CAP.

CAP. CCCXLVIII.

Puerperarum decoctum ad facilitandum partum.

CHamæmelum emollit: flatus discutit: usus ejus in decoctis, & clysteribus, emollientibus. Puerperis ad partum facilitandum, in sequenti decocto, apud plebem propinatur; *le Mort.*

℞. Flor. Chamæmel. vulg.
Artemisiæ. ana m. j.
Sem. iv. calidor. major. ℥. ß. m.

Decoquantur simul in tenui cerevisia. Coletur liquor, calidèque exhibeatur.

Vires. *Remedium est antiquissimum, & præstantissimum, omnibus puerperis male habentibus; ut & in doloribus Colicis.*

CAP. CCCXLIX.

Modus generalis pulparum, & mivarum, conficiendarum.

REc. Fructûs cujuscumque q. v. Affundatur ei s. q. aquæ. Maceretur per horas aliquot, donec parumper intumescant. Dein coquantur, donec ferè in massam unam liquidam coalescant. Adigantur dein per cribrum, vel setaceum, modo noto. *Idem.*

Nota bene. Si nimis sicci fructus evadant, aliquid aquæ calentis addere convenit, donec omnis pulpa per cribrum adacta sit.

Pulpam deinde convenienti quantitate Sacchari admisce. (Libra j. ß. Sacchari sufficit ad ℔. j. pulpæ) Crassities conveniens est, si in cuspide cultri retineri possit.

Modus in genere faciendi pulpas: processus secundus.

REc. Tamarindor. Prunor. Cassiæ, &c. q. v. Macerentur in s. q. aquæ tepidæ per horam unam, vel alteram, vel per hor. xxiv. Dein leniter coquantur. Coctum deinde per setaceum cum cochleari ligneo adigatur, donec fæces filamenta, & semina, tantùm supersint. Pulpam hanc evapora ad consistentiam Electuarii spissioris. *Idem.*

Usus,

Usus. *Inserviunt pulveribus excipiendis, vel Electuariis conficiendis.*

Nota: Quò ficciores, & duriores, sunt fructus, eò majus macerationis tempus requirunt. Sic bacc. Juniper. ad minimum hor xxiv. requirunt: Pruna, Berberes, Poma, & Pyra recentia, sex circiter horas: Tamarindi, Cassia fistula, horam unam.

CAP. CCCL.

Diaprunum solutivum.

le Mort. R Ec. Pulpæ prunorum acido-dulcium. ℔. j.
Tamarindor. Cassiæ. ana ℥. ij.
Sacchar. alb. vulgar. ℔. ij.
Emulsion. sem. Cucumer.
Portulac. &
Extract. liquidi succi Glycirrhizæ
cum aqua parati. ana ℥. viij.

Coquantur simul ad consistentiam debitam. Ubi ad teporem massa reducta fuerit, adde:

Scammon. ppat. ℥. ij.
Rhab. opt. ℥. j.
Cinnamom. ʒ. vj. loco Santal. citrin. Tragacanth. & flor. Violar. & rosar. rubrar.

Diaprunum solutivum Amstelodamensium. processus secundus.

Idem. R Ec. Pulp. Prunor. acido-dulcium. ℔. j.
Tamarindor.
Cassiæ in dec. prunor. dissolut. ana ℥. iij. ß.
Sacch. clarificat. ℔. ij.

Agitata simul coquantur ad spissitudinem, addendo:

Emulsion. sem. Cucumer. &
Portulac. ℥. v. circ. adde:
Scammon. ppat. ℥. ij.
Rhabarb. ℥. j.
Cinnamom. ℥. ß.
Fl Violar.

Rosar.

Rosar. rubr.
Succ. Glycirrhiz. ana ʒ. ij.
Santal. citrin.
Tragacanth. ana ℥. j.

Nota bene. Succus Glycirrhiz. & Tragacanth. etiam dissolvi possunt in s. q. aq. commun. & in forma liquida pulpæ permisceri. Ubi pulveres admixti sunt, contundantur simul pistillo ligneo, donec Electuarium æquale appareat.

Nota secundò. Pulveres tantùm admiscendi sunt, ubi fere frigefacta erit pulpa.

Electuarium Diaprun. solutiv. processus tertius.

REc. Pulpas omnes, & Saccharum, secundùm descriptionem. Coquantur simul cum Emulsione facta ex seminibus Portulacæ, & Cucumeris; in qua Emulsione succi Glycirrhizæ ℥. ß. dissoluta fuerit. Percoquantur simul ad consistentiam Electuarii; cujus consistentiæ signum est, ubi cochleari, vel cultro frigido, suscepta materia non diffluat. (In Electuariis verò purgantibus, & in Antidotis Opiatis, præparandis, consistentia mollior purgantibus, solidior antidotis conciliatur.) Coctis adde pulveres sensim, ubi refrigerari inceperit pulpa, & ad teporem perducta sit. Ubi pulveres omnes permixti sunt, contundantur, & agitetur massa pistillo ligneo, donec æquale appareat compositum. Dein ad usum reponatur. *le Mort.*

Vires. *Bilem serosam, & pituitosos humores purgat: lenissimè operationes suas perficit; ideoque in plurimo usu apud plebem est.*

Dos. *à* ℥. *ij. ad* ℥. *vj.*

CAP. CCCLI.

Pulvis pyreus.

PUlvis pyreus hoc modo construitur, ut videatis differentiam inter hunc pulverem, & pulverem tonitruantem, quem supra posui. *Vide processum, cui titulus Nitrum fulminans.* *Idem.*

℞. Sal. Nitri. ℔. XL.
Sulphur. ℔. XXV.
Pulveris carbonum. ℔. XV.

Pulverizentur, & misceantur urinâ in globulos.

CAP. CCCLII.

Aqua ſpecifica ad Quartanas.

Maëts. REc. Rad. Bryon. ℔. j.
Raphan. ruſtican. ℔. ij.
Fol. Cochlear. m. iv.

Contundantur inter ſe, & mixtis affunde, Vini albi generoſi. ℔. iv. Macerentur ſimul per dies. viij. Dein deſtillentur in balneo Mariæ ad ſiccitatem uſque. Hujus aquæ ex deſtillatione paratæ:
Accipe ℥. iij.
Vini alb. eamdem quantitatem.
Nuc. moſcat. pulverizat. ℈. j.
Sacchar. ℥. ß.

Paulò ante paroxiſmum exhibeatur in declinatione febris. Exhibeto inſuper:
Tinctur. Gariophill. ad ℥. j. mixtam cum
Vini generoſ. ℥. iv.

Præparatur autem Tinctura Gariophyllorum mediante ſimplici digeſtione cum ſp. Vini vulg. & Gariophyllis per medium diſſectis.

CAP. CCCLIII.

Præparatio Reſinarum.

Idem. REc. Jalappæ, vel Scammon. vel Agaric. q. p. Redigas in pulverem tenuem. Eique affundito ſp. Vini vulgaris ad eminentiam iv. digitor. tranſverſorum. Stent ſimul in digeſtione per 40. horas. Ita ſpir. Vini in ſe combibit partes reſinoſas prædictorum ſubjectorum. Quas ſeparare hac methodo oportet:

♃. Spir. Vini tincturâ Jalappæ, vel Scammonii, vel ſimilium, imprægnati. q. p. Hunc ſtillatim confundito cum aq. pluviâ frigidâ. Ita illico lacteſcet. Hoc peracto, (ſi ſpiritum Vini recuperare deſideraveris) committito cucurbitæ, & per alembicum, lento igne, pars ſubtilior auferatur. Quæ eidem uſui de novo inſervire poterit. Partem verò in cucurbita remanentem evaporato ſenſim, & ſenſim. Ita primitus tibi apparebit materia valde viſcoſa, quæ tandem ulteriore evaporatione inſpiſ-

ſpiſ-

ſpiſſata ſpeciem quamdam reſinæ offeret. Sed quandoquidem hæ reſinæ valde ſunt viſcoſæ, ac eatenus mordicus inteſtinis adhærere, ibique tormina excitare ſolent, huic malo hâc methodo præcavere debes:

♃. Juſtam reſinæ alicujus doſim, eamque diſſolvito in vitello Ovi, (vel cochleari ſpiritûs Vini) continuò agitando in mortario, donec reſina in vitello ovi ſit reſoluta. Poſtmodùm miſceto cum juſculis, lacte amygdalato, cereviſiâ, vel ſimilibus aliis liquoribus, ægroque exhibeatur. Hoc enim in caſu fœliciter purgare ſolent reſinæ, nec ſymptomata maligna ullatenus excitant. Quòd ſi Diagridium mitigatum facillimâ viâ præparare tibi animus ſit, hoc modo procedito: *Vide proceſſum cui titul. Mitigatio Diagridii, in verbo Scammoneum.*

Præparatio reſinarum, ut & de juſta exhibendi methodo: proceſſus ſecundus.

REc. Scammonii, vel Jalappæ, vel Agarici. q. p. Hiſce pulverizatis affunde ſpiritum Vini generoſum ad eminentiam trium, vel quatuor, digitorum tranſverſorum. Stent in digeſtione per 24. horas. Spir. Vini abſque perturbatione fæcum decanta, & in aquam frigidam projice, quæ lacteſcet. *Maëts.*

Nota, quòd ſi magnâ quantitate reſinas comparare animus ſit, quòd per deſtillationem portio ſpiritûs Vini recuperari queat. Secùs fiat ſupra ignem lenem evaporatio ad totalem ſiccitatem. Ita enim obſervabis circa finem operationis reſinas tuas, inſtar glutinis, eſſe tenaces; quæ refrigeratæ duræ ſunt, inſtar reſinæ.

Commodiſſimè interiùs exhibentur diſſolutæ in vitello Ovorum; quo in caſu cum juſculis, aliiſve vehiculis, miſceri poſſunt. Pro ſummè delicatis miſcentur cum lacte amygdalato, cui ad gratiam additur Julapium Roſatum.

Doſ. *Reſin. Jalapp. eſt à gr. iv. ad xij.*
Scammon. à gr. iij. ad viij.
Agaric. à gr. iv. ad. x.

Nota generalis ſuper omnes reſinas.

IN viribus Reſinæ à ſimplicibus ſuis ſæpe differunt, ut non tantæ ſint activitatis. Quò menſtruum etiam eſt magis ſubtile. & ramoſum, eò etiam debiliùs, & lentiùs, operantur reſinæ extractæ. Sic reſina Scammo- *le Mort.*

monei majorem dosim expetit, quàm Scammoneum ipsum. Sic Opium menstruo spirituoso extractum minoris est efficaciæ, quàm corpus ipsum ante extractionem. Imò anxietates sæpiùs plures excitat. Quoniam valde difficilis sunt solutionis, adeò ut sæpiùs etiam tormina maximâ, imò dysenteriam procreant, quoniam indissolutæ hæ particulæ intestinis, & plicis, ventriculi inhærentes, vomitum, & nauseam, continuum, vel conatum purgandi semper efficiunt; ideòque vel valde parum agunt, vel nimis. Methodus verò iis utendi optima est, si in sp. Vini denuò dissolvantur, additis aliquibus particulis salinis melioris solutionis ergô; deinde propinentur.

CAP. CCCLIV.

Modus depurandi omnia resinosa, & viscosa duriora, uti sunt ligna, rad. cortic. &c.

le Mort. REc. Cujuscumque ligni q. v. Huic affunde trigesimam circiter partem olei Tartari per del. (Vel si Salia herbarum expetantur, illa pro libitu extempore ipsis permisceantur.) Et sint maximè dura, ut lign. Guajacum, Cedrinum, Juniperinum, Aspalathi, cortices Guajaci. Superfundatur ℥. j. vel altera, Spiritûs Vini; Aquæ. q. s. ut tantùm humectentur. Relinquantur in maceratione per hor. vj. vel viij. Dein aquæ s. q. superfundatur, & coquantur simul per horas aliquot, donec tincturam optimè deposuerint. Post coctionem parumper subsideant, donec liquor supernatans limpidus appareat. Dein sine perturbatione colentur per linteum. Sic decoctum clarum obtinebis.

Præmittitur primò maceratio cum parvâ illâ quantitate liquoris, ut tantò majore cum impetu particulæ illæ fluidæ salinis acutis adjutæ in poros illos irregulares particularum resinosarum agere possint. Cùm aliàs, si major liquoris quantitas affunderetur, liberum circumquaque obtinentis fluiditatis gradum, tantùm blando motu inter se invicem moverentur, relicto corpore crassiore. Jam verò ob angustiam loci, & penuriam particularum, vi sibi viam comparare satagunt, simulque crassiores, tam ramosas, quàm viscosas, particulas, in motum secum rapiunt. Eodem modo, ut fœnum, & omnia vegetabilia recentia, humidiùs reposita, motum maximum intestinum concipere solent, ita ut calorem, & flammam, sæpiùs admittant. Sic postea facillissimè menstruum in. s. q. sic affusum aditus ad intestinorum usque penetralia obtinet, & omnes solu-

ſolubiles particulas poſtea facillimè movet; unde decocta fiunt majoribus viribus prædita.

CAP. CCCLV.

Ligni Rhodii Balſamum.

LIgnum Rhodium, quod eſt albicans, nullius eſt pretii. Debet autem eſſe flavuum, & ponderoſum. Rhodo inſulâ apportatur. *Nephriticum eſt: attenuat: urinam, & menſes, promovet.* Inde fit oleum ſtillatitium, & balſamum, quod curioſiſſimè tali modo paratur: *le Mort.*

♃. Raſuræ flavæ ligni Rhodii q. v. Extrahatur tinctura cum ſpir. Vini, addito pauco ſale Tartari. Tincturam evapora ad conſiſtentiam mellis ſpiſſioris. Inſpiſſatæ adde q. ſ. olei ligni Rhodii, cum pauco oleo Macis expreſſo, m. f. Balſamum.

CAP. CCCLVI.

Spiritus Roſarum.

REc. Roſarum pallidarum à calicibus ſeparatarum. ℔. xij. Inde doliolo querno. Tum adde fæcum cereviſiæ recentium ℔. iij. Aquæ ferventis. ℔. x. Tegantur operculo, cui imponatur lapis ſatis gravis, & ſic repone ad fermentandum per dies XL. Tum inde veſicæ cupreæ, & affunde cereviſiæ generoſæ, & antiquæ, ℔. XL. Deſtilla cum refrigeratorio ad tertiæ partis remanentiam. Quod prodit, rectifica per balneum. Et habebitur ſp. roſarum fragrantiſſimus, & inflammabilis; qui ſervetur uſui. *Margr.*

Vires. *Eſt cephalicus, & cardiacus. Uſurpatur præcipuè ad refocillandos ægros. Miſcetur potiunculis cardiacis; cum Moſcho, & Ambrâ gryſeâ, redigitur in eſſentiam Ambræ, aut Moſchi.*

CAP. CCCLVII.

Aqua Roſarum.

REc. Roſarum pallidarum. ℔. x. Indantur recentes (mundatæ tamen à calicibus) veſicæ; & affuſâ aquâ purâ macera per xxiv. horas. *Idem.*

ras. Tum fiat destillatio per refrigeratorium, ita ut abstrahatur dimidia tantùm pars liquoris, aut quantum libet. Et, si placet, hanc aquam destillatam affunde novis rosis, & adhuc semel destilla eodem modo; & habebitur aqua rosarum fragrantissima.

Vires. *Refrigerat, & humectat: cardiaca, & cephalica est. Usus in Julebis, Emulsionibus, & potiunculis.*

Dosis *est pro re nata.*

Processus secundus.

Margr. REc. Rosarum pallidar. ℔. xx. Destilla quartam earum partem macerando per noctem aquâ purâ, per Vesicam, cum refrigeratorio, fere ad siccitatem; ne tamen comburantur. Aquam destillatam affunde alteri quartæ parti, &, abjectis fæcibus prioribus, ex eadem vesica, destilla, ut antea. Aquam destillatam adde tertiæ quartæ parti, & iterum destilla, ut antea. Hanc aquam affunde ultimæ quartæ parti rosarum, & destilla, ut antea ad siccitatem fere. Sic habebitur aqua rosarum valde pinguis, & fragrans; quam serva usui.

Vires: *refrigerat, siccat: est cardiaca, cephalica.*

Dos. ℥. *j. atque altera, redacta in Julapium cum Saccharo tabulato.*

CAP. CCCLVIII.

Tinctura Rosarum.

Idem. REc. Flor. rosar. rubr. siccat. m. j. Illis in vitro oblongo, aut phialâ, affunde phlegmatis Vitrioli rectific. q. s. Digere, vitro optimè clauso, per diem, & noctem unam. Tunc cola per pannum, etiam fortiter exprimendo. Colaturam per noctem repone. Tum decanta à fæcibus, Tincturam claram serva usui.

Vires. *Refrigerat, siccat, adstringit. Conducit in compescendo vomitu, in sistendâ diarrhæa, aliisque fluxibus tollendis.*

Dos. *est* ʒ. j. *vel. ij. edulcorata Saccharo; aut in aliis mixturis.*

Tin-

Tinctura Rosarum, & omnium florum cordialium: processus secundus.

REc. Aq. ferventis. q. v. Superfunde illam f. q. rosar. rubrar. ultimò addendo ol. Vitriol. guttas aliquot. Relinquantur simul, donec tincturam sat rubicundam liquor assumpserit. Hæc tinctura per duas circiter septimanas asservari poterit. *le Mort.*

Vires. *In morbis, & febrib. ardentibus convenit, ut & tempore æstivo: humores biliosos temperat. Usus ejus est, si syrupus aliquis conveniens, vel saccharum, in decenti quantitate ei immisceatur.*

CAP. CCCLIX.

Sp. Aq. & Ol. Rosar. adeòque ex omnibus etiam Vegetabilibus.

REc. Fl. rosar. pallidar. quantitatem satis magnam. Hisce adde aquæ communis stopas aliquot, ut flores ei innatare possint; Sal. commun. m. j. vel. ij. fermenti cerevisiæ. cochl. j. vel. ij. Sacchari, ℥. iv. aut q. f. ad fermentationem. Misceantur simul, & reponantur ad fermentandum per dies circiter xiv. donec acidum odorem præbere incipiat. Dein destillentur. Sic primò prodit spiritus seorsim ad ℥. aliquot excipiendus, qui rectificatione eget, vel, novis rosis additis, destillari potest. Sic semper fragrantior evadit: (sint autem illæ rosæ, si fieri possit, etiam fermentatæ:) postea subsequitur aqua rosarum. *Idem.*

Nota benè. Si tantò fragrantior desideretur aqua, seu spiritus, Santalum citrinum, & lignum Rhodium, in parva quantitate, addi poterunt.

Sic fiunt aqua, & spiritus, florum Tiliæ, flor. Cariophyllorum, Menthæ, Melissæ, &c.

Nota benè. Si aqua spirituosa solùm desideretur, ad pintas aliquot, abstrahi liquor potest, & ita asservari.

Nota benè. Oleum aquæ semper supernatat, nisi in ponderosioribus aromaticis, ut Cinnamomo, & Gariophyllis.

CAP.

CAP. CCCLX.

Oleum, & Unguentum, Rosarum.

REc. Flor. rosarum. q. v. Immergantur axungiæ, vel oleo, quantum illi retinere possunt. Ex oleo oleum fit, ex axungia unguentum. Exponantur Soli per tres dies: dein flores removeantur, & recentes denuò eodem oleo percolato injiciantur, & denuò Soli exponantur, ut ante, per tres dies. Idque repetatur sexies, vel octies; quò sæpiùs, eò meliùs. Dein oleum unà cum rosis, è balneo Mariæ, leniter coquantur: postea percoletur. Oleum, vel Axungia, percolatum, in balneo Mariæ tepido per xxiv. horas reponantur, donec omnes fæces deposuerint, & limpida facta sunt. Hisce, si lubet, infunde aliquot guttas ex oleo ligni Rhodii, donec fragrantissima evadant. Deinde ad usum postea reserventur.

Vires. *Refrigerat, leniter adstringit, rubori faciei succurrit: tumoribus duris, & inflammationibus, externè applicatur. Inde fiunt unguenta diversa plerumque refrigerantia, & discutientia, uti etiam Balsamum Saturni.*

Internè ventri succurrit: calculum pellit.

Dos. *à* ℨ. *ij. ad* ℥. *j.* ß.

CAP. CCCLXI.

Syrupus Rosatus.

le Mort. REc. Sacchar. purificat. vel clarificat. q. v. Adde ei sufficientem quantitatem aquæ rosarum. Coquantur simul ad consistentiam tabulati. Coctis, & ab igne remotis, adde aquæ rosarum s. q. ad consistentiam syrupi. Denique insperge sequentem pulverem:

♃. Sacchar. clarificat. ℨ. ij.
Ol. lign. Rhod: gutt. ij.

Misceantur invicem, donec oleum dispareat, & erit paratus Syrupus.

CAP.

CAP. CCCLXII.

Conserva Rosarum.

REc. Rosarum. q. s. Abscindantur partes albicantes, & flavescentes. Contundantur in mortario lapideo ad pulpæ consistentiam. Hujus pulpæ ℔. j. adde ℔. ij. Sacchari. Denuò conquassentur, donec optimè unita sint. *le Mort.*

Vires. *Egregiè mundificat sanguinem: refrigerat, laxat; unde convenit in febribus ardentibus, & biliosis. Conserva rosarum rubrarum magis adstringit, & cardiaca est.*

Dos. *à* ʒ. *ij. ad* ℥. *j.* ß.

CAP. CCCLXIII.

Placentæ rosaceæ.

REc. Rosar. m. ij. vel. iij. Indantur patellæ planæ vitriatæ arenâ conspersæ. Evaporet humiditas lento igne. Sic sensim sibi invicem adhærebunt folia rosarum. Quæ parumper manu compressæ invertuntur, ut ab altera parte etiam parumper exiccentur. Dein ulteriùs super furnum pistoris, vel hypocaustum, exiccentur ad usum reservandæ. *Idem.*

Nota bene. Debent reponi loco sicco; aliàs situm contrahunt.

Usus. *In affectibus capitis calidis adhibent placentam priùs madefactam aquâ rosarum, vel aceto, frontique applicant. Insuper convenit in Erysipelate, si externè illi applicetur.*

CAP. CCCLXIV.

Mel rosaceum colatum.

REc. Flor. rosar. rubr. q. v. Infunde aquæ communi per hor. aliquot. Deinde coquantur, & colentur. Colaturæ adde mellis. s. q. Coq. & clarificentur cum albumine ovi. Dein denuò post colaturam, adjuvante manûs expressione, percoque ad consistentiam syrupi crassioris. Cocto adde Aq. rosarum ℥. j. vel alteram, ut debita fiat consistentis. *Idem.*

Ovum ad clarificationem diu agitatur calamo fisso, & utrimque ad an-

angulos rectos dilatato, rotando, uti fit in Chocolatæ præparatione.

Mundificat vulnera, & ulcera cacoëthica: acrimoniam salium obtundit, & aliorum oleorum, & gummatum: internè adstringit.

Dos. *pro lubitu.*

Albumen ad clarificandum debet eò usque agitari, donec totum in spumam abeat, nullo in fundo relicto liquore, & albissimum appareat. Albumen infundi debet, cùm liquor coctione expanditur, & cochleari ligneo deprimitur perpetuò, ut retiformi suâ substantiâ irretiat particulas crassiores.

Cap. CCCLXV.

Ruptorium secretius.

le Mort. RUptorium secretius poterit confici sequenti modo, si quando usus erit:

♃. Cortic. Fraxini recentium, si haberi possint, q. v. Incinerentur. Cineres albi applicentur loco affecto salivâ parum madefacti.

Cap. CCCLXVI.

Oleum, & sp. Sacchari: item sp. inflammabilis.

Idem. SAccharum album, & rubrum, emolliunt, & incidunt: pectoralia, & bechica sunt. Inde fit oleum, sp. acidus, & sp. inflammabilis, & vinosus, & vinum artificiale.

♃. Sacchari. m. j.
Arenæ, vel
Cinerum lotorum. m. iij.

Indantur retortæ vitreæ, & lenissimo igne per arenam destilla, ultimò urgendo ignem ad incandescentiam fere, & habebis oleum, & spiritum.

Spiritus inflammabilis fit mediante saccharo in aqua dissoluto, & fermentato, postea destillato.

Usus. *Inservit iisdem fere usibus, ac sp. Vini, nisi quòd magis conveniat sali volatili oleoso, quoniam multò plus olei absorbet, quàm sp. Vini.*

CAP. CCCLXVII.

Sal polychreston Parisiensium.

REc. Nitri puriſſim. Sulphur. comm. ana ℥. ij. Terantur ſubtiliſſimè: cribrentur: miſceanturque. Hæc maſſa per vices ingeratur in crucibulum ſuper carbonibus ignitum, comburaturque donec pulviſculus gryſeus remaneat. Hunc pulverem ſolve aquâ ferventi: filtra per chartam: & evapora ad ſiccitatem. Et relinquetur Sal albiſſimum; quod ſervetur uſui. *Marg.*

Vires. *Inſigne eſt deobſtruens in febribus intermittentibus, ſi inſeratur ordinario potui ægrorum.*

Doſ. *eſt* ʒ. *j. pro unâ vice, in cerevisiâ, vel aq. pura.*

CAP. CCCLXVIII.

Volatilizatio ſalium fixatorum.

REc. Sal volatile quodcumque per ſpiritum aliquem acidum fixatum. Adde ei Alcali quodcumque: (utraque tamen debent eſſe priùs côntrita.) Indantur retortæ vitreæ, & affuſâ ſufficienti quantitate aquæ puræ, ut commodè ſolvi poſſint, fiat deſtillatio ex arena ad ſiccitatem uſque. Et unà cum aqua prodibit Sal volatile, quod antea ab acido ligatum erat, abſorpto nempe acido ab alcali admixto. Hoc Sal volatile deſtillatione per alembicum in formam ſiccam ſublimari poteſt. *Idem.*

Uſus. *Eſt tantùm experimentum continens modum Salia fixata volatilizandi.*

CAP. CCCLXIX.

Fixatio ſalium volatilium.

REc. Sal volatile quodcumque v. g. cranii humani, fuliginis, cornu cervi, urinæ, &c. Affunde ei guttatim aliquem ſpir. acidum, nempe ſpiritum Salis communis, aut Vitrioli, aut Nitri, quamdiu effervescit. Deſinente effervescentiâ, fixatio eſt peracta. Filtretur liquor per chartam; & in vitro evaporatorio, in arena, leniter evaporetur ad *Idem.*

ficcitatem usque. Et relinquetur in fundo Sal volatile, & acidum simul in massam unam concentratum. Nempe Sal aliquod ex acido, & alcali, conflatum.

Usus. *Præter id, quòd processus hic ostendit modum salia volatilia conservandi in longum tempus, ne avolent, insignem quoque vim habent talia salia fixata incidendi, attenuandi, sulphura destruendi, fermenta peregrina imbibendi, unde à multis medicis pro arcanis, & panaceis habentur, possuntque omni tempore per addita alcalia ad volatilitatem suam reduci.*

Dos. *sunt gr. vj. vel viij. ad* ℈. ß.

Processus secundus.

Margr. R Ec. Sal. volatil. Ammoniac. aut Urinæ, aut cujusvis alterius. ℥. j. Affunde ei, in vitro contento, spiritûs Sal. commun. q. s. id est, quamdiu effervescit. Deficiente effervescentiâ, filtra per chartam: & in vitro lati orificii evapora ad siccitatem. Et relinquetur in fundo Sal quoddam compositum, ex sale volatili, & spiritu Salis communis, conflatum. Solvatur hæc massa aquâ rosarum: filtretur per chartam: atque iterum evaporetur ad siccitatem. Repetatur hæc solutio cum aqua rosarum aliquoties, semper iterum evaporando ad siccitatem. Et relinquetur tandem Sal volatile fixatum albissimum, odore rosarum præditum.

Vires. *Ejusmodi salia volatilia fixata valde incidunt, atque resolvunt materias viscidas, unde conducunt in variis morbis ab ejusmodi humore productis, nempe in obstructionibus: in calculo, in podagra. Præterea fermenta varia coagulant: sulphura fœtida ex sanguine exhauriunt.*

Dos. *est gr. vj. ad x.*

CAP. CCCLXX.

Decrepitatio Salis communis.

Idem. R Ec. Sal. commun. ℔. ß. Inde patellæ terreæ non vitriatæ. Quam impone carbonibus accensis, & spatulâ ferreâ Sal crebrò agita; audieturque magnus strepitus Salis ab igne agitati, qui vulgò *Decrepitatio* dicitur. Relinquatur Sal tamdiu, donec non ampliùs crepet, sed sub forma pulveris relinquatur. Hic pulvis dicitur *Sal decrepitatum.*

Usus. *Inservit reverberandæ calci Salis: destillando spiritui Salis: cœmentando Antimonio, & Veneri, aliisque pluribus usibus.*

Pro-

Processus secundus.

REc. Sal. commun. marini. ℥. iv. Indatur fictili terreo, non vitriato. Reponatur super carbonibus accensis, commovendo sedulò spatulâ ferreâ, donec non ampliùs strepitum edat, & cadat in pulverem subtilem. Quod relinquitur, dicitur *Sal decrepitatum.* *Marg.*

Usus. *Inservit pro cœmento in calcinatione Solis, Veneris, & Antimonii.*

Processus tertius.

REc. Salis commun. q. s. Inde patellæ terreæ, non vitriatæ; mundæ tamen. Hanc repone super carbones modicè accensos, & spatulâ ferreâ continuò agita, donec Sal non ampliùs crepet, sed quietè sub forma tenuis pulveris relinquatur. Sic habebitur *Sal decrepitatum*, sive *Salustum, calcinatum, desiccatumque*, sicut vulgò dicitur. *Idem.*

Usus. *Inservit multis operationibus Chymicis pro cœmento, nempe parando Croco Veneris, Regulo Antimonii rubro. Ingreditur etiam cœmenta Regalia dicta Chymicis, hoc est, Aurum, aut Argentum.*

CAP. CCCLXXI.

Spiritus Salis communis.

REc. Sal. commun. ℔. ij.
Farin. laterum, sive,
Bol. commun. ℔. iv.

Pulverizata misce invicem, & indantur retortæ terreæ. Recipiens ei capax adjungatur; & destillentur primò lento igne, sensim adscendendo ad ultimum ignis gradum, donec nil amplius adscendat; & tum recipiens clarum apparet. Adscendit sp. vaporibus albis. Refrigeratis omnibus, recipiens amoveatur, & sp. effundatur. Qui, si libet, potest rectificari. *le Mort.*

Vires. *Est optimum medicamentum contra hydropem: sitim extinguit: prodest in febribus ardentibus, peste, & similibus: refrigerat: curat Icterum: & lumbricos: calculum expellit, & dissolvit. Usui etiam Chymico inservit, nempe metallis, & mineralibus solvendis, illorumque tincturas optimè extrahit.*

Dos. *à gutt. ij. ad vj. vel viij.*

Alius modus faciendi ſpiritum Salis communis: proceſſus ſecundus.

le Mort. R Ec. Salis commun. ℥. iv. Diſſolvantur in aq. communi tepida, quantum ſolum diſſolvere poteſt. Solutioni affunde Ol. Vitrioli rectificat. ℥. j. Miſce. Et deſtillentur in cucurbita vitrea cum alembico ſuo munita. Phlegma primo prodiens à ſpiritu ſubſequente acido auferatur. Dein ad ſiccitatem uſque deſtilletur.

Vires, *& doſis, ut ſupra.*

Rectificatio ſp. Sal. commun.

R Ec. Sp. Sal. commun. q. v. Abſtrahe in balneo Mariæ tantum aquæ inſipidæ, quantum adſcendere velit. Cùm nil amplius aquæ inſipidæ deſtillat, in arenam transferatur, & reliquum, quod remanſit, abſtrahatur, & uſui reſervetur.

Proceſſus tertius.

Idem. R Ec. Sal. commun. ℔. ij.
Bol. vulgar ℔. iij.
Colcothar. Vitriol. ℔. j.

Miſce optimè ſimul, & imponantur retortæ propriæ. Sic primò prodibit phlegma: deinde ſp. volatilis: tandem ſp. acidus; per rectificationem, ſi lubet, ſeparanda.

Nota primò. Si cum Colcothare ſolo, loco boli, fiat deſtillatio, tantò fortior erit ſpiritus.

Nota ſecundò. Sali depurato præſtat non depuratum.

Nota tertiò. Si decrepitetur Sal ante deſtillationem, acrior evadit ſpiritus, ſed in minori copia colligitur.

Nota quartò. Eodem modo deſtillatur ſp. Nitri, & majorem ſpiritûs copiam præbet. V. g. ex ℔. j. Nitr. ℥. x. ſpiritûs. Sal autem commune ex ℔. j ℥. iv. tantùm præbebit.

Vires. *Incidit, attenuat, aperit, diureticum eſt: ſitim ſedat: hydropicis convenit: In Chymia plurimi eſt uſûs ad particulas ramoſas metallicas diſſolvendas. Præcipitat omnia ſoluta in aq. forti, aceto, &c. Quæ præcipitata læviſſima, & albiſſima, fiunt. Inſuper omnia olea fœtida corrigit, & fœtorem tollit. Pleraque etiam ramoſa coagulat, & figit. Mineralia volatili-*

latilizat, ut Arsenicum, Antimonium, Zincum &c. & Marcasitam. Salia volatilia figit, unde Salia Ammoniaca fieri possunt diversa.

Spiritus Salis communis viâ siccâ: processus quartus.

R Ec. Sal. commun. ℔. ij. *le Mort.*

Colcothar. Vitrioli omni spiritu, & oleo privati. ℔. iv. Misce optimè simul. Dein imponantur cantharo, &, applicato Recipiente, fiat destillatio leni igne per horas procedendo, donec vapores apparere incipiant albi. Dein ignem auge ad summum usque gradum: & in eo per iij. vel iv. horas persiste, donec nulli ampliùs vapores egrediantur. Dein, refrigeratis omnibus, exime spiritum flavum, & ad usum serva.

Rectificantur omnes spiritus acidi, sine ulla additione; abstrahendo phlegma insipidum primò prodiens, donec spiritus prodire incipiat, qui seorsim excipiendus.

Nota primò. Ex omnibus acidis spiritibus solus sp. Nitri nullum insipidum phlegma de se præbet; nisi in Balneo Mariæ rectificatio fiat.

Nota secundò. Si planè clarus, & limpidus, expetatur spiritus, post abstractionem plegmatis augeatur ignis, ut spiritus in altum elevari possit. Sic prodibit instar aquæ limpidæ spiritus.

Vide cap. 301. process. 5.

Spiritus Salis communis: processus quintus.

R Ec. Sal. communis marini, Ol. Vitriol. ana ℥. iv. Solvatur primò Sal aquâ purâ, & quidem in retortâ vitrea. Tum adde ol. Vitrioli, & retortam repone in arenam, applicatoque recipiente vitreo, destilla igne secundi, & tertii, gradûs ad siccitatem usque. Sic habebitur sp. Salis genuinus: oleum verò Vitrioli remanebit in retorta, & super alcali Salis communis reducetur in Vitriolum. *Marg.*

Vires. *Sp. Salis communis refrigerat, aperit: putredinem arcet: est diureticus, lithontripticus: maximè adversatur pesti, imprimis edulcoratus saccharo, quantum capere potest.*

Dos. *est* ℈. ß. *ad* ℈. *j.*

Spiritus Salis communis Glawberi.
processus sextus.

Marg. REc. Ol. Vitriol. Sal. commun. marin. ana ℥. iv. Solvatur Sal in sufficienti quantitate aq. puræ. Solutioni adde oleum Vitrioli. Fiat destillatio ex retorta vitrea, in arena, ad siccitatem usque. Et prodibit in recipiens sp. acidus penetrantissimus, qui est ipse *sp. Salis communis* dictus. Ol. verò Vitrioli coagulabitur in retorta cum alcali Salis communis.

Vires. *Aperit, attenuat. Mediæ consistentiæ est inter sp. Vitrioli, & sp. Nitri: movet urinam: extinguit sitim: solvit Solem tanquam menstruum ejus.*

Dos. *intra corpus sunt gutt. x. vel. xij. in Vino, vel alio liquore.*

Spiritus Salis marini Glawberi:
processus septimus.

Idem. REc. Sal. commun. marin. ℥. iv. Solvatur hoc in. s. q. aquæ communis. Solutioni adde Ol. Vitrioli fortissimi. ℥. iv. Destillentur hæc simul ex retorta vitreâ, in arena, ad siccitatem usque. Quod prodit in recipiens est genuinus spiritus Salis communis; qui sine rectificatione servetur usui.

Vires. *Compescit sitim: movet urinam: sudorem ciet: præservat à putredine; hinc febribus, & ipsi pesti conducit.*

Dos. *est à ℈. ß. ad ℈. j. in poculo vini; vel quantum sufficit ad gratam aciditatem.*

CAP. CCCLXXII.

Sal mirabile Glawberi.

Idem. REc. Caput mortuum in destillatione spiritûs Sal. Glawberi relictum. Dissolve id aquâ ferventi, vel ad minimum tepidâ; ne tamen vitrum rumpatur. Solutum filtra per chartam. Colaturam evapora, ut tertia tantùm pars pereat. Residuum relinque in loco frigido per xxiv. horas, & liquor, magnâ ex parte, concrescet in chrystallos; in superficie præsertim. In fundo autem hærebit liquor valde corrosivus; qui à chrystallis separandus est. Chrystalli verò non debent esse corrosivæ, sed, vel

vel salsæ, tantùm, vel ex salso dulces. Quòd si corrosivæ sint, tum significat, nimis multum esse evaporatum ex aquâ, in qua continebantur: necesseque est adhuc semel dissolvere aquâ purâ, iterumque filtrare; tum evaporare; sed cautè, ne nimium aquæ evaporetur, sed tantùm, ut possit hoc Sal commodè chrystallizari.

Usus. *Hoc Sal coagulatum leniter, exiccatumque super arena in pulverem, vim habet coagulandi diversos liquores, nempe cerevisiam, vinum, acetum; si una pars salis hujus calcinati misceatur cum tribus partibus liquoris, reponanturque per noctem. Sic liquor cum sale hoc abibit in glaciem.*

Processus secundus.

REc. Caput mortuum in destillatione præcedenti, id est, spiritûs Salis Glawberi, relictum. Solvatur in aq. calida. Filtretur per chartam. Colatura in vitro evaporatorio evaporetur ad quartæ partis consumptionem. Tum reponatur vitrum in locum frigidum, humidum, per xxiv. horas. Et concrescent in superficie aquæ chrystalli plumbeæ. Quæ vocantur Sal mirabile Glawberi. *Margr.*

Usus. *Hæ chrystalli super chartâ albâ, & arenâ calidâ, leniter calcinatæ in pulverem albissimum, coagulant omnis generis liquores, ut est Vinum, Acetum, Cerevisia. Debet autem sumi una pars hujus salis, & tres partes liquoris.*

Vide cap. 301. *processſ.* 5.

CAP. CCCLXXIII.

Spiritus Salis dulcis.

REc. Sp. Salis communis, sive marini. ℥. iv. Sp. Vini rectificatissimi. ℥. xij. Misce; & ex retortâ vitrea, in arena, destilla ad siccitatem usque, cavendo in fine, ne ignis nimis urgeatur, quia aliàs retorta frangitur. Sequenti die, retortâ refrigeratâ, reaffunde destillatum spiritum, & iterum destilla ad siccitatem usque. Quod & tertiâ vice repetatur. Tum destillatus sp. servetur usui; qui erit odoris fragrantis, & coloris limpidissimi. *Idem.*

Vires. *Est diureticus, & alexipharmacus, subtilissimarum partium. Extinguit sitim: præservat humores à corruptione. Imprimis conducit febribus malignis, & pesti, tam cum potu ordinario exhibitus, quàm sac-*

charo (quantum capere poteſt, ut fiat liquor ſyrupi inſtar,) exceptus.

Doſ. *per ſe eſt ℈. j. in poculo cereviſiæ. Vel, ſi eſt ſyrupus, cochleare. ß.*

Proceſſus ſecundus.

Marg. REc. Sp Sal. commun. rectificat. ℥. ij. Sp. Vin. rectificatiſſimi. ℥. vj. Miſce; & deſtilla, ex retorta vitrea, ad ſiccitatem uſque. Cohoba bis; & erunt ſpiritus hi duo inſeparabiliter uniti in unam maſſam: quam ſerva uſui. Dicitur vulgò *Aqua temperata.*

Vires. *Eſt diureticus, lithontripticus, alexipharmacus: & peculiare menſtruum pro ſolvendo ſole. Edulcoratur ſaccharo, & exhibetur in peſte, & ſiti ſedanda.*

Doſ. *edulcorati eſt cochl. ß. Per ſe autem ℈. ß. in aliqua aqua deſtillata.*

Proceſsus tertius.

le Mort. REc. Sp. Sal. commun. rectificat. ℥. iv. Alcohol Vini. ℥. viij. Miſce; & indantur retortæ vitreæ, & in arenâ, igne ſecundi gradûs, deſtillentur, donec omnia adſcendant. Quod poteſt cohobari, ſi non ſatis dulcis apparebit.

Vires *eaſdem cum ſp. Salis communis poſſidet, at minori cum moleſtia operationes perficit, & in majori doſi adhiberi poterit.*

Proceſſus quartus.

Idem. REc. Spir. Salis. ℥. iv. Rectificetur, donec ℥. ij. ß. ſuperſint. Huic adde ℥. vij. ſpir. Vini optimè rectificati. Digerantur ſimul per aliquot horas. Dein deſtilletur primò lento igne, donec ſp. Vini circiter prodierit. Cujus prodeuntis ſignum eſt, ſi ſtriæ in recipiente appareant. His verò diſparentibus, ceſſat deſtillatio ſp. Vini. Auge poſtea ignem (cavendo ne ſub finem retorta frangatur) donec ad ſiccitatem omnis liquor reſtans prolectus ſit, Spiritum hunc uſui ſerva.

Nota primo. Quò diutiùs digeſtio continuatur, eò dulcior evadit ſp. Imò ſolâ digeſtione dulciſſimus fit ſpir. ſi nempe per tres, vel quatuor, ſeptimanas in calore detineantur.

Nota ſecundò. Si ſp. non ſit ſat dulcis, deſtillatio repetatur.

Nota tertiò. Quò magis phlegmate liberatur uterque ſpiritus, eò citiùs ſe invicem arripiunt, & dulcefaciunt.

Vires.

Vires. *Internè convenit hydropicis: ſitim extinguit: febribus ardentibus, & peſti, convenit. Præterea multis inſervit operationibus Chymicis, ita ut diverſa nomina recipiat ad illum occultandum, ut* Aqua temperata *Baſilio Valentino*, Circulatum minus *Paracelſo. Tincturas elicit ex Antimonio, Sole, &c. metallis multis, & mineralibus. Diureticus eſt, & alexipharmacus.*

Doſ. *internè à gutt. j. ad xx.*

Præparatio Salis volatilis dulcis: proceſſus quintus.

REc. Salis commun. calcinati uſque ad minatum fluorem. ℥. iv. *Maëts.*
Ol. Vitriol. rectificat. ℥. j.
Alcohol Vini. ℥. iv.

Sal commune calcinatum committe retortæ vitreæ. Eique affunde Alcohol Vini: & poſtmodùm adde guttatim ol. Vitrioli: leniſſimoque igne deſtillentur ſimul ad ſiccitatem uſque. Et ſic paratus erit ſp. Salis volatilis per ſulphur Vini maturatus.

Vires. *Egregiè hic ſp. reſtaurat appetitum proſtratum: incidit potenter pituitam viſcidam: & fœliciter obſtructiones ſolvit: efficaxque eſt menſtruum ad tincturas ex triplici regno educendas.*

Doſ. *in hauſtu Vini, aut liquoris convenientis, à gutt. x. ad xx.*

CAP. CCCLXXIV.

Terra Virgo.

REc. Sal. commun. marin. ℔. ß. Decrepitetur. ſ. a. & calci addantur tres partes boli rubri vulgaris, ſubtiliſſimè pulverizati. Fiatque deſtillatio ex retorta terrea, in igne reverberii, cum amplo recipiente, per xxx. horas: primò, leni igne: poſtea fortiori. Sic prodibit, cum nebulis albis, ſp. Salis marini; qui ſervetur uſui. Retortâ refrigeratâ, accipiatur caput mortuum; eique affunde ſ. q. aquæ ferventis, idque in olla ferrea. Digere per noctem. Tum leniter decanta aquam limpidam; eamque filtra; & colaturam evapora in olla ferrea ad ſiccitatem uſque. Et relinquetur in fundo Sal aliquod fixum albiſſimum; quod ſervetur uſui. Hoc enim Helmontio *Terra Virgo* dicitur. *Marg.*

 Uſus.

Usus. *Inservit parando lapidi Butleri. Aliàs est Sal non absimile alcali alicujus: particeps tamen adhuc acidi est.*

Cap. CCCLXXV.

Lapis Butleri.

Margr. Rec. Hujus Terræ Virgin. q. p. nempe. ℥. j. Fluat in crucibulo super igne satis valido. Quando fluxerit, effundatur tum super lapidem mundum. Hujus refrigerati accipe ʒ. v. Cui adde primi Entis Veneris, non edulcorati, ℈. v. Usneæ. ℈. ß. Misce; & subige cum pauxillo aquæ, in qua Ichthyocolla soluta fuit; & redige, vel in unam massam, vel in plures Trochiscos, aut lamellas quadratas. Hic enim Helmontio dicitur *Lapis Butleri.*

Vires. *Habetur Helmontio pro medicamento universali, quod solo tactu, affrictu, vel linctu, omnem morbum internum sanare creditur. Quâ de re videatur ipse Helmontius in libello dicto* Butleri.

Cap. CCCLXXVI.

Regeneratio Salis communis.

Idem. Rec. Sp. Salis commun. ℥. j. Ei guttatim affunde Olei Tartari per del. quamdiu effervescit. s. q. Mixturam evapora ad siccitatem. Et relinquetur in fundo Sal commune artificialiter constructum ad modum Salis naturalis.

Cap. CCCLXXVII.

Spiritus Salis cum oleo Vitrioli. paratus.

le Mort. Rec. Sal. q. v. v. g. ℔. ß.
Ol. Vitriol. rectificat. ℥. iv.
Aquæ. q. s. ad dissolvend. Sal commun.
Infundantur vasi destillatorio. Dein destillentur. Sic primò prodit phlegma: secundò, spiritus acidus; quem seorsim serva. Nec adnectatur Recipiens, usque dum spiritus acidus prodire incipiat.

Augmen-

Augmentatio Spiritus Salis hujus.

REc. Hujus spir. acidi ℥. ij.
Sal. in aq. solut. ℥. j.

Misce; & destillentur, ut ante. Sic prodibunt ℥. iij. Et hoc in infinitum potest repeti. Ita ut, sine ullis sumptibus, sp. hic in promptu esse possit.

Nota primò. In fundo remanebit Sal, quod elixiviatum aquâ communi, & denuò in chrystallos redactum, Sal constituit mirabile, maximè diaphanum, chrystallizationi Sacchari, & mellis, inserviens.

Nota secundò. Si sp. tam fortis non expetatur, quarta pars Olei Vitrioli sufficiet.

Vide cap. 374. quò processus hic videtur pertinere.

Vires. *Plurimis operationibus Chymicis, & vulgaribus, inservit. Internè sitim extinguit: febribus convenit, & refrigerat: effervescentiam sanguinis sedat. Gratioris saporis est, & minùs violentus, quàm est sp. Salis vulgariter destillatus.*

Dos. *à gutt. ij. ad x.*

Vide etiam cap. 372.

Cap. CCCLXXVIII.

Præparatio, & rectificatio, Salium volatil. merè alcalium.

REc. Rasuræ Cornu Cervi, Eboris, Cranii humani, Ungularum equorum, vel similium. q. p. Committas retortæ vitreæ, &, ex arena, per successivos ignis gradus, destilles, quousque oleum, & sp. in fundo recipientis, salem verò volatilem undiquaque ejus lateribus adhærentem, animadverteris. Omnibus refrigeratis, oleum separa à spiritu, per chartam emporeticam madidam, illudque misceto cum cineribus ossium calcinatorum, cum calce vivâ, vel sale tosto, & leni igne instituatur rectificatio. Ita oleum tuum evadit limpidum, magnamque sui empyreumatis partem in fundo retortæ relinquet. Quod si primâ rectificatione non satis votis respondet, per secundam corrigere poteris; quousque limpiditate suâ satisfaciet expectationi tuæ. *Maets.*

Salem verò volatilem, oleo suo fœtido inquinatum, ad puritatem ut reduceas, hanc methodum prosequere:

℞. Salis volatil. oleo ſuo fœtido inquinati. q. p. Cum eo miſceto tantam oſſium calcinatorum cinerum quantitatem, quæ omne humidum, & pingue, abſorbere queat, ita ut maſſa tua pulverem ſiccum referat. Quo peracto, maſſam tuam exiccatam Alembico vitreo committe; & leni igne inſtituatur ſublimatio. Ita aridæ cineres oſſium calcinatorum imbibunt oleoſas, fœtidas, & ramoſas particulas, adſcendentibus in altum particulis ſalinis, magis volatilibus: quas ſeorſim collige, & uſui reſervato. Et hæc eſt ratio generalis in rectificandis omnibus ſalibus volatilibus alcalium naturam referentibus. Cùm autem Sal volatile Succini ſpiritum quemdam acidum ſecum conjunctum habeat, ac proinde per vaſa vitrea ſe difficulter rectificari patitur, hâc aliâ methodo uti debes:

℞. Sal. volatil. Succin. q p. Salis calcinati, donec crepatura deſinit, ut de cineribus ſupra dictum. Loco autem vaſis vitrei ſumito teſtam terream, eamque pyramide chartaceâ munito, & mediocri igne ſublimationem tuam inſtituito; & hâc ratione charta poris ſuis combibit ſpiritum acidum, & Sal volatile undiquaque lateribus inſtar florum adhærebit. Quos collige, & uſui reſerva.

Cap. CCCLXXIX.

Præparatio Salis volatilis in formâ ſiccâ, oleoſi, ſeu Eſſentiæ vegetabilium.

Maëts. Rec. Sal. Tartari bene purificati, partes quatuor: Olei cujuſvis vegetabilium, partem unam: Salis volatilis Urinæ, vel Ungularum equorum, vel Cornu Cervi, ſimiliumve, partes duas. Salem volatilem tuum in pulverem conterito tenuem; eique miſceto oleum tuum. Quibus tandem adde Sal Tartari, &, quàm citiſſimè poteris, phialæ committito ſublimatoriæ; lenique admodùm igne ſalem volatilem eſſentiâ vegetabilium imprægnatum in altum propellito. Quòd ſi contingat, quòd, ex morâ nimiâ, Sal Tartari humidum aëris imbibit, ac proinde vel in medio, vel in fine, ſublimationis, humidum in altum elevetur, quod facile ex diſſolutione ſalis volatilis lateribus ſublimatorii adhærentis dignoſcere poteris, ſubitò omnem ignem tollito; humidum enim omnem tuum ſalem jam ſublimatum ſecum veheret ad fundum phialæ ſublimatoriæ. Vel tali methodo procede:

Phialæ ſublimatoriæ committito Sal Tartari tenuiter pulverizatum; eique affundito oleum, & poſtmodùm Salem volatilem. Stent ſimul

mul per dies tres, quatuorve, absque igne. Postea, ut dictum priùs, sublimato.

Vires *Harum Essentiarum conveniunt cum dotibus subjectorum, ex quibus olea sunt desumpta. Utpote, si hæc præparatio facta sit cum oleo Sabinæ, sale volatili, & sale Tartari, ut dictum superiùs, diureticum, mensesque aperiens habebis medicamentum potens. Et sic de reliquis.*

Dos. *est à gr. vj. ad xij. vel xv. plus, minusve, pro ratione patientis.*

Nota bene, quòd Sal Tartari quantum fieri potest, ab humido aëris defendi debet. Ac proinde cùm Chymicus se accingit ad hanc sublimationem, Sal Tartari aliquantulum, sed blandè, calefacere debet.

CAP. CCCLXXX.

Præparatio Salis volatilis, aromatici, & oleosi.

REc. Cinnamom. ʒ. iv. *Maëts.*
Nuc. Moscat. ʒ. ij.
Gariophyllor. ʒ. j.
Sem. Anisi.
Cardamom.
Croci. ana ℈. j.
Contundantur in pulverem grossè. Eisque misceto
Sal. Tartar. purificat. ʒ. iij.
Sal. Ammoniac. ℥. j. ß. Hisce affunde:
Spir. Vin. vulgaris. ℥. viij.

Stent simul in digestione per noctem. Manè fiat destillatio igne admodum leni. Ita elevabitur subtilissima portio spiritûs Vini, essentiâ aromatum imprægnata, quæ eâdem destillatione sese unit cum sale volatili Ammoniaco, indeque exurgit Sal volatile aromaticum.

Nota, quòd hac in operatione ordinariò assurgit Sal volatile Ammoniacum in formâ siccâ, lateribus Alembici, & recipientis adhærens, quod collectum, & in phiala vitrea ab aëre defensum, easdem obtinet vires, ac ipsius spiritus, quippe aromatum essentiâ æquè imprægnatus.

Alio modo.

REc. Tincturæ aromatum generali methodo, ut priùs dictum, præparatæ. ℥. j. Sp. Sal. Ammoniaci purissimi. ʒ. ij. Digerantur simul

mul per xxiv. horas. Postmodùm leni igne instituatur destillatio: in quâ destillatione subtilissima spir. Vini portio in altum elata se jungit cum subtilissimo Sale volat. Ammoniaco, quod erat demonstrandum.

Alio modo.

REc. Flor. Salis Ammoniaci. Eisque affunde Alcohol Vini ad eminentiam. iv. digitor. transversor. Stent unà in digestione, donec Alcohol Vini sale volat. Ammoniaco impraegnatum perceperis. Hoc cum circulato extrahantur tincturae ex aromaticis, ut dictum methodo generali. Ita absque destillatione obtinebis tincturam aromatum sale volatili nobilitatam. Nota, quod hîc dictum est de ingredientibus aromaticis, idem intelligi de ingredientibus magis oleosis.

Vires *horum salium volatilium oleosorum ex ingredientibus facilè colligi possunt. Quippe ratione aromatum sunt cardiacae, cephalicae, stomachicae: ratione salium volatilium pituitam tenacem potenter incidunt, & dispellunt, obstructiones solvunt: ac proinde in obstructionibus mensium, in passione hysterica, capitis gravedine, palpitatione cordis, & ventriculi fermento suffocato, maximarum sunt virium.*

Dos. *Exhibentur ordinariò in vehiculis appropriatis à gutt. vj. ad. xx. plus, minusve, ratione patientis.*

Processus secundus.

Maëts. REc. Cinnamom. acut. ℥. ß.
Nucis Moscat. ʒ. ij.
Gariophyllor. ʒ. j.
Croc. Britannic. ℈. j.
Sem. Cardamom.
Carui. ana ℈. j.
Sal. Tartar. ʒ. iij.
Sal. Ammoniac. ʒ. ij.

Contundenda contundantur, reliqua incidantur. Sal verò Tartari, & Ammoniacum, inter sese terantur, & commisceantur. Haec simul in cucurbitam conjice. Iisque affunde Sp. Vini vulgar. ℥. viij. Digerantur per xxiv. horas. Postmodùm leni igne fiat destillatio, & abstrahantur ℥. iij. quae admodùm generosae erunt. Et praeparatum erit Sal volatile aromaticum.

Alio

Alio modo.

REc. Sp. Vini aromatici methodo noſtrâ præparati per formam extractionis. ℥. j. ſp. Sal. Ammoniac. à ʒ. j. ad. ʒ. ij. Confundantur ſimul, & digerantur per xxiv. horas. Quibus abſolutis ſimul leni igne deſtillentur, & paratum erit Sal volat. aromaticum.

Alio modo.

REc. Flor. Sal. Ammoniac. q. p. His affunde Alcohol Vini ad eminentiam trium, vel quatuor, digitor. tranſverſor. Stent in digeſtione per octiduum. Spiritum Vini ſale volatili Ammoniaco imprægnatum decanta, abſque perturbatione ſedimenti. Hoc cum ſpir. Vini ſulphureo ſalino tincturam extrahe ex aromatibus, methodo noſtrâ univerſali. Et præparatum habes Sal volatile aromaticum.

CAP. CCCLXXXI.

Sal volatile oleoſum extemporaneum.
Vide cap. 393.

REc. Sp. Vini optimè rectificat. cum ſale alcali. ℥. iv. *le Mort.*
Sal. Tartar. ℥. ß.
Ol. Menth. gutt. xx.
Cort. Arantior. gutt. xvj.
Gariophyllor.
Roriſmarin.
Nucis Moſcat. ſtillat. ana gutt. viij.
Juniper. gutt. x.

Miſceantur cum ſale Tartari. Poſtea ſpiritui Vini pulvis affundatur: optimè moveatur. Ultimò adde ſp. Sal. Ammon. ℥. ij. & lacteſcet ſolutio.

Digerantur ſimul per aliquot horas, aliquoties materiam movendo, donec clarus evadat liquor. Dein, à fæcibus & phlegmate, per decantationem ſepara; & uſui ſerva.

Nota. Si aliis uſibus ſpecificis deſtinetur Sal volatile præparandum, aſſumi poterunt olea ſpecifica. Sic v. g. pro affectibus uterinis procede ſequenti modo.

CAP. CCCLXXXII.

Sal volatile oleoſum uterinum.

le Mort. REc. Ol. Rutæ. gutt. xx.
Sabinæ gutt. xxiv.
Lavendul.
Roriſmarin.
Thymi.
Juniper.
Macis ſtillat. ana gutt. viij.

Excipiantur Olea Sale Tartari, ut antea, & miſceatur cum ſpiritus Vini, & ſpiritus Salis Ammon. in eadem quantitate, ut ante, & erit Sal volatile oleoſum ſpecificum ad omnes Uteri affectus, & obſtructiones. Ejuſdem menſtrua citiſſimè proliciet, vel ad miraculum.

Sic etiam ſequenti mixturâ fit Sal volatile oleoſum cephalicum, & extemporaneum. v. g.

CAP. CCCLXXXIII.

Sal volatile oleoſum cephalicum, & extemporaneum.

Idem. REc. Ol. Menthæ.
Majoran.
Thymi.
Cort. Arantior.
Roriſmarin.
Lavendul. ana gutt. viij.
Gariophyllor. gutt. xvj.

Miſceantur, ut antea.

CAP. CCCLXXXIV.

Sal volatile oleoſum antifebrile, & ſtomachicum.

Idem. REc. Ol. Gariophyllor.
Menth. ana gutt. xvj.
Abſynth. gutt. viij.

Carui.

Carui.
Fœnicul.
Cort. Arantior. ana gutt. vj.
Juniper. gutt. xx.
Camphor. in ſubſtantia. ʒ. ß.
Miſceantur, ut antea.

Cap. CCCLXXXV.

Sal volatile Aromaticum, ſolâ digeſtione paratum.

SAl volatile Aromaticum duplici fit modo, vel mediante extractione è ſimplicibus, vel mediantibus eorumdem oleis. *le Mort.*

Extractio etiam duplici paratur modo, accedente ſimul deſtillatione; vel ſolâ digeſtione. Solâ digeſtione fit ſequenti modo:

℞. Cinnamom. acutiſſim. ℥. iv.
Gariophyllor.
Cardamom. min.
Cubebar.
Sem. Coriandr.
Irid. Florent. ana ʒ. ij.
Cort. Citri exterior. &
Pomor. Chinæ. ana ℥. j. vel. ij. ad ſaporis ſcil. gratiam.

Superfundatur hiſce conciſis, & contuſis, ſp. Vini rectificatiſſimus, & extrahatur, mediante digeſtione, tinctura, (digerantur autem per dies duos) addendo Salis Tartari. ℥. ß. Poſt tincturam extractam tertia pars ſp. Salis Ammon. reſpectu liquoris tincti, addatur, & uſui ſervetur.

Cap. CCCLXXXVI.

Idem per deſtillationem.

REc. Simplicium dictorum eamdem quantitatem. Iis ſuperfunde: *Idem.*
Sp. Vin. vulgar. ℥. xx.
Sal. Tartar. &
Ammoniac. ana ℥. vj.
Aq. roſar. fragrantiſſ. ℥. iv.
Lavendul. ℥. ij.

 Miſ-

Misce simul, & digerantur per dies ij. vel. iij. Dein destillentur leni igne, donec ℥. xij. circiter prodierint; quas ad usum serva.

Cap. CCCLXXXVII.

Sal volatile, quod urinosum odorem non habet.

le Mort. REc. Rad. Angelic.
Imperatoriæ.
Petasitid.
Valerian. ana ℥. ß.
Cyperi rot.
Galangæ. min.
Sem. Cardamom.
Cubebar.
Amomi. ana ʒ. iij.
Gariophyllor.
Cinnamom.
Nucis Moscat. ana ℥. v.
Herb. Lavendul.
Rorismarin.
Majoran.
Menthæ. ana m. ß.
Benzoin.
Styrac. Calamit.
Labdan. ana ʒ. ij.
Lign. Rhod.
Santal. citrin. ana ℥. ß.
Sem. Anisi.
Fœnicul. ana. ʒ. vj.

Misceantur omnia grosso modo pulverizata, & superfundatur sp. Vini vulgar. q. s. ad superemin aliquot dig. seu pint. circiter vj. sp. Nitri. ℥. vj. Digerantur simul per dies duos, vel tres; quò diutiùs, eò meliùs Deinde destillentur, donec circiter duæ tertiæ prodierint.

Spiritui abstracto adde:
Lign. Sassafr. ℥. j.
Sem. Coriandr. ℥. ij.
Cort. Citri.
Arantior. ana ℥. iij.

Herb.

Herb. totius Lavend. m. ij.
Sp. Nitri. ℥. j.

Digerantur dein per diem unum, & denuò destillentur ad medias. Spiritui prolecto adde:

Sp. Sal. Ammon. puriss. mediam part.

Digerantur denuò per diem unum, addendo:

Ol. Cinnamom. acut. gutt. iv.
Gariophyllor.
Cort. Arantior. ana gutt. viij.
Menth.
Juniper. ana gutt. vj.

Post digestionem fiat destillatio: dein usui servetur.

Vires. *In genere deobstruunt: omne acidum oberrans in corpore mitigant, & infringunt: circulationem sanguinis adjuvant: cachexiam mulierum tollunt: sudores procreant: & omne, in genere, noxium corpori nostro corrigunt. Specificæ eorum vires ab oleis desumendæ sunt.*

Dos. *à gutt. v. ad gutt. xxx.*

Cap. CCCLXXXVIII.

Sal volatile oleosum nostrum.

le Mort.

REc. Herb. Majoran.
Thymi.
Salviæ.
Menthæ. ana m. j.
Sem. Levistic.
Cardamom. min.
Dauci vulgar.
Amomi.
Anisi.
Carui. ana ʒ. ij.
Cubebar.
Rad. Galang. min.
Costi odorat.
Cyperi rotund.
Irid. Florent. ana ℥. ß.
Gariophyllor.
Nucis Moscat.

Cinnamom. ana ʒ. j. ß.
Sal. Tartar. ℥. ß.

Misce invicem. Et grosso modo contusis superfunde sp. Vini pintas v. vel. ℥. 100. (*Nam pintæ in Hollandia, majores nostratibus, continent uncias viginti.*) Digerantur simul per tres septimanas in loco calido, ut hypocausto, vel juxta focum.

Dein destillentur ad tertiæ partis tantum remanentiam. Spiritui prolecto adde:

Cort. Citr. ℥. iv.
Arantior. ℥. ij.
Lign. Sassafr. ʒ. iij.

Hæc seorsim in ℥. x. sp. Vini, per idem tempus, macerata sint. Dein cum spiritu superiori prolecto permisceantur, & destillentur. Ultimò tandem:

℞. Spir. destillat. part. j.
Sp. Sal. Ammon. opt. part. ß.
Ol. Gariophyllor. gutt. x.
Menth. gutt. xx.
Cort. Arantior. gutt. xxx.
Rorismarin.
Ol. Macis stillat. ana gutt. viij.
Juniper. gutt. xij.
Sal. Tartar. optimè calcinat. ℥. iij.

Simul immittantur phialæ satis magnæ, & digerantur per dies quatuor. Dein clarum à fæcibus inferioribus separa, & ad usum serva sub nomine *Sal. volatil. oleosi subtilissimi.*

Vires. *Antifebrile, & stomachicum, est egregium: omnes obstructiones tollit: spiritus in universo corpore recreat: sanguinis circulationem promovet: & instar Panaceæ in quibuscumque morbis, & febribus, per sudorem curabilibus esse potest.*

Dos. *à gutt. ij. ad gutt. xx.*

CAP. CCCLXXXIX.

Sal volatile oleosum aliud.

le Mort. REc. Herbas quascumque convenientes, & vegetabilia morbis illis, quos curare volumus, dicata. Illas infunde in s. q. sp. Vini, ut herbæ,

bæ, folia, & semina, ibidem innatare queant. Digerantur; quò diutiùs, eò meliùs, addendo, ad singulas. ℔. spir. Vini, spiritûs Nitri ℥. ß. Destilla postea ad medias: destillato spiritui adde olea convenientia, quantum sp. prolectus imbibere potest. Dein adde mediam partem sp. Sal. Ammon. & macerentur simul, vel destillentur ad tertiæ partis remanentiam. Dein usui servetur.

CAP. CCCXC.

Sal volatile oleosum nobilissimum, pro delicatulis, egregii odoris, & saporis.

REc. Cinnamom. acutissimi. ℥. iv. *le Mort.*
Gariophyllor.
Macis.
Cardamom.
Cubebar. ana ʒ. ij.
Cort. Citri exterior. ℥. vj.
Rad. Cyper.
Irid. Florent. ana ℥. ß.
Benzoës.
Styrac. calamit.
Lign. Rhodii. ana ʒ. vj.
Mosch. gr. ij.
Sp. Vini. ℔. v.

Digerantur simul per dies viij. Dein destilletur ad medias. Spiritui destillato adde. ℥. ij. spiritûs Nitri; & denuò fæcibus simul superfundantur, addendo:

Lign. Sassafr.
Sem. Coriandr. ana ℥. j.

Digerantur simul per dies duos. Deinde lenissimo igne destillentur ad tertiæ partis abstractionem. Spiritui prolecto infunde:

Ol. Cinnamom. gutt. ij.
Gariophyllor.
Cort. Arantior. ana gutt. iv.
Sp. Sal. Ammon. tertiam partem, respectu spiritûs prolecti.

Digerantur simul per diem unum: dein usui reserventur.

Vires.

Vires. *Cor, & spiritus vitales recreat, & exhilarat: stomachi debilitatibus succurrit: sanguinis circulationem promovet.*

Dos. *à gutt. ij. ad. xx. in vino.*

Nota. Quò vetustius hoc Sal volatile est, eò gratioris fit, & odoris, & saporis.

CAP. CCCXCI.

Sal. vol. oleosum extemporaneum:
Vide cap. 382.

le Mort. REc. Aq. Vitæ Matthiol. q. v. Vel loco ejus, si non sit in promptu, Sp. Vini vulgaris mediam parttem respectu Aq. Vit.

Sal. Alcali. q. s.

Ol. Gariophyllor.

Menth. ana q. v.

Rorismarin.

Cort. Arantior. vel

Macis stillat. med. part. respectu præcedentium.

Diversa itidem alia Olea permisceri poterunt, respectu habito ad vires præcipuas illorum oleorum.

Excipiantur omnia olea in s. q. salis Alcali superioris. Dein in sp. Vini, vel aq. Vitæ immittantur, addendo tertiam partem sp. Sal. Ammoniaci respectu sp. Vini, vel sextam partem respectu Aq. Vitæ. Digerantur simul cum satis magnâ quantitate salis Alcali. Sic spatio horar. xxiv. omne phlegma separatum erit à spiritu.

Si verò extempore usus ejus expetatur, parumper primò calefiant sine sp. Sal. Ammon. Postea, ubi dènuò refrigerata sunt, adde sp. Sal. Ammon, & mixturam usui exhibe.

Vires. *In genere omnia salia volatilia oleosa hoc modo confecta putredini resistunt: febribus, & paßionibus hystericis, medentur: easdem enim vires obtinent cum præcedentibus; variant verò in viribus pro oleorum adhibitorum qualitatibus. Sic enim Sal vol. oleosum ad Luem Veneream præcavendam, & curandam, fieri potest hoc modo.*

CAP. CCCXCII.

Sal volatile oleoſum Antivenereum.

REc. Sp. Vin. ſuper lign. Saſſafr. optimè rectificat. Nota, ℥. iv. ligni ad ℥. xx. Sp. Vini requiruntur. In hoc ſpiritu extrahe Gum. Guajaci, & extract. Guajaci, mediante aq. communi, factum. *le Mort*

℞. Salis Alcali.
Ol. lig. Guajac. rectificatiſſ.
Ol. lig. Saſſafras. ana gutt. xl.
Raſur. rad. Chin. ℥. iij.
Antimon. præpat. ad tinctur. extrahend. ℥. vj.
Mercur. præcipit. cum ſale Tartar. ℥. ß.
Spir. ut ſuperiùs præpat. ℥. xl.
Spir. Sal. Ammon. opt. ℥. x.

Digerantur ſimul per dies iv. Dein clarum à ſpiſſo ſeparetur, & uſui ſervetur.

Doſ. *à gutt. x. ad xxx.*

CAP. CCCXCIII.

Oleum Salviæ.

REc. Salviæ quantitatem ſatis magnam. Infunde aquæ communis ſufficienti quantitati, ut bene cooperiatur. Dein ſuperinjice Salis communis manip. aliquot, pro quantitate Salviæ, Cinerum clavellatorum mediam, vel quartam partem, reſpectu ſalis communis. Macerentur ſimul per dies. xiv. ad minimum. Dein deſtillentur in cucurbita. Sic prodibit oleum ſupernatans aquæ; ab eâ per tritorium ſeparandum. *Idem.*

Nota bene. Sic fieri poſſunt omnia olea habito reſpectu ad duritiem, & volatilitatem, ſubjecti. Quò enim durius eſt, & lignoſum ſubjectum, eò magis diutinum macerationis tempus requirit.

CAP. CCCXCIV.

Methodus salivationem excitandi per inunctionem cum Mercurio: Vide cap. 269.

Maëts. *HUnc ego processum minimè adjecissem; (est enim ferme idem cum illo superiùs cap. 269. licet sub diverso titulo, ab Authore, proposito) nisi quædam diversitas in dosibus medicamentor. occurreret, sanè notabilis. Ex his igitur duobus eligat judiciosus, ac prudens, lector, quem sequi velit.*

♃. Mercur. cum salivâ, vel cum pauxillo Terebinth. extinct. ℥. ß.
Axung. porcin. ℥. ij.
Ceræ. ʒ. iij.
Styrac. liquid.
Flor. Sulphur. ana ℈. j.
m. f. s. a. Unguentum molle.

Vel pro delicatis, quibus sumptus ferendi copia adest, hâc methodo procedito:

♃. Axung. porcin. non salit. ℥. iij.
Ol. Lilior.
Laurin.
Rutæ. ana ℥. j. ß.
Theriac. Venet. (*forsan Terebinth.*) ℥. iij.
Rubiæ tinctor. ʒ. ij.
Mercurii cum Terebinth. aut salivâ extinct. ℥. iij.
Croc. Britannic.
Cinnamom. ana ʒ. j.
Mosch.
Ambr. gris. ana gr. iv.
m. f. s. a. Unguentum.

Pro pauperibus verò:

REc. Mercur. cum saliv. extinct. ℥. j. ß.
Ceræ flavæ. ℥. ß.
Ol. laurin. ℥. ij.
m. f. Unguentum.

CAP.

CAP. CCCXCV.

Fumigatio Scammonii.

REc. Scammon. crudi pulverizat. ℥. ß. Impone chartæ bibulæ, cui subjicito vasculum cum carbonibus accensis; quibus inspergito pulverem sulphuris. Tene aliquamdiu chartam cum Scammonio, ut bene imbuatur fumo sulphuris, ita ut etiam in massam concrescat. Mitigabitque hic fumus acidus sulphuris nimiam ferociam Scammonii; facietque illud leniùs purgans, unde dicitur *correctio Scammonii*, appellaturque in Pharmacopoliis *Diagridium*. *Marg.*

Vires. *Purgat bilem per alvum.*

Dos. *à* ℈. ß. *ad* ℈. *j*.

Scammonium sulphuratum, sive Diagridium: processus secundus.

REc. Scammonii Syriaci minutissimè pulverizat. ℥. ß. Repone super chartâ bibulâ. Cui subjice sulphur accensum in aliqua ollula cum prunis, & detine ibi donec Scammonium confluat in unam massam, vel donec videbitur satis esse imbutum fumo sulphuris acido. Quæ vulgò Chymici vocant corrigere, & hinc Scammonium vocant *correctum*, & *sulphuratum*. *Idem.*

Vires. *Easdem habet cum Scammonio crudo, sed remissiores; quia Alcali Scammonii nimis vehemens à fumo sulphuris acido temperatum est.*

Dos. *à gr. vj. ad xv. imò & ad* ℈. *j*.

CAP. CCCXCVI.

Mitigatio Diagridij.

REc. Scammonii. q. p. Pulverizetur, eique affundito s. q. decocti Glycirrhizæ filtrati. Conterantur inter se in mortario vitreo, quousque decoctum lactescat. Lacteum liquorem affundito; & procede, ut priùs. Hocque repete, donec nil nisi fæces nigricantes in fundo mortarii remaneant. Liquores lacteos confundito, & tepido igne evaporato ad sic- *Maëts.*

ſiccitatem. Ita obtinebis Diagridium mitigatum per dulcedinem Glycirrhizæ; quocum infantes, qui omnia medicamenta averſantur, decipere poſſis.

Hoc Diagridium à gr. iij. ad gr. vj. vel gr. viij. blandè alvum ſolvit, & purgat. Principaliter verò hoc Diagridio fallere potes maximè moroſos, qui etiam ad nomen medicamenti abhorrent, ſi miſceatur cum tabellis ex ſucco limonum, cum Ol. Cinnamom. gutt. j. vel. ij.

Si verò Scammonium ſecuratum velis ſpiritu acido, ſic procedito:

♃ Scammon. q. p. Redige in pulverem tenuem, & imponatur chartæ emporeticæ, & ſic exponatur fumo ſulphuris ardentis. Ita ſales acres, & cauſtici, Scammonii obtunduntur, & figuntur, ab acido Sulphuris; vocaturque *Scammonium ſulphuratum*; de quo ulteriùs potes conſulere Schroderum, alioſque Chymicos.

Præparatio Scammonii facillima, jucundi ſaporis: proceſſus ſecundus.

Maëts. REc. Scammonii. q. p. Contere in pulverem. Huic affunde decoctum Glycirrhizæ: (Nota; decoctum Glycirrhizæ præparatur, ſolummodò coquendo Glycirrhizam contuſam cum aq. vulgari, donec aqua dulceſcat; quæ filtrari debet.) & eo cum Scammonium agita. Ita enim decoctum Glycirrhizæ lacteſcet. Decanta: aliamque decocti quantitatem affunde, & procede, ut priùs. Hoc verò continua, quouſque nil niſi fæces nigricantes in fundo remanſerint. Liquores lacteſcentes confunde, & leni igne ad ſiccitatem pulveris evapora. Ita enim obtinebis Scammonium correctum grati ſaporis.

Quod cum cremore Tartari, & oléo Cinnamomi, in tabellas ſuaviter purgantes redigi poteſt; vel miſceri cum tabellis de ſucco limonum.

Doſ. *à gr. iv. ad gr. x.*

CAP. CCCXCVII.

Reſina Scammonii.

le Mort. REc. Scammonii puriſſim. pellucid. ℥. viij. Spir. Vini probè rectificat. q. ſ. ſcil. ad ſupereminentiam ſex circiter digitor. Digerantur loco calido per tres, aut quatuor, dies; quinquies, vel ſexies, in die, materiam optimè agitando, ut omnis reſina in ſp. Vini diſſolvatur. Spiritum

ritum tinctum decanta, vel filtra: dein evapora: vel, si placet, per cucurbitam humilem alembico instructam sp. Vini abstrahatur. Sic in fundo subsidebit resina clara, super papyrum oleo imbutam in sole exiccanda; & postea in usum revocetur.

Eodem modo fit Resina Jalappæ, Agarici, & Turbith, &c.

Nota benè. Quò simplex extrahendum magis est viscosum, id est, cujus particulæ pro parte in aqua solubiles sunt, eò sp. Vini magis rectificatus requiritur. v. g. in Resina Agarici conficienda, & resinâ Imperatoriæ. In cæteris verò, quæ menstruum aquosum respuunt, sp. Vini, etiam vulgaris, assumi potest. Sed non tam elegans, neque in tanta copia, colligitur inde Resina.

Vires. *Bilem, pituitam, & melancholiam, purgat, sine magna molestia.*

Dos. *à gr. v. ad ℈. j.*

Cap. CCCXCVIII.

Extractum Scammonii.

Scammonium optimum est, quod salivâ humectatum lactescit, & nigrioris coloris sit splendens. Purgat bilem, & pituitam viscidam. Inde fit resina, & extractum, & tinctura. *le Mort.*

Resina, & tinctura, fit cum sp. Vini. Extractum verò fit mediante aquâ communi sequenti modo:

℞. Scammonii subtilissimè pulverizati q. v. Affunde ei aquam calentem; & moveantur, vel agitentur simul, donec optimè lactescat aqua; fæcibus ad fundum subsidentibus. Aqua lactea effundatur; & recens aqua fæcibus affundatur: idque repetatur tamdiu, donec lacteum colorem non ampliùs assumat aqua. Aquas omnes confunde, & evapora ad consistentiam pilularum. Cui, si libeat, adde Succi Glycirrhizæ quartam circiter partem.

Vires. *Egregiè, & lenissimè, per inferiora purgat, sine ullis torminibus ventris.*

Dos. *ejus in infantibus. gr. j. in adultis. gr. viij.*

CAP. CCCXCIX.

Præparatio spiritûs sanguinis humani, ad mentem Helmontii.

Maëts. REc. Sani hominis sanguinem: eumque per se coagulari sinito. Et, quantum serum ponderat, tantum sp. Salis rectificati affundito, & leni igne ad siccitatem evaporari sinito.

℞. Hujus sanguin. exiccat. part. j.
Tartar. Rhenan. albissim. part. v.

Exactè inter sese conterantur, & destillationi submittantur. Oleum fœtidum à spiritu separa; quem seorsim reserva. Oleum verò fœtidum super salem mirabilem Glawberi calcinatum, vel supra salem communem tostum, rectifica, quousque clarum, & limpidum, evaserit, terramque nigram in fundo retortæ deposuerit. Huic oleo adde Alcohol Vini partes. iv. simulque destillentur, quousque inter sese bene uniantur, & præparatum obtinebis spiritum sanguinis humani subtilissimum, & igneum.

Usus *ejus est præcipuus in febribus malignis, & morbis contagiosis, tollendis.*

Dos. *à gutt. xx. ad xl.*

Usus *prioris spiritûs idem est, sed dosi majori.*

Alio modo vulgari.

Idem. REc. Sanguinem sani hominis coagulatum, & exiccatum. q. p. Huic misce partem duplam silicum calcinatorum, vel salis tosti. Destillentur simul per retortam. Ita enim obtinebis spiritum, & oleum. Spiritum ab oleo fœtido separa per chartam madidam emporeticam. Salem verò volatilem lateribus vasis recipientis, & colli retortæ adhærentem, ut artis est, rectifica, uti in sale volatili Cornu Cervi depurando mos obtinet. Hoc sale volatili spiritum tuum sanguinis humani impraegna, quantum in sese resolvere potest. Oleum verò fœtidum rectifica, ut prius.

Alio modo.

Idem. REc. Sang. humani q. p. Hunc phialæ sublimatoriæ committe, & per mensem philosophicum committe in ventre equino. Postmodùm

dùm leni igne spiritum volatilem destilla. *Hic sp. volatilis est magnum arcanum in Epilepsia.*

CAP. CCCC.

Sal volatile, & phlegma, sanguinis humani.

REc. Sang. human. ℥. x. Destilla ex cucurbitâ humili, in arena, per hor. vj. vel viij. ignem in fine fortiter augendo, donec nil amplius prodeat. Sic adscendet primò liquor limpidus ad ℥. v. Tum sequetur liquor turbidus ad. ℥. iij. Utrumque conjunge, & sequenti die iterum affunde capiti mortuo, iterumque destilla, ut antea, ad siccitatem usque. Hoc repete adhuc semel, vel bis; donec liquor adscendat turbidus unà cum guttulis olei innatantibus. Separa oleum per tritorium, & liquorem rectifica, ita ut tantùm abstrahas ℥. j. vel. ij. Sic habebis liquorem effervescentem cum quocumque acido; qui vulgò dicitur *sp. sang. humani.* *Marg.*

Vires. *Laudatur imprimis ad curandam Epilepsiam; aliosque morbos ab acido oriundos.*

Dos. *est aliquot gutt. ad* ℈. ß.

CAP. CCCCI.

Terra, & Sal fixum, sanguinis humani.

REc. Caput mortuum relictum post destillationem spiritûs, sive salis volatilis, sanguinis. Incineretur in crucibulo per horam unam; ita ut totum evadat igneum. Refrigeratum sponte suâ infunde cum aq. calidâ. Digere per noctem: filtra per chartam. Colaturam limpidam evapora in vitro lati orificii ad siccitatem usque. Sic relinquetur in fundo Sal fixum saporis satis acuti, & penetrantis. *Idem.*

Terram verò relictam in filtro sicca; & repone usui.

Usus. *Sal fixum, in parva quidem copia, ex sanguine extractum, valde penetrans est, unde iisdem usibus destinabitur, quibus alia Alcalia inserviunt, id est, corriget austerum, atque acidum: aperit: liquores dissolvet: fermenta acida destruet.*

Dos. *est aliquot granorum.*

Terra adstringit: usurpatur à Chirurgis ad sistendum sanguinem, excepta qui-

quidem cerâ, aut Terebinthinâ, aut Vernice. Quod quoque præstat ipse sanguis integer in pulverem redactus.

Cap. CCCCII.

Oleum Saponis Veneti.

le Mort. Rec. Saponis Veneti concisi. ℔. j.
Arenæ. m. iv.

Misce invicem; & impleatur retortæ pars media. Destilletur, igne primò leni: dein, ubi guttæ flavescere incipiunt, auctiori igne procedatur ad finem usque. Tum oleum exceptum à spiritu separandum est, & rectificandum.

Nota primò. Sunt qui viscosa, & ramosa, primò calefaciunt, & dein permiscent terram, vel arenam, ut inde globulos parare possint retortæ postea immittendos. Verùm incassùm: quia proprium laborem protrahunt sine ullo fructu. Nam, ubi materia in destillatione incalescit, extempore subsidit denuò arena.

Nota secundò. In rectificatione observanda sunt. Si acidis salibus mediantibus fiat rectificatio oleorum fœtidorum, prodeunt magis grata, quia spiritûs fœtidi motus obtunditur mediantibus acidis: at non tam penetrans est oleum ad externa. Si verò, secundò, cum alcalicis fixis fit rectificatio, magis penetrans, & subtile, evadit oleum.

Vires. *Urinam largiter ciet: menses promovet: omnibus ureterum, & renum, affectibus succurrit.*

Externè omnibus affectibus frigidis nervorum, & musculorum, prodest.

Dos. *à gutt. j. ad vj.*

Cap. CCCCIII.

Saponis Veneti linimentum egregium in Arthritide vaga.

Idem. Sapo Venetus abstergit: penetrat: & incidit. Inde fit linimentum egregium in Arthritide vaga, & affectibus frigidis, sic:

♃. Ol. Castorei.
Vulpini. ana ʒ. ij.
Ol. Chamæmel.
Anethin. ana ʒ. j.

Sapo-

Saponis Venet. ℥. j.
Camphoræ. ℈. j.
Sp. Vin. rectificat. ℥. ij.

Agitentur tamdiu simul, donec in linimentum album fatiscant. Inde fit etiam Oleum, & sp. egregii usûs in diureticis, modo, quo supra.

CAP. CCCCIV.

Descriptio pilular. Spadanensium.

REc. Mart. cum sulphure præparati. part. ij. *Maëts.*
Gum. Ammoniac.
Scammon. sulphurat. ana part. j.

Fiant, ut artis est, cum syrupo Rosarum solutivo, vel syrupo rosarum cum Rheo, pilulæ.

Dos. *à gr. vj. ad x. vel xij. pro ratione patientis.*

Suaviter purgant humores; obstructiones tollunt: & specificè exhibentur in morbis chronicis.

CAP. CCCCV.

Incineratio Sarmentorum.

REc. Sarmentorum Vitis recentium, fasciculos duos, vel tres. Eos *Margr.* sub camino, igne aperto, redige in cineres; qui suâ sponte extinguantur, sintque albi coloris, non verò carbones nigri. Eritque cinefactio rite peracta.

Usus. *Inservit parando lixivio, sali lixivo, sive sali fixo, vitis, qui vulgò dicitur* Cineres clavellati, *ex quibus Chyrurgi cauteria, & capitellum parant.*

CAP. CCCCVI.

Stratificatio Saturni.

REc. Lamellarum Saturni. ℥. ij. *Idem.*
Sulphur. commun. q. s.

Fiat in crucibulo stratum supra stratum. Reponatur tum crucibulum in igne circulari, sive rotæ, ut leniter incendendo consumatur sulphur. Quo facto, in fundo reperietur Saturnus in carbonem nigrum versus;

qui in mortario contritus abit in pulverem nigrum. Cribretur hic pulvis, & aquâ purâ edulcoretur; iterumque siccetur. Dicitur vulgò, in officinis, *plumbum ustum*; estque nihil aliud quàm calx Saturni. Si fortè totus Saturnus non fuerit calcinatus in pulverem, addatur iterum sulphur, & instituatur operatio, sicut antea.

Vires. *Externi tantùm usûs est. Refrigerat, siccat, adstringit: ingrediturque emplastra in officinis usitata.*

Processus secundus.

Marg. REc. Lamellarum Saturni q. s. Fiat cum sulphure communi pulverizato, lege artis, stratum supra stratum; idque in crucibulo, aut ollulâ aliqua satis validâ. Tum reponatur vas in ignem circularem, sive Rotæ, donec sulphur conflagraverit. Sic Saturnus abibit in massam nigram; quæ in mortario in pulverem redigi potest.

Nota bene. Si primâ vice Saturnus totus non erit calcinatus, poterit stratum supra stratum eodem modo repeti, donec totus Saturnus pulverizari possit.

Calx hæc edulcorata aquâ ferventi, & iterum siccata adstringit, refrigerat, & siccat; conducitque emplastris, & unguentis. Estque externi tantùm usûs. Vocatur vulgò in officinis Plumbum ustum.

CAP. CCCCVII.

Calcinatio Saturni.

Idem. REc. Saturni crudi ℔. j. Indatur patellæ terreæ non vitriatæ, quæ ponatur super carbonibus accensis, ut Saturnus fluat instar aquæ. Agitetur Saturnus fluidus spatulâ ferreâ tamdiu, donec totus abeat in pulverem; quod dimidiæ horæ spatio eveniet. Hic pulvis primò est subniger; si diutiùs paulò continuetur ignis, evadet flavus: si per hor. v. aut vj. urgeatur ignis, fiet pulvis rubicundissimus; qui vulgò in officinis *Minium* dicitur. Estque nil aliud, quàm calx Saturni reverberata.

Usus. *Inservit parando liquori, & sacccharo Saturni: ut & sublimationi cum Sale Ammoniaco pro parando Mercurio Saturni.*

Idem-

Incineratio Saturni:
Processus secundus.

INcineratio est calcinatio mineralium, ut & vegetabilium, atque animalium, per ignem apertum, donec abierint in cineres. V g. *Marg.*

♃. Saturn. crudi. ℥. iv. Inde patellæ terreæ; quam admovebis igni satis forti, ut Saturnus fluat. Fluentem forcipe perpetuò agita, donec abeat in pulverem, nec quicquam ampliùs fluat, sed cineri coloris subalbicantis evaserit, & peracta erit incineratio Saturni.

Usus. *Inservit præparationi Magisterii Saturni, ut & sublimationi ejus.*

CAP. CCCCVIII.

Cerussa Saturni.

REc. Lamellas Saturni in tenuissimam substantiam redact. Suspendantur super vapore aceti fortissimi. Digerantur simul in fimo equino per tres septimanas, donec pulvis albus laminis adhæreat, vel laminæ in totum calcinatæ sint. Pulverem à laminis abrade, & laminas restantes denuò vaporibus Aceti expone; donec planè in pulverem abeant. Deinde in usum servetur. *le Mort.*

Nota, quòd vires Aceti augeri possunt additione vigesimæ partis Aq. fortis.

CAP. CCCCIX.

Saccharum Saturni.

REc. Calcis Saturni præcedenti modo (*Vide cap.* 407.) præparatæ. q. s. Ei in cucurbita vitrea affunde Aceti destillati justam quantitatem, id est, quæ aliquot digitis transversis supereminеat. Repone in digestionem per diem, & noctem; vel donec Acetum destillatum factum fuerit dulcissimum. Decanta acetum dulce: filtra per chartam: colaturam evapora in vitro lati orificii ad quartæ partis remanentiam. Repone vitrum in locum frigidum & post xxiv. horas invenies in fundo vitri substantiam, sacchari instar, albam, & dulcem. Decanta liquo- *Margr.*

 rem

rem restitantem, & pari modo evapora, donec concrescat. Tum sicca, & serva usui. Pulvis dicitur vulgò *Sal*, & *Magisterium Saturni.*

Vires. *Refrigerat, siccat, adstringit, repellit; unde quotidiani usûs est apud Chirurgos in principiis inflammationum, in percussionibus, & livore, partium; in pallore, & albedine, faciei conciliandis: si priùs in aq. plantaginis, aut rosarum, solvatur, & cum triplicato linteo crebrò imponatur.*

Saccharum, sive Magisterium, Saturni: processus secundus.

Margr. R Ec. Calcis Saturni, ut superiùs, præparatæ. ℥. j. Inde cucurbitæ vitreæ, ac affunde sp. Aceti. ℥. iij. aut. iv. vel q. s. ad aliquot digitorum transversorum supereminentiam. Digere per dies, & noctes; viij. Vel donec Acetum evadat dulcissimum. Tum decanta Acetum: filtra per chartam: evapora in vitro ad quintæ, aut sextæ, partis remanentiam. Sic reliquum abibit, vel in chrystallos albas, & splendentes, vel in substantiam saccharinam cum adstrictione dulcissimam; unde vulgò *Saccharum, Sal*, & *Magisterium, Saturni* dicitur.

Vires. *Externi tantum usûs est. Refrigerat, repellit: conducit in inflammationum principiis. Est frequentissimi usûs apud Chirurgos in contusionibus, prohibendisque inflammationibus.*

Dos. *est pro re natâ.*

Saccharum, sive Sal, Saturni: processus tertius.

le Mort. R Ec. Lithargyr. Auri, seu alterius cujuscumque calcis Saturni, mediante calcinatione, præparatæ. q. v.

Superfundatur Acetum destillatum ad supereminentiam aliquot digitorum. Digerantur simul per hor. xxiv. aliquoties materiam agitando, donec planè dulcescat Acetum destillatum. Quod evapora decantatum ad octavæ circiter, vel quartæ partis, remanentiam; vel usque dum cuticula supervenerit. Evaporatum indatur patinæ stanneæ, fumo sulphuris obductæ. Relinquatur in cellâ, vel in alio loco frigido, donec in chrystallos redigatur ad formam panis. Hunc exicca lento calore per xiv. circiter dies, & noctes. Usui tum serva.

Vires. *Mundificat, adstringit: pectori, & pulmonibus, convenit: Venerem extinguit.*

Dos. *à gr. j. ad. vj.*

Con-

Convenit tumoribus oculorum, & ulceribus: cosmeticum est.

In affectibus pulmonum. ℞. Nitri, Sacch. Saturni. ana q. v. Dissolve seorsim in aceto stillatitio, & confundantur. Filtrentur, & evaporentur ad cuticulæ apparentiam; & chrystallos expecta in loco quieto.

Saccharum Saturni est nil aliud, quàm Sal Aceti cum portione Saturni, ita ut reviviscat Saturnus, si carboni vivo imponatur.

Valet in omnibus ulceribus; & propter duas causas medetur. Sal enim volatile Aceti obstructiones solvit, & particulæ Saturni, propter mollitiem suam, obtundunt acredinem humorum, quæ ulcerum sanationem impedit. Signum bonitatis Sacchari Saturni est, si Soli, vel calori ignis, exponas: si dissolvatur, non est rectè paratum: nam coquunt, loco digestionis.

Processus quartus.

REc. Cerussæ opt. quæ laminas plumbi adhuc repræsentat, Belgicè *le Mort. Schilpwat.* ℔. j. Pulverizetur subtilissimè. Huic superfunde Acetum destillatum. Digerantur simul, vel in Sole æstivo, vel in furno, ut lentè simul evaporari possit acetum destillatum, singulâ horâ Cerussam optimè agitando, ne fundo adhæreat. Liquorem, instar Sacchari, dulcem effunde; & recens acetum destillatum superfunde, eodem modo procedendo, ut ante. Hæc operatio tamdiu repetatur, donec Acetum destillatum non ampliùs dulce fiat. Liquores omnes confusos, lento igne, ad pelliculæ apparentiam evapora.

Evaporationes infunde vasi stanneo, fumo sulphuris obducto, & in cella chrystalli expectentur in formâ panis conglomeratæ. Hic panis papyro superfusus exiccetur sub umbra, donec cum digitis in pulverem chrystalli conteri possint. Ex ℔. j. hujus Cerussæ. ℥. viij. vel. ix. Sacchari colliguntur.

Vires. *Refrigerat, incidit; purgat per vomitum, & secessum. Pectoris vitiis succurrit; præcipuè si tinctura cum sp. Vini inde abstrahatur. Vermes necat: externè omnibus inflammationibus succurrit, & oculorum affectibus, ut & Erysipelati. Humores acres, & erodentes, mortificat, & obtusiores reddit: cicatrizat.*

Dos. *internè à gr. j. ad. x. Externè vel in aquis, vel Emplastris, vel unguentis, permiscetur; & in Lue Venerea præcipuè adhiberi solet.*

Processus quintus.

Maëts. Rec. Lithargyrii. q. p. Huic affunde Aceti destillati ad eminentiam iij. vel. iv. digitor. transversorum. Stent in digestione, quousque acetum dulce factum fuerit, & de acrimonia sua remiserit. Decanta, & filtra; lenique igne, ad apparentiam cuticulæ, acetumdestillatum evapora: Reliquum loco quieto repone: ita enim concrescent chrystalli, quæ exiccatæ sunt ipsum Sacch. Saturni, seu. Sal Saturni. Reliquum de novo, ad cuticulæ apparentiam, evapora, & procede, ut priùs.

Cap. CCCCX.

Balsamus Sacchari Saturni.

le Mort. Rec. Sacchar. Saturn. ℥. j.
Sp. seu Ol. Terebinth. ℥. iij.

Misce, & stent in digestione per sex dies, donec sp. rubicundissimo colore tingatur, & saccharum totaliter solutum sit, addendo aliquid Sacchari, quousque solvere nolit ulterius Hoc Saccharum efficacius evadet, si ad ℥. iv. Balsami addantur Camphoræ ʒ. iv. ut in ea solvatur.

Vires. *Mira præstat in podagra calida, si linteolum eo madefactum superponatur. Insuper medetur suffusionibus, & rubedini oculorum: & omnia ea præstat, quæ de Saccharo diximus, sed cum majori virtute.*

Dos. *à gr. j. ad vj.*

Cap. CCCCXI.

Præparatio Balsami Saturni.

Maëts. Rec. Lithargyrii auri. q. p. Huic affundito acetum destillatum ad eminentiam. iv. digitorum transversor. Digerantur simul; vel, si mavis, coquantur; spatulâ ligneâ semper agitando, quousque acetum destillatum de acrimonia sua remiserit, & dulce factum fuerit. Tunc decanta, & filtra; liquoremque filtratum in patina stannea super vapores calidos aquæ ferventis ad consistentiam syrupi tenuioris evaporato. Cui affundito aquam pluvialem: ita statim lactescet. Iterum filtrato: (quo agendo observabis guttas rubicundas per filtrum descendere) dein evaporato, ut priùs: hancque operationem tamdiu repetes, quousque Balsamum

mum tuum Saturni dulce instar sacchari, & rubicundum instar sanguinis evaserit. Singulis hisce filtrationibus partes magis austeræ terrestriores in charta emporetica hærent. Sic beneficio hujus operationis præstantissimum ex Saturno elicuisti arcanum, quod tam interiùs, quàm exteriùs, summâ cum laude in usum medicum recipi potest.

Exteriùs applicatum curat oculorum rubedinem, ex erosione cutis ab acri catarrho exortam. Ratione enim particularum plumbearum excipiet ictus salium acrium, quos temperat, & acrimoniâ eos deprivat: ratione verò qualitatis suæ adstringentis poros lachrymales nimiùm erosos, & dilatatos, adstringit. Balsamum hoc mixtum cum oleo Olivarum, & cum eo simul agitatum, donec desinat in Unguentum album verè Nutritum, præsens est remedium in inflammationibus renum. Eorum enim regione hoc Balsamo illitâ, statim ardores compescuntur, & sedantur. In contusionibus, (quas inflammatio ordinariò subsequi solet) si dissolvatur Balsamum hoc in aquis appropriatis, & tepidè, instar fotûs, applicetur, fœliciter dissolvit. Insuper si miscetur cum balsamis Sarcoticis præstantissimum præbet medicamen carnis generationem promovens, dolores, inflammationes, tensiones, fluxus, & similia vulnerum periculosa symptomata, præcavens.

Interiùs exhiberi potest in omni vehementiori hæmorrhagia uteri, & vulvæ: in fluxu mensium nimio: itidem in febribus ardentibus. In genere, præstat omne illud, quod à Saccharo Saturni ullo modo expectari potest. In affectibus oculorum diluitur cum Aq. Euphragiæ, Fœniculi, Rosarum, vel similium, parsque affecta vel plumâ, vel linteo madido, continuò hoc Balsamo inungitur. Ita brevi temporis spatio magna hæc oculorum molestia sedatur.

Quòd si (quod aliquando contingit) fistula oriatur in cantho oculi, post adhibita mundificantia, statim gutta una, vel altera, infundatur; ita brevi tempore fistulam carne replebis, & cicatricem obduces. Plura de hoc Balsamo invenies apud Kreucknerum in tractatu de Saturno.

Quòd si medicamentum valdè adstringens, & dulce instar sacchari, ferro nobilitatum præparare volueris; hac methodo procedito.

Vide cap. seq.

Processus secundus.

REc. Lithargyrii auri. q. p. Huic affunde aceti destillati ad eminentiam. iij. vel. iv. digitor. transversorum. Stent in digestione, quousque sp. Aceti flavam extraxerit tincturam. Acetum tincturâ Lithargyrii imprægnatum decanta, & filtra: & in patina stanneâ super vapores fer- *Maëts.*

ferventes ad consistentiam syrupi tenuioris evapora. Huic affunde aquam pluviam; & lactescet. Filtra de novo, ut priùs, & evapora: hocque continua, quousque Bālsamum tuum evadat instar sanguinis rubicundum, & instar Sacchari dulce.

Balsamum hoc admirandas obtinet vires in inflammationibus oculorum, ut & in poris lachrymalibus per sales acres, & corrosivos, nimiùm laxatis, constringendis, uti & in oculorum fistulis ad cicatricem perducendis. Miscetur enim Balsamum hoc cum aq. rosarum, Euphragiæ, aliisque convenientibus vehiculis, quibus oculus circumquaque in inflammatione madefieri debet. In fistulis verò guttula una, vel altera, instillatur in cavitatem. Insuper oleum hoc Saturni mixtum cum oleo Olivarum, & tritum, quousque desinant in linimentum album, optimum est medicamentum in ardoribus lumborum tollendis, cum ex Nephritide ardores originem sumpserint.

Simplex infusio Aceti destillati cum Lithargyrio vires non infimas possidet in inflammationibus tollendis, ut & in podagrâ calidâ. Itidem in contusionibus, aliisve dolorificis fluxionibus, sedandis. Saccharum Saturni easdem ferè obtinet vires. In Gonorrhæa, ubi ab acri fermento Venereo eroditur ductus Urinarius, Sacch. Saturni cum aq. rosarum, vel lacte tepido, injectum per syringam præsens est remedium: quod æquè perfici potest cum Balsamo prædicto, miscendo, scilicet, aliquot guttulas cum liquoribus prædictis.

CAP. CCCCXII.

Præparatio Balsam. Saturni Marte nobilitati.

Maëts. REc. Limaturæ Martis à sordibus repurgat. q. p. Huic affunde sp. Salis rectificatum ad eminentiam. iv. dig. transversorum. Stent simul, quousque effervescentia sedata sit, spiritusque Salis dulcescat. Quo signo apparente, spiritum tuum filtrato, & ad dimidiam partem evaporato. Dein ei addito æqualem portionem Sacch. Saturni, & igne mediocri, ex retorta, liquorem superfluum ad siccitatem auferto. Ita in fundo retortæ remanebit massa rubicundi coloris, dulcis instar Sacchari, & validissimè adstringens.

Hujus gr. iv. vel. vj. interiùs exhibita fœlicissimè sanant dysenterias, hæmorrhagias, fluxus mensium nimios, hepaticos, & cœliacos. Exteriùs commiscetur cum vehiculis convenientibus, & injicitur per siphonem in vulnera, quorum hæmorrhagias curat; acresque catarrhos ad vulnera delabentes obtundit, & mitigat. Exhibetur insuper interiùs in potionibus vulnerariis.

Dos. *à gr. iv. ad gr. x.*

CAP. CCCCXIII.

Oleum Saturni.

REc. Sacchari Saturni puri, & ſicci: *Marg.*
Sacch. candi. ana ℥. j.
Miſce, & in mortario vitreo accuratè tere. Reponatur tum in vitro ampli orificii in cellam, relinquatur ibi, donec per del. ſolvuntur. Sic habebitur oleum aliquod album, & dulce, cum adſtrictione aliqua. Quod à fæcibus decantetur, & ſervetur uſui.

Vires. *Eſt inſigne anodynum: externi tamen tantùm uſûs. Confert imprimis doloribus podagricis leniendis. Inungitur partibus dolentibus; aut etiam cum linteo in eo madefacto imponitur.*

Doſ. *pro re natâ.*

Proceſſus ſecundus.

REc. Sacchari Saturni. Sacchari candi. albi ana ℥. j. Teratur Sacch. candi in mortario cupreo minutiſſimè. Tum ambo in mortario vitreo accuratè miſceantur. Reponanturque in vitro lato, ſive orbe vitreo, in cellam per aliquot ſeptimanas, donec, ſoluta ambo ab aëre ambiente, fluant per deliq. ſub formâ olei. Decanta oleum fluidum, & ſerva uſui. Hoc enim eſt Ol. Saturni dictum. *Idem.*

Vires. *Eſt ſarcoticum. Exiccat: ulcera conglutinat. Præterea eſt anodynum, demulcens dolores podagricos, ſi externè illinatur.*

Doſ. *eſt pro re natâ: eſt enim tantùm externi uſûs.*

Oleum, ſeu liquor, Saturni: proceſſus tertius.

REc. Lithargyrii bene pulverizat. ℔. ß. vel q. v. Ei ſuperfundes ſ. q. Aceti vulgaris. Coq. ſimul; materiam optimè agitando, donec dulciſſimum evadat acetum. Liquorem filtra: filtratum affuſione aquæ communis præcipita: ſic lacteſcens evadet. Filtretur, & poſtea evaporetur liquor ad conſtitutionem priſtinam. Huic denuò recentem aquam affunde: filtra: & evapora, ut ante: aſſervetur in uſum. *le Mort.*

Nota. Si ſine filtratione liquor lacteſcens evaporetur, denuò, ut ante, clarus evadet.

Nota ſecundò. Si diu aſſervandus ſit, vel ſi magis exaltatus expetatur, affuſione ſp. Vini rectificati ad ſuperemin. unius dig. magis purus, & durabilis, evadet.

Vires. *Refrigerat, mundificat, adſtringit: per vomitum, & ſeceſſum, internè purgat, ſi in majori doſi ſumatur.*

Externe omnes inflammationes ſiſtit: ulcera mundificat: oculorum affectibus ſuccurrit.

Doſ. *internè à gutt. j. ad xx.*

Inde etiam conficitur Balſamum anodynum Saturni ſequenti methodo. *Vide cap. ſeq.*

Ol. & tinctura, Saturni: proceſſus quartus.

le Mort. REc. Lithargyr. auri. ℥. viij.
Aceti acerrim. ℥. xx.

Digerantur ſimul per hor. xxiv. Dein affundatur acetum dulcificatum. Evaporet dein ad oleaginoſitatem uſque. Huic liquori ſuperfunde Aq. pluv. ℥. vj. vel viij. ut lacteſcat. Lacteſcentem liquorem decanta lentè: dein denuò evaporetur: tum adhuc ſemel repete, ut odor aceti planè tollatur, & liquor dulciſſimus evadat.

Hujus partem unam ſerva in vitro clauſo, ſub nomine Ol. dulcis Saturni. Alteram verò partem ulteriùs evapora ad conſiſtentiam mellis. Huic ſuperfunde ſp. Vini rectificatum, & extrahe tincturam, mediante digeſtione, quæ erit dulciſſima.

Nota primò. Quò ſæpius aquæ affuſio repetatur, & ſeparatio pulviſculi, eò penetrantius, & dulcius, evadit oleum.

Nota ſecundò. Si tinctura intendatur, non opus eſt parare pulviſculum.

Nota tertiò. Fit, & oleum, & ſp. Saturni, è ſale ejus mediante aceto deſtillato facto, quod retortæ immiſſum per ſe deſtilletur. Sic prodibit oleum fragrantiſſimum in ſat magna quantitate, & ſp. inflammabilis inſtar ſp. Vini. Sed de his plura in Sacch. Saturni.

Refrigerat, & adſtringit: libidinem extinguit: omnibus inflammationibus, tam internis, quàm externis, convenit. Ulcera maligna, & erodentia, citiſſimè mundificat, & ſanat.

Oleum plerumque ad externum uſum adhibetur; Tinctura verò ad internum. Ad Eryſipelas, & inflammationes oculorum, non datur melius lavamentum, vel collyrium, quàm ſequens:

♃. Ol.

℞. *Ol. Saturn. gutt. xx.*
Tinctur. Vener. gutt. x.
Alcohol. Vin. Camphorat. gutt. xv.
Aq. Rosarum.
Plantag. vel Sambuc. ana ℥. j. ß. m. f. collyrium, quo pars affecta sæpius humectetur, & sine dubio sanabitur.

CAP. CCCCXIV.

Balsamum Saturni antipodagricum.

REc. Sacch. Saturni. ℥. j. *le Mort.*
Ol. Tereb. vel. Juniper. ℥. iij.
Digerantur per xxiv. hor. in arena. Dein adde:
Camphor. ʒ. j.
Castor. pinguis. ʒ. iij.
Digerantur denuò in balneo Mariæ per hor. xij. Dein liquor usui servetur, à fæcibus priùs separatus.

Vires. *Egregium est discutiens, & anodynum externum in Arthritide vagâ, & omnibus frigidis affectibus nervorum, podagrâ, & chiragrâ. Internè pellit calculum: passionibus hystericis convenit.*

Dos. *à gutt. ij. ad. xij.*

CAP. CCCCXV.

Balsamum anodynum saturni.

REc. Ol. Violar. mediante oleo Papaveris facti. ℥. ij. Liquoris Saturni. ℥. j. Misceantur agitando simul super ignem lenem, donec consistentiam acquirant Unguenti mollioris. Dein adde Camphoræ in sp. Vini rectificatissimo dissolutæ. gr. x. m. &c. *Idem.*

Vires. *Omnibus tam affectib. frigidis, quàm calidis, succurrit. Summi usûs est in discutiendo, & mitigando humore acri, & corrosivo; si linteum illitum parti affectæ applicetur.*

CAP. CCCCXVI.

Essentia Satyrii ad impotentiam.

Maëts. R Ec. Rad. Satyrii cum tota substantiâ. q: pl. Contunde in mortario lapideo in massam mucilaginosam. Fiat extractio cum Alcohol Vini, ut dictum in generali methodo. Solutionem decanta, fæcesque bene exprime. Cui adde æqualem portionem Mercurii Veneris vegetabilis. Digerantur simul leni calore. Et, ubi flores Satyrii sunt in vigore, fiat infusio horum florum cum essentiâ tuâ præparatâ. Digerantur simul, quousque obtineas solutionem instar sanguinis rubicundam. Cui, pro ratione patientis, adde Ambræ gris. prout visum fuerit.

Nota bene. Mercurius Veneris vegetabilis nihil aliud est, quàm Sp. Ceparum sequenti modo præparatus. *Vide processum sub hoc titulo; Mercur. Ven. vegetabilis.*

CAP. CCCCXVII.

Descriptio pulveris Sennæ laxativi Rulandi.

Idem. R Ec. Fol. Senn. mund. sine stipitib.
Crem. Tartar. ana ℥. j.
Sem. Anisi.
Gariophyllor.
Galang.
Cinnamom. an. ʒ. j.
Diagridii ʒ. ij. f. Alcohol.
Dos. *in substantia.* ℈. *j. ad* ℈. *ij.*
in infusione. ℥. ß.

CAP. CCCCXVIII.

Sigillum Hermeticum.

Marg. R Ec. Phialam aliquam oblongam, quæ, quantum fieri possit, non crassa, & ampla, sed angusta sit, & potius vitri Veneti, quàm vulgaris. Muniatur collum ollâ aliquâ perforatâ, (contineat verò phiala liquorem, quem continere debebat) in qua excitetur ignis carbonum ligneo-

ligneorum ſatis vehemens, ita ut collum phialæ liqueſcat, vel molle evadat. Tum forcipe ignito prehendatur collum phialæ, &, quantum fieri poteſt, comprimatur ita accuratè, ut nullus exitus pateat. In quem finem nonnulli tubulo utuntur æneo, per quem inflantes accuratè conflant vitrum, ita ut nil ex vitro exhalare poſſit. Hoc facto, removeatur ignis, ſinitoque lentè refrigerari phialam; quæ tum *Hermetice ſigillata*, & clauſa, dicitur.

Uſus. Inſervit longis digeſtionibus, in quibus neceſſe eſt accuratè claudere vitrum, ne menſtruum avolet. Peractâ digeſtione, vitrum oportet aperire, & reſcindere ferro ignito.

In locum verò Sigilli Hermetici ſæpe Chymici ſubſtituunt vitrum inverſum, aut præparant lamellam vitri, ut accuratè quadret ad foramen phialæ, quam circum circa claudunt luto ex Borace, & Colophoniâ, præparato, quod videatur apud *Sennertum in inſtitutionibus majoribus*, ubi agit de Chymia.

CAP. CCCCXIX.

De Spiritibus deſtillatis.

SPiritus ſunt particulæ oleoſæ diſtentæ, & rarefactæ, mediante motu inteſtino particularum ſalinarum ſubtilium & volatilium, cum ſ. q. aquæ. Hic motus ad perfectionem deducitur mediante fermentatione, eòuſque continuatâ, donec ſponte ebullitio ceſſet, & vegetabilia in liquore ſubſideant, vinoſumque referat liquor & odorem, & ſaporem. Quod & perfectum ſignum deſtillationis eſt; & ſeparandum inde ſpiritum eſſe. *le Mort.*

Nota bene. Nota deſtillationis abſolutæ eſt, ſi liquor prodiens in parva quantitate in ignem projiciatur, & flammam non concipiat.

Nota ſecundò. Omnes herbæ calidæ, viſcoſæ, & ramoſæ, aptæ natæ ſunt ſpiritui inflammabili producendo; ut ſunt Roſmarinus, Mentha, cortices Arantiorum, farina Tritici, Mel, Saccharum, ſuccus pomorum, pyrorum, ceraſorum &c.

Attendendum verò ſummopere circa fermentationem peragendam, ne nimis cito, & cum magno impetu motum ſuſcipiant, quoniam hoc motu multum de ſpiritu diſſipatur.

Secundo. Non nimis abbreviandum eſt tempus fermentationis, nec protrahendum. Quoniam ſi non ſufficienter fuerint attenuatæ, & à particulis craſſioribus liberatæ ſpirituoſæ, & ramoſæ partes, tantùm

quarta circiter pars ſpiritûs prodit. Si verò ulteriùs protrahatur, particulæ acidæ graviores ſalinæ (v. g. Tartar. Vini) ſeſe per univerſum liquorem diſpergentes, ſalinas mobiliores, ramoſas, ſubtiliores figunt, & pauciſſimus inde colligitur ſpiritus, & ingratus.

Nota benè. Nota accuratæ operationis eſt, ſi poſt abſolutam deſtillationem fæces remanentes nullo ſenſibili ſapore, vel acido, vel dulci, prædicti ſint.

Cap. CCCCXX.

Notæ generales ſuper rectificatione omnium ſpirituum in genere.

le Mort. IN triplicem claſſem commodè omnes ſpiritus redigi queunt.

Prima comprehendit ſalia volatilia.

Secunda ſpiritus inflammabiles, & volatiles.

Tertia ſpiritus acidos fixiores.

Salia volatilia leviſſimo modo in altum elevantur, ita ut fere tantum calorem requirant, qui reſpondeat calori ſolis æſtivi. Sic Sal volatile à ſpiritu, & oleo, ſegregatum in altum elevatur.

Spiritus ſulphurei, & inflammabiles, ſi ſubtiliſſimi expetantur, leniſſimo igne etiam deſtillandi ſunt, ut in hora una guttæ circiter.xx. vel. xxx. ad ſummum cadant. Si verò nòn tam ſubtilis expetatur ſpiritus, mediante coctione ſpiritus elevatur ſat citò, & præcedit phlegma ſuum.

Spiritus acidi, utpote graviores, majorem ignis gradum requirunt, & primo prodit phlegma inſipidum. Secundò prodit ſp. acidus, debilis, multo phlegmate adhuc permixtus. Tertiò ſubſequitur ſpiritus acidiſſimus, à phlegmate ſuo planè liberatus.

Nota. Acida fixiora, & ponderoſiora, rariſſimè in altum elevari queunt per ſe, quin vitra, & inſtrumenta cætera diſrumpant, ut Ol. Vitriol. & Ol. Sulphuris per Camp. Spiritus verò Nitri, & ſp. Salis, ad ſiccitatem uſque deſtillari poterunt.

Nota ſecundò; (quod valde eſt obſervandum) Salia illa acida fixiora nil aliud eſſe, quàm Salia ſtatum fluiditatis obtinentia à motu vehementiſſimo interno, vel externo. Sic denuò in ſal chryſtallinum redigi poſſunt, mediante ſolâ rectificatione ſecretiore, id eſt, ubi planè ab interſtitiis phlegmaticis liberantur, mediante corpore graviore, quod acidum illud fixum à motu retinere queat, ita ut phlegma, utpote levius, facillimè

mè in altum elevari queat, restantibus fixioribus, & ponderosissimis acidis, quod fit sequenti modo.

♃. Ol. Vitriol. q. v. Superfundatur proprio suo capiti mortuo. Digerantur parumper simul. Dein leni igne phlegma abstrahatur.

Nota. Ut ut ol. Vitrioli rectificatione per se à phlegmate liberatum videatur, attamen hac operatione semper denuò phlegma fundet. Dein auctiore igne destilla oleum Vitrioli, quod prodit instar salis volatilis in forma sicca, & instar ignis est consumens quæcumque corpora ipsi occurrentia. Si calamus ei intingatur, instar ceræ liquefit, & diffluit.

Nota bene. Idem fieri potest cum cæteris acidis. Sic sp. Salis in oleum Salis acerrimum instar ol. Vitrioli reduci potest, si sp. ille superfundatur corpori terrestri metallico, vel minerali, ut lapidi Calaminari, limaturæ Martis, & similibus. Postea, evaporando solutionem ad siccitatem, destilletur residuum instar ol. Vitrioli, & acidissimus prodibit spiritus, qui mira præstat in solutionibus mineralium, & metallorum sulphureorum, & veri ignis, & gehenna, existunt Philosophorum, & operationes, & effecta talia producunt, quæ nunquam de spiritibus vulgaribus, optimo modo rectificatis, obtineri queunt. Eodem modo & Sp. Nitri, Aq. fortis, Acetum, & omnia Acida in genere, rectificari queunt.

CAP. CCCCXXI.

Præparatio spiritûs cum Aëre continuò fermentantis.

REc. Stanni purissimi. part. j. *Maëts.*
Mercurii vivi. part. iij.

Fiat secundùm artem amalgama, instar butyri crassioris consistentiam obtinens.

♃. Hujus amalgamatis. part. j.
Mercur. sublimat. corrosiv. part. ij.

Exactè inter sese misceantur: & ex retortâ vitreâ, ex arena, destillentur simul. Ita enim obtinebis liquorem, in quo simul ac aër ingredi potest, fumus excitatur vehemens.

Cap. CCCCXXII.

Amalgamatio Solis.

Margr. Rec. Bracteolarum auri. q. libet. Redige illas, cum pauxillo Mercurii currentis, in massam aliquam ceræ instar. Hæc massa dicitur *amalgama Solis*. Vel:

♃. Scobis Solis. q. libet. Ei admisce tantum Mercurii currentis, quantum sufficit, ut cum illo fiat massa mollis. Vel:

♃. Nummum aliquem aureum. Tundatur hic malleo, ut fiat tenuissimus: Huic adde Mercurii currentis partes. vj. vel. vij. & abibunt simul in massam mollem, ceræ instar; quæ dicitur *Amalgama Solis.*

Si jam velimus recuperare Mercurium, & Solem habere sub forma calcis; sublimetur amalgama in parva lagenula vitrea, & sublimabitur Mercurius ad latera vitri, calx verò Solis manebit in fundo. Vel, si velimus perdere Mercurium, imponatur amalgama crucibulo mundo, & evaporetur Mercurius in igne aperto. Sic in fundo relinquetur calx Solis, quæ quærebatur.

Usus *amalgamationis Solis est, hunc depurare, & liberare ab adjunctis fæcibus. Secundò, inservire deaurationi apud aurifabros.*

Cap. CCCCXXIII.

Præcipitatio, sive calcinatio immersiva, Solis.

Idem. Rec. Sp. Nitri Bezoardici, sive alterius cujusdam aquæ regiæ. ℥. ij. Ei impone auri vel puri, vel impuri. ʒ. ij. aut. iij. Relinquantur in digestione per noctem, & totus Sol à menstruo devorabitur, quod coloris lutei evadet, nec quicquam reperietur in fundo, si aurum purum fuerit. Quod argento commixtum fuerit, relinquetur illud in fundo sub forma pulveris albi, à quo solutio Solis leniter decantando separari poterit. Hanc solutionem destilla ex retorta vitrea, in arena, ad siccitatem usque. Recuperabiturque in recipiente aqua regia, sive sp. Nitri Bezoardicus: in fundo verò retortæ relinquetur calx Solis, purpurei coloris, eaque servetur usui.

Usus *est inservire Solis extractioni in tincturam, in oleum, & sublimationi in flores.*

Cap. CCCCXXIV.

Tinctura Solis, sive aurum potabile.

Rec. Præcedentem calcem Solis relictam in retorta: (*Vide processum superiorem*) ei affunde Alcohol Vini. ℥. ij. aut. iij. Digere per noctem. Tum tincturam decanta, & serva usui. Fæces verò relictas serva seorsim. *Marg.*

Vires. *Potenter adstringit, & condensat: hinc in fluore alvi, & ventriculi imbecillitate locum habere potest. Vulgò pro confortativa, & cardiacâ, habetur.*

Dos. *gutt. ij. aut iij.*

Tinctura Solis: processus secundus.

Rec. Auri integri vel signati, vel crudi. ʒ. j. Aquæ Regiæ (jam descriptæ) ℥. vj. Misce, & repone in vitro clauso in digestionem per noctem unam, vel donec totum aurum ab aq. regia devoratum sit. Tum solutionem limpidam decanta, & ex retorta vitrea, in arena, destilla ad siccitatem usque; & recuperabitur aqua regia, quæ alteri operationi reservari poterit. In fundo verò retortæ relinquetur calx Solis rubicundissimi coloris. Huic calci affundatur Alcohol Vini. ℥. j. Digere per noctem. Tum decanta tincturam auream, & serva usui. Calcem verò in fundo relictam similiter collige, & serva. *Idem.*

Vires. *Tinctura Solis adstringit: humorum acrimoniam salinam, aut acidam, austeritate suâ temperat: vulgò habetur pro cardiacâ: quod tamen vix fieri putandum est; nullâ enim ratione hoc probari potest.*

Dos. *intra corpus sunt gutt. ij. vel. iij.*

Cap. CCCCXXV.

Præparatio Solis fulminantis.

Rec. Auri part. j. *Maëts.*
Aq. Regiæ. part. iij. iv-ve.

Solvatur Sol in tepido calore arenæ. Cui soluto, affunde stillatim oleum Tartari per del. quousque effervescentia salium sedata sit. Ita facta est regeneratio Nitri: nam portiones Nitri tenuissimæ se conjunxerunt intimè cum particulis Solis, ac proinde, dum nimio calore vexantur, flammam cum tonitru concipiunt, eodem modo, ac hoc contingere in pulvere tonitruante ex Nitri. part. ij. & Tartar. & Sulphur. ana part. j. conflato, videndum.

CAP. CCCCXXVI.

Præparatio Solis musivi.

Maëts. REc. Stann. Angl. opt. ℥. j.
Mercurii à nigredine loti. ℥. ß.
Sulphuris, &
Sal. Ammoniac. ana ℥. ß.

Fiat amalgama, ut artis est, Stanni, & Mercurii. Quod in alcohol teratur cum sulphure, & sale Ammoniaco.

Alio modo.

REc. Stanni v. g. ℥. j.
Mercurii. ℥. ij.
Sulphuris, &
Sal. Ammon. ana ℨ. j.

Procede, ut supra dictum est.

Alio modo.

REc. Marcasitæ auri.
Mercurii.
Sulphur. &
Sal. Ammon. omnium ana. Sublimentur autem ex cucurbitâ vitreâ loricatâ.

Cap. CCCCXXVII.

Methodus eliciendi Solem ex Luna.

REc. Croci Martis cum aq. fort. elaborat. q. p. Sumito duplum Nitri, ut fluat in tegillo, & eo cum successivè misceto tuum crocum, & fluat simul per dimidium quadrantis. Omnibus refrigeratis, abluito salsedinem Nitri. Ita obtinebis crocum purpurei coloris amœnissimum. *Maëts.*

♃. Vitri Saturni, & Croci tui præparati, & successivis vicibus misceantur cum Lunâ cupellatâ fluenti super cupellam. Ita portio croci ingreditur substantiam Lunæ, & cum ea miscetur: portio verò scoriarum in forma spumæ ad extremitates cupellæ projicitur. Hoc autem continua, quousque tota superficies Lunæ scoriis obducta sit. Effunde in conum fusorium: illumque dissolvito in aquâ forti. Ita obtinebis in solutione Lunæ particulas nigrescentes per totam solutionem natitantes; quas, ubi ad fundum resídêre, edulcorato, quantum fieri poteſt, & cum pauxillo Boracis fundito. Ita plus auri obtinebis, quàm ullo modo arte separatoriâ Lunæ habere potes.

Cap. CCCCXXVIII.

Præparatio Croci Solis.

REc. Solis finissim. per Antimon. purgat. & subtilissimè laminati. ℥.ß. *Idem.*
Nitri chrystallizat. ℥. x.
Aluminis. ℥. viij.
Sal. commun. ℥. v.

Misceantur, & inter sese conterantur, & committantur cucurbitæ vitreæ; quibus superaffunde aquæ simplicis, quantum satis ad dissolutionem salium. Coq. simul igne moderato ad siccitatem salium. De novo affundatur aq. pluvia, & coquantur, ut priùs. Quod continua, quousque folia Solis totaliter à salibus dissoluta reperias. Solutioni flavæ, aureique coloris, successivè instilla Ol. Tartar. per del. Ita enim aurum fundum petet, & præcipitabitur in pulverem tenuissimum. Quem crebris edulcora ablutionibus, & exsicca, & per horæ quadrantem supra laminam terream ignitam calcina. Ita enim obtinebis crocum Solis,

purpurei coloris, ſudoriferum, & cardiacum, haud contemnendum. Doſ. à gr. ij. ad iv. vel. vj.

Cap. CCCCXXIX.

Præparatio Croci Solis ad tincturam Antimonii parandam.

Maëts. REc. Solis per Antimon. purgat. part. j.
Mercur. à fæcibus, & nigredine, lavati. part. vj.
Fiat ſecundùm artem Amalgama. Quo commiſce Sulphuris duplum totius. Miſce inter ſe, & ſub tegula calcinentur, continuò agitando ad totalem Sulphuris, & Mercurii, expulſionem. Ita obtinebis crocum, à fæcibus, ſi quæ ſint, abluendum. *Vide proceſſ. Maetſian. ſub tit. Tinctura Antimonii.*

Cap. CCCCXXX.

Menſtruum ad tincturam Solis cardiacam.

Idem. REc. Sal. Tartar.
Ol. Vitriol. rectificat. ana q. pl.
Sali Tartari autem ſucceſſivè, & guttatim, affunde Oleum Vitrioli rectificatum, quouſque effervescentiam ſedatam animadverteris, ita enim concreſcent in ſalem intermedium inter Alcali, & Acidum. Quem ſalem in phlegmate Vitrioli reſolvito, & filtrato. Flegma autem ad remanentiam dimidii evaporato, locoque quieto committantur: ſic enim concreſcent chryſtalli Tartari Vitriolati. Has chryſtallos denuò reſolvito in Alcohol Vini. eâ lege, ut ſint Chryſtallor. part. ij. Spiritûs Vini. part. iv. Committantur ſimul retortæ vitreæ, vel cucurbitæ; & leni igne deſtillato. Ubi partes duas abſtuleris, mutato recipiens, & ſpiritum igneum ſeparatim excipito. Ex cap. mortuo autem cum aq. pluv. extrahito ſalem; & cum ſpiritu tuo igneo miſceto. Deſtillentur ſimul: ita enim habebis menſtruum igneum ſalinum, quo ex croco Solis, croco Martis, croco Veneris, tincturæ eliciuntur elegantes.

Tinctura Solis hoc menſtruo præparata, ſi miſceatur cum Quinta Eſſentiâ, Antimonii ſequenti methodo elaboranda, non infimum locum habebit inter Panaceas. *Vide proceſſum ſub tit. Q. Eſſentia Antimonii.*

CAP. CCCCXXXI.

Pro emollitione Scrophularum.

REc. Sp. Salis *Magis.*
Ol. Ceræ ſtillat. ana ℥. ß.
Sp. Sal. Ammon.
Vin. rectificat. ana ℥. j.
Ol. de laterib.
Petræ. ana ʒ. j.
Saponis Hiſpanici. ℥. j. ß. m. pro linimento.

CAP. CCCCXXXII.

Scorzoneræ decoctum ſudoriferum egregium.

REc. Rad. Scorzoneræ ℥. j. *le Mort.*
Contrayerbæ.
Sarzæparrill. ana ʒ. ij.
Lappæ major. ʒ. vj.
Cort. Guajaci. ʒ. iij.
Vini opt. Gallici. pint. j.
Contuſa, & conciſa, in balneo Mariæ digerantur per. hor. xij. Dein in eodem coquantur vaſe, optimè clauſo, ne quid exhalare poſſit, per horas iv. Colaturam uſui ſerva.

Doſ. *ab* ℥. ß. *ad* ℥. *ij. in Peſte, & febribus malignis, Scorbuto, Ictero, &c.*

CAP. CCCCXXXIII.

Eſſentia Stomachica.

REc. Rad. Tormentill. *Mæts.*
Hyperici.
Anethi.
Menth. criſp.
Leviſtic. ana cum toto. q. pl.

Contundantur, iisque affunde Sp. Vin. rectificat. q. s. ad eminent. dig. j. Digerantur per hor. xij. Quibus transactis, omnis liquor per destillationem evocetur, eumque prædictis speciebus affunde, & procede, ut priùs.

℞. Hujus spiritûs. ℥. ix.
Sp. Salis rectificat ℥. iij.

Macerentur, vel digerantur, per dies. xiv. quousque alcohol cum sp. Salis unitum sit. Et obtinebis Essentiam specificè stomacho, & hepati, convenientem; cujus admirandæ sunt virtutes in resolvendo Tartaro in renibus concreto, & in obstructione mensium.

Dos. *à gutt. xv. ad xxx. in vehiculo convenienti.*

CAP. CCCCXXXIV.

Ol. Succini essentiâ Sulphuris imprægnatum.

Maëts. REc. Flor. Sulphur. ℥. j. ß.
Ol. Succin. rectificat. ℥. viij.

Digerantur per noctem simul. Postmodùm, lege artis, instituatur destillatio per retortam; & obtinebis oleum Succini essentiâ Sulphuris imprægnatum.

CAP. CCCCXXXV.

Essentia Succini.

Marg. REc. Succini. q. s. Redige in pulverem. Inde parvæ lagenulæ vitreæ, & affunde liquoris Alcaheft q. s. ut commodè madefiat. Digere in arena, per horas aliquot, vitro aperto, donec omnis liquor exhalarit. Tum recipe vitrum, & paulum refrigetato. Affunde Alcohol Vini. s. q. Digere vase accuratè clauso per noctem, aut aliquot horas: ita tamen ne Alcohol perdas. Sic Essentia Succini resolvetur ab Alcohol Vini, hocque imbuet colore, & sapore suo, ita ut nihil, præter fæces, in fundo relinquatur. Debet autem aliquoties novum Alcohol affundi. Eodem modo paratur Essentia Macis, & Gariophyllorum.

Vires. *Essentia Succini, ut & Essentia Maceris, & Gariophyllorum, sunt valde aromaticæ, & alcalinæ naturæ. Humores attenuant, fundunt: sunt cardiacæ, & analepticæ.*

Dos. *est aliquot guttarum.*

CAP. CCCCXXXVI.

Præparatio tincturæ Succini Helmontii.

REc. Succini. q. pl. *Maëts.*
Flor. Sal. Ammon. part. dim.
Exactè inter sese conterantur, & misceantur. His affunde Alcohol Vini ad eminentiam iij. vel. iv. dig. transversor. Stent in digestione, quousque sp. Vini flavorubicundam extraxerit tincturam. Quam decanta, & usui reserva.

Vires. *Tinctura hæc exhibetur summo cum successu in Colico dolore ex acri, austero, & pituitoso humore, oriundo. Insuper in obstructionibus mensium medicamentum summè est efficax; uti & in surditate, ex catarrhis ad aures allabentibus; si scilicet lana cotonea hâc tincturâ madefiat, quantumque fieri potest, auri immittatur.*

Dos. *interiùs à gutt. x. ad. xxx.*

Alio modo.

REc. Succini. q. p. Conteratur in pulverem tenuem. Eique affunde Ol. Tartar. per del. q. s. Stent in digestione per. xxiv. horas. Iisque postmodum Alcohol Vini affunde ad eminentiam. iij. vel. iv. digitor. transversor. Stent in digestione, donec sp. Vini rubicundam extraxerit tincturam.

Tinctura Succini:
processus secundus.

REc. Succini citrin. pulverizat. ℥. j. Huic superfunde menstruum *le Mort.*
sequens:

♃. Sp. Vini super sale Alcali rectificat. q. v. Huic infunde sp. Salis commun. optimè rectificatum, donec effervescentia cesset. Relinquantur parumper simul, donec subsederit Sal commune, & sp. clarus factus fuerit.

Hunc superfunde Succino ad supereminentiam aliquot digitor. Digerantur simul per dies. iij. vel. iv. donec tincturam flavam deponet. Dein sepa-

ſeparetur tinctura ſupernatans, & recens fæcibus ſuperfundatur, donec tincturam ampliùs dare neget.

Hinc fit Magiſterium Succini mediante præcipitatione in aqua communi.

Nota. Niſi ſpiritus ſubtiliſſimè rectificati fuerint, non ſuccedit operatio.

Vires. *Egregium diureticum exiſtit: efferveſcentiam uterinam ſedat: calculum pellit: vermes neçat: peſti convenit.*

Doſ. *à gutt. x. ad.* ʒ. *j.*

CAP. CCCCXXXVII.

Ol. & Sal volat. Succini.

Margr. PAratur eodem modo, quo Ol. Tacamahacæ; (*Vide proceſſ. ſub hoc tito.*) addendo duplum arenæ. Inter deſtillandum verò fæces quædam viſcidæ adſcendent in collum retortæ, & interdum quoque in recipiens, quæ vulgò habentur pro ſale vol. Succini: quod tamen rectiùs ex ipſo oleo ſeparatur.

Vires. *Calefacit, ſiccat: eſt antihyſtericum: excitat apoplecticos, movet ſudores, & menſtrua.*

Doſ. *eſt aliquot guttar.*

Præparatio Ol. & Sal. vol. Succini: proceſſus ſecundus.

Maëts. REc. Fragmentor. Succin. q. p. Hiſce repleatur retorta vitrea. Eâ lege tamen, ut tertia ipſius pars remaneat vacua. Hiſce, ſi viſum fuerit, adjice manipulum unum, aut alterum, ſilicum pulverizatorum, vel arenæ lotæ. Inſtituatur deſtillatio lento primùm igne. Sic enim ſtillantem primò obſervabis ſpiritum Succini ſubacidum. Ignem ſucceſſivè auge. Ita enim prodibit oleum flavum, & limpidum. Vehementiori tandem igne prodibit oleum rubrum, unà cum ſale volatili undecumque lateribus colli retortæ, & vaſis recipientis, adhærente. Omnibus refrigeratis, oleum à ſpiritu per tritorium ſepara. Quod leniſſimo igne per ſe, vel cum cineribus elixiviatis rectifica, vel, ſi candidiſſimum velis, cum pluvia rectifica. Ita enim obtinebis oleum Succini album, vel ſubcitrinum.

Oleum hoc interiùs exhibetur in paſſione hyſterica, çum aq. Artemiſiæ: men-

menses movet: frigidis capitis defluxionibus medetur: urinas pellit: gonorrhœas curat; præsertim si jungatur cum ol. Terebinthinæ lucido: spasmos curat exteriùs inunctum: & specificum est in Lethargo, naribus, & temporibus, inunctum.

Cum hoc oleo præparatur Balsamum maximarum virium, cum floribus Sulphuris digerendo, ut dictum in compositione Balsami Sulphuris Terebinthinati. Hujus Balsami usus est admirabilis in tumoribus duris emolliendis, & maturandis: in podagrâ frigidâ: in glandulis induratis; præsertim si oleum hoc cum aliis ingredientibus redigatur in Emplastri formam.

Sal volatile, oleo suo fœtido inquinatum, rectificatur sequenti modo:

♃. Sal. vol. Succini, oleo suo fœtido inquinati. q. p. Huic misce tantum Salis decrepitati, quousque massa fiat arida. Instituaturque sublimatio ex vasculo terreo, vel testâ terreâ, pyramide chartaceâ munitâ. Ignem cautè rege, ne capitellum tuum papyraceum comburatur. Ita enim obtinebis Salem Succini volatilem, instar lintei, omnique fœtore, & empyreumate, liberatum.

Hujus vires admirandæ sunt in passione hysterica: in obstructionibus mensium, urinarum, Epilepsia, Paralysi, Lethargo, omnibusque affectibus, quibus ullo modo Oleum succurrere potest.

Dos. *à gr. x. ad. xxx.*

Ol. & Sp. Succini:
Processus tertius.

REc. Fragmentor. Succini. q. v. Imponantur retortæ terreæ, vel vitreæ. Destilletur primò leni igne; donec vapores albi prodire incipiant. Dein augeatur ignis, donec oleum crassum, & sal volatile, adhærere incipiant Recipienti. *le Mort.*

Oleum rectificari potest super proprium caput mortuum optimè calcinatum. Sic triplex prodit oleum; primò album: secundò flavum: tertiò rubrum. Singula seorsim excipiantur, Recipiente mutato.

Nota primò. Si Sal Succino in destillatione permisceatur, minùs fœtidum prodit oleum.

Secundò. Fragmenta, quò flaviora, & majora, eò meliora.

Tertiò. Si separare oleum primâ destillatione lubeat, Sal commune permisceatur, ac Recipiens, accrescente calore, mutetur.

Quartò. Oleum fit gratissimum, & penetrantissimum, (quod de omnibus oleis fœtidis intelligendum) si cum aquis cephalicis, & odoriferis, permisceantur. Sic enim fiunt instar oleorum essentialium.

Vires *Prodest Arthriticis, Paralyticis, & Apoplecticis, si membra eo inungantur, additâ sequenti mixturâ:*

℞. Spiritum Vini rectificatum; cum quo extrahe tincturam è Castoreo.

℞. Hujus tincturæ. ℥. j.
Ol. Succin. ℥. ß.
Camphor. ʒ. j.
Ol Sapon. Venet. ʒ. ij.

m. f. Linimentum in omnibus frigidis affectibus perutile; ut & in Podagra; & Chiragra; præcipue si ʒ. ij. sp. Salis Ammon. admisceantur. Menstruis mulierum convenit promovendis: calculum pellit.

Dos. *à gutt. ij. ad. xx.*

Sp. Succini egregiè urinam movet in ictero: vermes necat: putredinem arcet: corallia, & perlas dissolvit.

Dos. *à gutt. iij. ad. xx.*

Sal vol. easdem, at potentiores, vires habet. Insuper paßionibus hystericis succurrit: calculum pellit: sudorificum est. Inde etiam extrahi potest tinctura, mediante sp. Vini subtilißimè rectificato per destillationem.

Dos. *à gr. ij. ad. ℈. j.*

Ol. & Sal. vol. Succini:

processus quartus.

le Mort. REc. Fragmentor. Succini. q. v. Injiciantur retortæ vitreæ, & destillentur, per arenam, sensim augendo ignem ad quartum usque gradum. Sic prodit, primò, phlegma, seu sp. Succini: secundò, oleum flavum: tertiò, Sal volatile: & quartò, Balsamum crassum. Spiritus, & oleum, mediante tritorio, seu infundibulo, separentur. Sal. vol. cum bacillo ligneo detruditur, & eximitur. Ol. & spiritus seorsim rectificari possunt. Spiritus per se rectificatur; at oleum cum cineribus clavellatis, vel cum sale communi, prout magis, vel minus, subtile expetitur. Sal volatile super sal commune fusum denuò rectificari poterit, id est, sublimari.

Vires. *Oleum tam internis, quàm externis, usibus dicatum est. Paßionibus hystericis summoperè convenit; ut & Paralysi, Apoplexiæ, similibusque affectibus. Externè Arthritidi vagæ succurrit, & omnibus affectibus frigidis.*

Dos.

Dos. *internè à gutt. ij. ad xx in vehiculo convenienti.*

Vires spiritûs. *Urinam movet: Gonorrheæ medetur: calculum pellit.*

Dos. *à gutt. v. ad. ʒ. j.*

Vires Sal. vol. *Penetrantissimum est, & in iisdem affectibus: calculum, & urinam, summopere movet.*

Dos. *à gr. ij. ad. x. in liquore convenienti.*

CAP. CCCCXXXVIII.

Flores Sulphuris.

REc. Sulphuris vulgaris. ℔. j. Redigatur in pulverem grossum. Hic pulvis per se, sine ullâ additione, sublimetur ex cucurbita terreâ, in ignem apertum artificiosè repositâ, applicato capitello vitreo; & modico igne flores, sub forma fumi, adscendent in capitellum: unde digitis inter sublimandum sæpiùs removeri debent, ne nimis indurentur: dandaque est opera, ne ignis sit nimius, ne à violentiâ ignis facillimè fluant, tuncque inutiles fiunt. Quando capitellum removetur, licebit cucurbitam latere, sive tegulâ, claudere, ne vi aëris sulphur accendatur. Quod si fiat, cineribus injectis, incendium sulphuris extinguere oportebit. *Marg.*

Vires. *Calefaciunt, & siccant: sunt diaphoretici, & sudorifici; imò & alexipharmaci: medentur vulneribus internis pulmonum, renum, aliisque. Dantur sub forma pulveris, vel admiscentur linctibus, & syrupis.*

Dos. *est ℈. j. ad. ʒ. ß.*

Processus secundus.

REc. Sulphur. crudi crassè pulverizat. ℔. j. Sublimetur ex cucurbita terreâ, in igne aperto, sine ullâ additione, cavendo ne ignis sit nimius, donec nil amplius adscendat. Flores adhærentes limbo capitelli, inter sublimandum, aliquoties removeri debent. Sic totum Sulphur, relictis fæcibus, sublimabitur in capitellum; abibitque in flores Sulphuris flavissimos, & lenissimos; qui serventur usui. *Idem.*

Vires. *Attenuant, incidunt, calefaciunt, & siccant. Sunt bechici, vulnerarii, alexipharmaci, diaphoretici, & sudoriferi.*

Dos. *est ℈. j. mistorum cum Sacch. cand. vel syrupo tussilaginis. Vel edantur cum pane butyraceo.*

Processus tertius.

REc. Sulphur. vulgar. ℔. j. Redigatur in pulverem crassum. Fiatque ejus sublimatio ex cucurbita terrea, in igne aperto, sine ulla additione, furno artificiosè clauso, & applicato capitello vitreo.

Ignis sit primò lenis; & prodibit phlegma. Cum secundo gradu incipiunt adscendere flores, qui adhærebunt limbo capitelli; ex quo sæpiùs sunt removendi manu, ne nimis concrescant, aut etiam fluant in unam massam. Cantinuetur operatio, donec nil ampliùs adscendat. Alii sulphuri addunt sal commune decrepitatum, aut Vitriolum calcinatum ad rubedinem, aut etiam arenam; sed præstat nil addere.

Vires. *Calefaciunt, siccant, attenuant, incidunt. Sunt vulnerarii, bechici, alexipharmaci, sudorifici.*

Dos. *est* ℈. *j. ad.* ʒ. ß.

Processus quartus.

le Mort. REc. Sulphur. commun. ℔. ß.
Salis. ℥. iv.

Misce invicem optimè. Indantur cucurbitæ vitreæ. Detur ignis primò lenis: sub finem fortiùs urgendo, donec flores in alembicum adscendere incipiant. Flores, remoto Alembico, collige cum plumaceolâ, & serventur ad usum.

Nota primò. Colcothar Vitrioli etiam admisceri potest.

Nota secundò. Si sublimatio cum Nitro fixo repetatur, flores evadunt albi.

Vires. *Pulmonici, & thoracici, sunt: sudores, & alvum, leniter movent. Pesti, Asthmati, & febribus ardentibus, conveniunt.*

Dos. ℈. ß. *ad.* ʒ. *j.*

Processus quintus.

Idem. REc. Sulphur. commun. ℔. j.
Cap. mort. restant. in destillatione sp. Sal. ℔. ij. vel
Colcothar. Nitr. cum ana Sal. commun. permixt. ℔. ij.

Misce optimè simul, & infundantur cucurbitæ vitreæ, &, in arena, sublimentur tamdiu, donec omne fere sulphur in altum sublimetur.

Nota, Duo Alembica in promptu habere convenit, ut, unâ ablatâ, recens

recens substitui possit, ad auferendum flores jam sublimatos. Ex ℔. j. Sulphuris. ℥. iv. florum colligi possunt.

Vires. *Pulmonum, & thoracis affectibus succurrunt. Sudores, & alvum, leniter movent: Icterum curant.*

Dos. *à* ℈. ß. *ad.* ʒ. *j.*

CAP. CCCCXXXIX.

Tinctura Sulphuris.

REc. Florum Sulphuris pulverizator. ℥. ß. *Marg.*
Ol. Tartar. per deliq. ℥. j. ß.

Fluant flores in patella terrea munda: fluentibus affunde ol. Tartar. per del. Sine, ebulliant simul ad siccitatem. Tum relictam materiam, antequam induretur, spatulâ diligenter agita, donec colorem acquisiverit spadiceum, sive *bruneum* dictum. Tunc sulphur rite calcinatum erit. Hoc sulphur, in pulverem redactum, extrahatur cum sp. Vini rectificato; digerendo per paucas horas; & habebitur tinctura sanguinea, quæ tamen, aliquot dierum spatio, sponte in sulphur grysseum præcipitatur; quod vocatur, apud Beguinum, *Magisterium Sulphuris gryseum.* Hæc tinctura cum aceto præcipitatur in massam albissimam, quæ exiccata dicitur *Lac Sulphuris.*

Vires. *Hæc tinctura præfertur ipsis floribus Sulphuris in affectibus pectoris, quòd omni acido Sulphuris careat. Acida enim pectori sunt inimica. Hinc maximè expetitur in phthisicis, & vulneribus pectoris.*

Dos. *sunt aliquot guttæ.*

Processus secundus.

REc. Flor. Sulphur. pulverizator. ʒ. ij. Fluant in patella terrea munda super accensis carbonibus. Fluentibus adde Ol. Tartari per del. parvam quantitatem. Move continuò spatulâ ferreâ, donec, liquore consumpto, sulphur bruneum, & subrubrum, fit. Tum refrigeratum redige in pulverem, &, affuso Alcohol Vini, in vitro, per aliquot horas digere, & habebitur tinctura subnigra; quæ à fæcibus decantata servetur usui. *Idem.*

Vires. *Calefacit, & siccat: conducit affectibus pectoris: est vulneraria: movet sudorem, præservat à putredine.*

Dos. *est aliquot guttarum, vel per se, vel in aliquo syrupo.*

Præparatio tincturæ Sulphuris: processus tertius.

Maëts. REc. Sulphur. optim. q. p. Liquefacito super ignem. Huic liquefacto successivè commisce Sal. Tartar. partem duplam. Fundantur simul, quousque Sal Tartari efferbuerit cum sulphure, coloremque nactum sit hepaticum. Antequàm humidum ex aëre contrahit, pulverizato: eique affunde Alcohol Vini ad eminentiam trium dig. transversor. Stent in digestione tepidâ per. xxiv. horas. Ita sp. Vini flavo-rubicundam extrahet tincturam. Quam, absque fæcum perturbatione, decantato; & usui reserva.

Dos. *est à gutt. xij. ad. xxx.*

Vires. *Valet in omnibus affectibus, in quibus Balsamum, & Magisterium, sulphuris præscribi solent.*

Processus quartus.

Idem. REc. Sulphur. q. p. vel part. ij.
Sal. Tartar. cum Nitro ad viredinem combust. part. j.

Fundatur Sulphur, leni igne, in patina terreâ; fusoque admisce portionem Salis Tartari, & spatulâ ligneâ inter sese commisce. Ita enim videbis, quòd Sal Tartari fermentationem inibit cum sulphure, multasque bullulas excitabit, colorque Sulphuris mutabitur in fuscum, vel hepaticum. Reliquam Salis tui Tartari partem successivè cum sulphure fuso miscere pergito. Ita enim visciditas sulphuris erit incisa, vinculaque ita referata, ut commodis menstruis sulphuri homogeneis (utpote spiritu Vini, spiritibus frumentorum fermentatis) via sit aperta ad subtilissimas oleosas, & salinas partes, ex Sulphure educendas. Quod fiet sequenti modo:

℞. Sulph. cum sale Tartar. fermentat. ℥. j.
Alcohol Vini. ℥. viij.

Contundatur sulphur, eique affundatur alcohol. Digerantur in balneo tepido, quousque sp. Vini rubicundo flavo colore tinctus sit. Hunc, absque perturbatione fæcum, decanta; & usui reserva.

Ex hac tinctura si Balsamum Sulphuris velis efficacissimum, ad duas tertias spiritum Vini per destillationem evocato, remanente in fundo Balsamo Sulphuris potentissimo, & nobilissimo. Quod à Medicis Chymicis exhibetur in omnibus affectibus, utpote pulmonum, obstructionibus

mensium

mensium, febribus hecticis: (Quo in casu fœliciter cum hoc Balsamo conjunguntur chrystalli Sacchari Saturni; quorum præparatio hæc est:

♃. Nitri purissimi
Sacch. Saturn. ana q. p.

Solvatur utrumque in aceto destillato. Solutiones confunde, & evaporando chrystallos expecta. similiter & in Asthmate, Orthopnoeâ, & similibus affectibus, quibus ullo modo Sulphur succurrere potest.

Dos. *à gutt. x. ad. xx.*

Lac. }
Tinctura. } Sulphuris.
Balsamum. }

Processus quintus.

REc. Flor. Sulph. ℥. iv. *Is Mort.*
Cincrum clavellator. vel
Sal. Tartar. ℥. ij.

Pulverizentur optimè seorsim: dein misce: ut liquefiat in olla terrea vitriata, donec obscurè rubri evadant coloris, hepati similis, unde *sulphuris hepar* dicitur. Coq. scilicet igne sat vehementi; quò nigrior apparet massa, eò melior. Dein effunde, ut frigefieri queant. Frigefacta pulveriza. Dein dividantur in tres partes.

Primæ superfunde aq. communem. Coquantur optimè simul, donec saturato rubro colore tingatur aqua Tincturam hanc filtra: filtratum præcipita cum aceto, & lactescet solutio. Postea ad fundum subsidebit pulvis albus sæpius aquâ communi edulcorandus, & postea lentè ad Solem exiccandus.

Vires. *obtinet easdem cum floribus Sulphuris, at multò fortiores. Usus ejus, si in aqua aliqua cardiaca, ut Cinnamomi, &c. misceatur, donec lactescat aqua.*

Secundæ parti superfunde sp. Vini rectificatum ad supereminentiam dig. ij. Digerantur simul per dies. ij. & dabit tincturam subrubram, quæ spatio temporis parumper de colore suo amittit, & magis ad flavum vergit.

Vires. *Diaphoretica est, & sudorifera: venenis resistit, & putrefactioni. Omnibus insuper viribus, quibus flores insigniti sunt, prædita est; at multò nobiliori gradu.*

Dos. *à gutt. iv. ad.* ʒ. *j.*

Tertiæ parti superfunde sp. Terebinthinæ. Coq. simul per hor. ij. circiter,

citer, donec ſanguineo colore ſp. tinctus ſit. Liquorem decanta, & recens oleum fæcibus ad ſupereminentiam aliquot digitorum (uti primò factum) ſuperfunde; continuando, donec tincturam rubicundam amplius dare neget. Tincturas omnes confunde, & ol. ſupernatans ad medias abſtrahe, vel evapora; quem ſerva uſui.

Nota primò. Si nimis liquidum ſit Balſamum, additione recenti florum ſulphuris denuò coqui, & inſpiſſari poteſt.

Nota ſecundò. Ex hoc Balſamo craſſo poterunt fieri Balſamum Aniſatum, Juniperatum, Succinatum, &c. hoc modo:

℞. Ejus. ℥. j.
Ol. Aniſ. &c. ℥. ij.

Digerantur ſimul in Balneo Mariæ bulliente per hor. ß. donec omne Balſamum in oleo ſolutum ſit.

Vires. *Conſolidat: pulmonibus convenit, &, ſecundùm diverſitatem oleorum additorum, diverſas operationes exercet.*

Doſ. *à gutt. v. ad gutt. xxx.*

Tinctura Dia-ſulphuris: proceſſus ſextus.

le Mort. REc. Balſ. Sulphur. craſſi. ℥. j.
Sp. Vin. ſubtiliſſim. Tartarizat. ℥. iij.

Digerantur ſimul, in arena, per d. iij. vel. iv. Sic tincturam rubicundiſſimam acquirit ſp. qui ſeorſim aſſervari debet.

Fæcibus ſuperfundatur novus ſpiritus, & digeratur, ut ante, tamdiu continuando, donec tincturam ampliùs dare neget.

Tincturas omnes confunde, & in balneo Mariæ ad tertiæ partis remanentiam ſpiritum abſtrahe. Reſtans tinctura uſui ſervetur.

Vires. *Nephriticum eſt inſigne: menſes ciet: alvum leniſſimè ſolvit: omnibus pectoris vitiis ſuccurrit, ut & phthiſi: præcipuè ſi ulteriùs elaboretur cum melle, ut in eſſentia Aſthmatica docebimus.*

Doſ. *à gr. v. ad* ʒ. ß.

CAP. CCCCXL.

Balſamus Sulphuris craſſus.

Margr. REc. Florum Sulphur. pulverizator. ℥. iv. Inde cucurbitæ vitreæ non reſectæ, id eſt, integræ. Tum affunde Ol. Terebinthin. vul-

vulgar. ℥. viij. Repone in arena, & accende ignem tertii gradûs. Sic, trium horarum spatio, totum sulphur cum menstruo abibit in massam nigram, picis instar. Hanc massam refrigeratam effunde in ollam puram, &, affusâ aquæ puræ sufficienti quantitate, super carbonibus accensis, absque flamma, per quadrantem horæ, coque. Refrigeratâ ollâ, aquam superfluitantem cum ol. Terebinthinæ decanta, & reperies in fundo massam nigram induratam valde; quam serva usui. Hæc enim est *Balsamus Sulphuris crassus* dictus.

Vires. *Medetur optimè recentibus vulneribus, ut & ambustis, in quibus empyreuma fœliciter extinguit. Inservit quoque parandis Balsamis aromaticis.*

Præparatio Balſ. Sulphuris vulgaris:
Processus secundus.

REc. Flor. Sulph. vulgar. q. p. His affunde Ol. Succin. Terebinth. vel juniper. vel Nucum juglandium, ad eminentiam trium, quatuorve, dig. transversor. Stent in digestione, in arena, igne mediocri; quousque oleum tuum rubicundo colore tinctum, & à floribus Sulphuris quodammodo inspissatum observabis. Ita facta est conjunctio olei, & florum Sulphuris. Et sic elaboratur Balsamum Sulphuris simplex. Quod si potentius quis desiderat, floribus Sulphuris addat Myrrham, Aloën, & Crocum, & ex illis extrahatur tinctura cum oleo, ut dictum priùs. Ita obtinebis Balsamum, quod maximarum est virium in peste, aliisque morbis contagiosis. Interiùs enim exhibitum sudores potenter movet, & particulis suis balsamicis sanguinem à veneno externo defendit. Hoc autem in Balsamo Sulphuris anisato annotari debet, quòd scilicet, in ejus præparatione, longâ digestione, ac proinde indefatigabili patientiâ, opus est. Secus fœtorem nauseabundum, ex fermentatione vehementiore, facilè sibi conciliat. *Maëts.*

Vide cap. proximè præced. process. Maëtsian.

CAP. CCCCXLI.

Balſ. aromaticus Fœniculatus.

REc. Balsam. præcedentis. ℥. ß. Solvatur supra accensos carbones, ita ut fluat. Tum adde Ol. Fœnicul. destillati. ℥. ij. Agitentur bacillo, *Marg.*

cillo, ut abeant in unam massam. Potest operatio fieri in ollula vitriata, aut etiam vitro.

Vires. *Incidit, & attenuat: conducit in affectibus pectoris, asthmate, dyspnœa, orthopnœa.*

Dos. *sunt aliquot guttæ lambendæ ex vola manûs, sæpiùs in die, non deglutiendæ, ut descendant in pulmones.*

Balsamus Sulphuris Fœniculatus: processus secundus.

Marg. REc. Balf. Sulphur. crassi ex floribus Sulphuris parati, & coctione cum aqua inspissati. ℥. ß. Ol. Fœnicul. stillat. ʒ. ij. aut iij. Misce, & per noctem digere in arena: Sic accuratè miscebuntur duæ hæ substantiæ. Fietque Balsamus liquidus, colore nigro, retinens genuinum saporem olei fœniculi, absque empyreumate.

Vires. *Attenuat, incidit, calefacit, siccat: resolvit pituitam crassam in ventriculo, aut pulmonibus, contentam: sudorem, & urinam, movet.*

Dos. *aliquot guttæ, vel cum syrupo aliquo; vel lambendo solùm ex vola manûs hunc balsamum.*

CAP. CCCCXLII.

Ol. Sulphuris per Camp.

le Mort. REc. Sulphur. communis. q. v. Liquefiat in olla terrea. Liquefactum inflammetur, & campanæ ipsi supponatur, continuò movendo Sulphur, dum flammæ cessaverint; & imponendo Sulphur per superius orificium vitri, donec quantitatem sufficientem olei, sive spiritûs, acquisiveris. Ex ℔. j. Sulphuris eliciuntur. ℥. iv. vel. vj. olei.

Vires. *Prodest in febribus ardentibus cum aquis appropriatis mixtis: sitim extinguit: humorum putredini resistit: crassos, & viscidos, incidit: Anginæ, Pleuritidi, Colicæ, & Pesti, medetur: insuper succos violarum, & rosarum, pulcherrimè tingit.*

Dos. *à gr. ij. ad. vj.*

Processus secundus.

Idem. REc. Sulph. vulgar. q. v. Liquefiat in olla terrea vitriata. Liquefactum incendatur prunâ candente, ut de guttâ inflammata aliud inflammetur.

flammetur. Ponatur olla super lapides, adeò ut aëris circulatio non impediatur: dein superpone Campanam. Sulphur aliquoties moveatur, ne crusta superinducatur, & flamma suffocetur. Tamdiu hæc operatio continuetur, donec quantitate spiritum, sive oleum, nactus fueris.

Nota primò. Loco Sulphuris deflagrati recens sulphur substitui debet; vel ollæ duæ in promptu sint, ut, Sulphure in una deflagrato, recens liquefactum substitui possit.

Nota secundò. Quò Sulphur intensiùs liquefactum fuerit, adeò ut sponte flammam suscipiat, tantò cum minori molestiâ ardet.

Nota tertiò. Si oleum illud aëri exponatur, in pondere augetur, at debilius evadit ob humiditatem illi permixtam.

Vires. *Effervescentiam sanguinis mitigat. Pesti, febribus ardentibus, tussi, & omnibus obstructionibus, è nimio calore ortis, prodest: statum naturalem optimè conservat: putrefactionem, vermes, & cæteras corruptiones, tollit.*

Dos. *à gutt. j. ad. v.*

Processus tertius.

REc. Sulphur. commun. q. v. Indatur ollæ terreæ vitreæ, lato orificio præditæ. Liquefiat super pruna tamdiu, donec sponte incendatur. Dein super argillam, ad altitudinem sex digitorum fabricatam, ponatur. Campana postea super parvos lapides posita, ita ut aëris ingressus inferiùs pateat liber, ei superponatur. Signum bene procedentis operationis est, ubi Campana à fumo Sulphuris non turbatur, sed perspicua manet. Sulphur deflagrans aliquoties bacillo moveatur, ne in superficie crustam acquirat, quæ flammam suffocaret. Sulphuri deficienti recens Sulphur liquefactum infundatur. Nam quò magis lata superficies est, eò meliùs operatio procedet. Oleum effluens in vitro altiori deponatur, ut fæces deponat, & è turbido fiat clarum. Dein ad usum effundatur. *le Mort.*

Nota. Pro differentia Campanarum differens oleum elicitur. Sic è Campana altiori, majori, & latiori, valde parva, sed ponderosissima quantitas olei, elicitur. At verò ex ℔. j. Sulphuris vix ℥. j. elicitur olei acerrimi. Sic etiam, campanis diversis sibi invicem suppositis, diversæ aciditatis olea præbent: scilicet, in primâ, & infimâ, ponderosius, & acidius, oleum obtinetur; in secunda levius, & dilutius acidum, sub nomine *spiritus Sulphuris* colligitur, & sic in sequentibus semper debilius acidum provenit.

In ſummitate verò hæret pulviſculus leviſſimus, qui læſionem continui à flamma nondum paſſus eſt, ſed, liberè motu illo in altum elevatus, priſtinæ ſuæ formæ redit, ubi motus vehementiſſimus deſinit; & dicitur *flos Sulphuris.*

Nota ſecundò. Pro Sulphure vario adhibito, varia etiam quantitas, & qualitas, olei Sulphuris emanat. In genere verò tria dantur Sulphuris genera.

Primum eſt Sulphur vivum, quod eſt propriè minera Sulphuris, & maximam olei partem præbet, ob Vitriolatas, & Aluminoſas, acidas particulas inibi in ſatis magna copia inhærentes, quæ aliàs in depuratione, & fuſione, partim avolant, partim ſub nomine fæcum ſegregantur.

Secundum genus Sulphuris eſt Sulphur fuſum, & in panes coactum, quod *Suecicum* dicitur, unde etiam adfertur; quod etiam ſatis largam olei quantitatem præbet.

Tertium genus eſt Sulphur depuratum, & in magdaleones redactum. Quod Sulphuris genus plus, vel minus, Olei præbet, prout intenſè vel flaveſcit, vel vireſcit. Viride ſemper plus Olei præbet.

Nota tertiò. Si oleum hoc libero exponatur aëri, pondere accreſcit, in acrimonia vero debilitatur, quoniam humidum in ſe recipit aërem.

Vires. *Eaſdem fere cum oleo Vitrioli poſſidet, niſi quòd non tam adſtringens ſit, & gratius etiam guſtui. Inſuper pulmonis, & thoracis, affectibus convenit, & febribus ardentibus, & contagioſis; à ſalinis acribus, & peſtilentioribus, vaporibus corpus conſervat; putrefactionem arcet; vermes necat.*

Doſ. *à gutt. ij. ad. vj. in Vino, vel alio quovis convenienti vehiculo.*

Notæ ad Ol. Sulph. per Camp.

Le Mort. NOta primò. Quò Sulphur magis ad viridem accedit colorem, eò melius. Suecicum verò præſtat omnibus aliis, quod in forma rotundi panis venditur.

Secundò. Sp. Sulphuris dulcis fit eodem modo, ac in ſpiritu Salis dulci dictum eſt, obſervatis accuratè notis de dulcificatione ſpirituum acidorum. Nempe ut Sp. Vini ſit rectificatiſſimus, & oleum optimè dephlegmatum. Sic etiam ſæpiùs guttam unam, vel alteram, olei pinguis ſupernatantem exhibet, quod ſeſe ſeparat mediante rectificatione.

Tertiò. Ex uſu Campanæ majoris minima copia ſpiritûs habetur: ex ℔. j. ℥. j. Qui conſtabit ex particulis maximè ponderoſis Sulphuris.

Quartò. Quò magis album eſt oleum Sulphuris, eò debilius exiſtit.

Quin-

Quintò. Quò magis ad medietatem vasis olla sulphur continens appropinquare potest, eò citiùs oleum defluit.

Sextò. Tempore nebuloso, frigido, & pluvio, citiùs, & faciliùs, deprimuntur vapores graviores, & ponderosi, & retinentur.

Septimò. Quò vehementiùs Sulphur deflagrat, eò ponderosior, & melior, olei quantitas, v. g. è ℔. j. Sulphuris vulgaris à ℨ. iv. ad. vj. plerumque elicitur.

Sp. Sulphur. per Camp.
processus quartus.

REc. Campanam vitream satis idoneam in superiori parte perforatam. *Margr.* Eam impone scutellis vitreis, aut terreis vitriatis, quot, scilicet, sufficiunt pro magnitudine Campanæ. In medio harum scutellarum pone patellam terream vitriatam cum Sulphuris liquefacti, & ferro ignito accensi forte ℥. iij. Relinque in loco à ventis remoto, donec sulphur omne sit consumptum. Si fortè sulphur præter expectationem extinguatur, oportet hoc novo ferro ignito reaccendere, & semper novum sulphur pulverizatum adjicere, donec sufficiens quantitas spiritûs, sive ol. Sulphuris, sit comparata. Colligitur autem hic spiritus, sive Oleum, ex fumo sulphuris acido collecto ad superficiem internam Campanæ, & tandem resoluto quasi per deliq. ab externo aëre frigido, & humido: unde necesse est instituere hanc operationem tempore, & loco, frigido, & humido; aliàs parum, aut nihil, commodi reportabitur. Deinde etiam libra una, vel altera, Sulphuris est consumenda, antequàm Campana incipiat destillare. Non nocebit etiam, si Campanæ subjiciatur vasculum aquâ calidâ repletum, quæ perpetuò exhalet ad Campanam, ut hoc modo fumus faciliùs colligatur ad campanam. Est operatio molesta, & diuturna. Hinc Chymici varia compendia hujus operationis quærunt: nunc, scilicet, destillando sulphur cum viridi æris, qui processus videatur apud Rolfincium: nunc cum sp. Nitri, qui processus videatur apud Schroderum: nunc per se destillando sulphur ex retortâ tubulatâ in recipiens aquâ repletum; ubi aliqui etiam Nitrum addunt, unde sp. Sulphuris mixtus oritur.

Ego verò puto, omnes spiritus acidos in mundo esse spiritum Sulphuris, sed aliter, atque aliter, modificatum.

Vires. *Hic spiritus ab Helmontio dicitur facere ad longam vitam; unde plerumque reliquis spiritibus acidis præfertur. Temperat acrimoniam salinam;*

reserat obstructiones à sale muriatico factas: præservat à putredine: omnia extenuat, & incidit.

Dos. *est guttar. vj. vel. viij.*

Processus quintus.

Margr. REc. Campanam vitream, priùs madefactam aquâ purâ. Imponatur illa multis parvis scutellis, terreis, vitriatis. In quarum medio collocetur vasculum continens sulphur fusum cum ferro ignito: ita tamen, ne sulphur excedat quantitate, & flamma frangat campanam. Sed sit fortè sulphuris bonum cochleare, quale vulgò in usu est. Quando hoc sulphur jam erit consumptum, tum addatur novum sulphur, imponaturque iterum ferrum candens, priore remoto, ut nempe perpetuò conservetur sulphur ignitum, & incensum. Continua hanc operationem in loco frigido, & humido; imprimis tempore pluvioso, quamdiu libitum fuerit; & accipies ex sulphuris vulgaris ℔. j. forte. ℥. ß. Si verò fuerit minera sulphuris, dabit interdum ℥. iij. iv-ve, spiritûs acidi. Potest nocturno tempore Campana reponi ad latus. Sic confluet spiritus acidus in unam massam; quæ ex Campana separari, & conservari, potest.

Vires. *Dicitur Helmontio facere ad longam vitam: conservare fermentum ventriculi: sanguinem depurare, & reddere incorruptibilem: movet sudorem, & urinam.*

Dos. *aliquot guttæ in aq. appropriatâ.*

CAP. CCCCXLIII.

Sp. Sulphuris per destillationem.

Idem. REc. Retortam tubulatam terream, aut saltem perforatam. (Si foramen, aut tubulus, fuerit à parte posteriori, eò meliùs) injiciatur per vices, sive cochlearia, pulvis ex sulphuris, & Nitri, p. æq. factus. Sic vapores incensi cum impetu feruntur in recipiens vitreum, quod amplissimum esse debet, continens aliquid aquæ puræ, & cujus junctura cum collo retortæ sit tantùm leviter obturata. Consumpto cochleari uno, ingeratur alterum, idque continuetur, quamdiu libitum fuerit. Sic accipietur, una cum quibusdam floribus, sp. acidus penetrantissimus, spiritui Campanario haud absimilis, sine dubio tamen aliquid acidi Nitri in se continens, quod vapores rubicundi demonstrant. Potest dici *sp. Sulphuris*

phuris compositus. Si solum sulphur, absque Nitro, ingeratur, infoeliciter succedit operatio, quia sulphur non accenditur, atque ideò nullum spiritum acidum, sed flores suppeditat, etiamsi leviter tantùm juncturæ sint clausæ.

Vires *easdem habet cum spiritu Sulphuris, nempe refrigerandi, siccandi, putredinem arcendi, urinam, & sudores, movendi.*

Dos. *aliquot guttæ in aq. appropriatâ, aut Vino.*

CAP. CCCCXLIV.

Lac Sulphuris.

REc. Sulph vulgar. pulverizat. ℥. iij. *le Mort.*
Calcis vivæ. ℥. vj.

Misce, & indantur aquæ ferventi, ut optimè commisceantur; donec aqua coquendo rubra evadet. Aquam filtra: & præcipitetur cum aceto destillato; & habebis præcipitatum album, sive *Lac sulphuris* dictum, multoties aquâ recenti lavandum, & lento igne siccandum.

Vires. *Appellatur* Balsamum pulmonum: *exiccat serositates, & viscositates thoracis: unde utilis est asthmaticis, phthisicis, catarrhosis, tussi inveteratæ.*

Dos. *quantum satis est ad dealbandam aquam appropriatam.*

Balsamum, Lac, & Tinctura, Sulphuris: processus secundus.

REc. Sulphur. crudi pulverizat. ℥. iv. *Idem.*
Cinerum clavellator. vel alicujus sal. alcali alterius sicci. ℥. ij.
Aquæ commun. cochl. j. vel......

Coquantur simul, donec nigrum acquirant colorem. Dein massam effunde, & in tres partes divide. Ex primâ fiet

Lac Sulphuris.

PRimæ parti affunde aquam communem, & coquantur simul, donec sanguineam rubicundam tincturam decoctum acquirat. Solutionem filtra. Filtratam præcipita mediante aceto Vini. Sic præcipitabitur pulvis

vis ſubgriſeus, optime edulcorandus, donec fœtorem, & ſaporem, depoſuerit. Dein ſuper cretam exiccetur.

Vires. *Pulmonicum eſt, & ſudorificum: in Aſthmate, cæteriſque pulmonum vitiis, ſummi uſûs.*

Doſ. *à gr. iij. ad. ℈. j.*

Tinctura Sulphuris.

SEcundæ parti contuſæ ſuperfunde ſpiritum Vini ad ſupereminentiam trium digitorum. Sic illico tincturam deponet; quæ ulteriùs, mediante digeſtione, exaltari poterit.

Balſamum Sulphuris.

TErtiæ parti ſuperfunde ſp. Terebinthinæ. Coq. ſimul, in arena, per horas circiter duas, ut ſanguineo rubicundo colore tingatur oleum. Oleum tinctum, ſi fortius expetatur, & craſſius, recenti ſuperfunde maſſæ, & denuò coquantur, ut ante. Refrigeratis omnibus, oleum ſupernatans à fæcibus ſubſidentibus ſeparetur. Inde fit corpus balſamorum, ſi oleum id ſuperfluum ad pilularum conſiſtentiam abſtrahatur, & in uſum reponatur. Ex hoc corpore fiunt Balſama alia ſequenti modo:

℞. Hujus Balſami. ℥. j.

Ol. cujuſcumq. ſtillatit. v. g. Aniſi. ℥. ij. vel. iij.

Ponantur ſimul in balneo Mariæ, & leniter coquantur. Sic oleum diſſolvet, & recipiet Balſamum; quod refrigeratum uſui reponatur ſub nomine *Balſami Sulphuris aniſati.* Idem cum cæteris oleis fit, ceu Ol. Juniper. Succin. Fœniculi, &c.

Vires Balſami, & Tincturæ. *Pulmonica, & thoracica, ſunt; omnibuſque eorundem affectibus ſuccurrunt; ut & Ictero. Vermes pellunt, & leniter alvum ſolvunt.*

Doſ. *Tincturæ à gutt. iv. ad. xxx.*

Balſami à gutt. iij. ad. xx.

Lac Sulphuris:

proceſſus tertius.

Mætis. REc. Sulphuris cum ſale Tartari fermentati q. p. Coquatur in aq. pluvia, uſque dum Sulphur ſolutum ſit. Quo peracto fiat præcipitatio

tatio cum aceto destillato. Ita enim præcipitabitur ad fundum pulvis tenuissimus; qui ab omni fœtore per crebras ablutiones liberandus est; vocaturque *Magisterium*, sive *Lac Sulphuris*.

Vires. *Valet in morbis pulmonum, phthisi, asthmate, peste; de quibus ulterius consulendi Auctores Chymici.*

CAP. CCCCXLV.

Balsamus Dia-Sulphuris Rulandi.

REc. Flor. Sulphuris. ℥. j. *Maëts.*
Ol. Nucum. jugland. ℥. vj.
Vini generosi. ℥. ij.

Digerantur simul, sæpiùs agitando ingredientia hæc; & postmodum coquantur simul ad Vini consumptionem. Et paratum erit Balsamum Dia-Sulphuris Rulandi.

Processus secundus.

REc. Florum Sulphuris. ℥. viij. *Idem.*
Ol. Nucum jugland. ℔. j ß.

Digerantur in aqua calida ad solutionem Sulphuris; & præparatur Balsamus Sulphuris.

CAP. CCCCXLVI.

Emplastrum Dia-Sulphuris ejusdem.

REc. Balsam. præcedent. ℥. iij. *Idem.*
Ceræ. ℥. ß.
Colophon. ʒ. iij.
Myrrhæ, ad pondus omnium.

Liquefac Ceram, Colophon. & Balsamum Sulphur. super ignem. Cui insperge Myrrham subtilissimè tritam; paulatim, & successivè. Igneque lento coque, spatulâ ligneâ semper agitando, donec inter se permixta fuerint, & sensim refrigescant.

Vires *vide apud Auctorem.*

CAP. CCCCXLVII.

Balsamus Sulphuris compositus antipestilentialis.

Maëts. REc. Florum Sulph. ℔. j.
Myrrhæ. ℥. iij.
Aloës Socotrinæ. ℥. ij.
Croci opt. ℥. j. ß.
Camphor. ʒ. iv.

Redigantur in pulverem tenuem: iisque affundatur ol. Terebinthinæ æthereum, seu lucidum, ad eminentiam trium, quatuorve, digitorum transversorum. Digerantur simul, ut artis est, & obtinebis Balsamum *Sulphuris in peste, morbisque malignis, magnarum virium.*

Quod si vulnerarium reddere animus est, adde prædictis speciebus, in digestione, radic. Consolidæ, flor. Hyperici, Chelidonii, Centaurii, & similia.

CAP. CCCCXLVIII.

Pilulæ antipestilentiales ex Sulphure.

Idem. REc. Florum Sulphur. ℥. x.
Myrrhæ. ℥. j. ß.
Aloës lucidæ. ℥. j.
Croci optim. ℥. ß.

Fiat pulvis tenuis; qui cum Elixire Paracelsi, vel alio cordiali, in massam pilularem redigatur. Et habebis antipestilentiale optimum.

CAP. CCCCXLIX.

Suppositoria præparandi methodus.

le Mort. VAria dantur Suppositoria, vel ex Alumine, vel Sapone Veneto, vel ex Melle cocto.

Ex Sapone Veneto scinduntur particulæ oblongæ, & scalpendo rediguntur in formam suppositoriorum. Ex Alumine fiunt eodem fere modo.

Sed

Sed præſtantius eſt Alumen liquefacere, & ex liquefacto extempore parare ſuppoſitoria.

E Melle cocto hoc modo parantur. Mel ad conſiſtentiam tam duram coquitur, ut frigefactum, & concuſſum, in fruſta diſſiliat. Dein aufertur ab igne, & tepefacto melle, admiſcentur pulveres, & dein in formam Suppoſitorii, digiti unius longitudine, formatur; pro fœmina craſſius, pro viro tenuius. In olivarum oleo debent adſervari; aliàs intra diem unum liqueſcunt.

Suppoſitorium vulgare.

REc. Mellis. q. ſ. Evaporetur ad conſiſtentiam tam ſpiſſam, ut gutta una frigida percuſſa deſſiliat. Dein frigefiat mel, donec conſiſtentiam aliquam induat, & admiſce pulveres, v. g. Alumen, Sal commune, &c. & effundantur, & formetur ſuppoſitorium figuræ oblongæ. *le Mort.*

CAP. CCCCL.

Syrupos acidos omnes parandi modus.

REc. Sacchar. clarificat. q. v. Coquatur in aqua communi ad conſiſtentiam tabulatam. Cocto adde ſucci Limonii ad ſyrupum conficiendum. q. ſ. *Idem.*

Eodem modo præparantur omnes ſyrupi ex acidis.

CAP. CCCCLI.

Generalis ordo præparandi Syrupos, Rob. & Mellita.

SYrupi in tres claſſes dividuntur. Prima eſt ex odoriferis, & colorem facile amittentibus. Secunda, ex vegetabilibus vulgaribus, ſcilicet, quibus odor, & ſapor, & color, coctione non perit. Tertia eſt acidorum: & quidem eorum, quæ colore albo prædita ſunt, vel rubro. *Idem.*

Syrupi primæ claſſis ſunt violarum, & ferè omnium florum cæruleorum, ut & odoriferorum aromatum, ut corticum Citri, Cinnamomi, Gariophyllorum &c. Syrupus violaceus duplici modo præparatur.

Modus vulgaris.

R Ec. Flor. Violar. q. v. Auferantur cauliculi virides. Flores seorsim collectos aquæ calenti infunde. Nota, quòd aqua non debet ebullire, sed ferè ad ebullitionem deduci. Macerentur simul, donec aqua frigefacta sit. Liquorem exprime. Huic liquori adde Sacchari clarificati quantum satis, id est, quantum dissolvi possit. Vel saccharum ad consistentiam tabulati coquatur cum aqua vulgari, id est, quando filum dat. Dein liquor in sufficienti quantitate ei addatur ad consistentiam syrupi inde faciendam.

Alter modus.

R Ec. Florum cæruleorum violarum q. v. Aq. vulgaris parum ad irrigationem. Imple eis cucurbitam vitream, & in Mariæ balneo coquantur per horas duas. Frigefactum liquorem exprime, &, ut ante, procede.

Vel

R Ec. Hujus liquoris ℔. j.
Sacchar. finissim ℔. iij.

Et in balneo Mariæ ad consistentiam syrupi vase optimè clauso, ne odor expiret, macerentur; & erit multò fragrantior, & melior syrupus.

Syrupus odoriferorum, & aromatum.

R Ec. Cinnamom. vel cort. Citri. vel cujuscumq. aromatici. ℥. iij.
Vini Gallici.
Aq. rosat. ana pint. j.

Destillentur simul, donec. ℥. v. circiter liquoris transierint. Remanentiam coque, vase aperto, ad mediæ partis consumptionem. Colaturæ clarificatæ albumine ovorum adde:

Sacch. clarificat. ℔. ij.

Coquantur ad consistentiam spissiorem. Dein ab igne remoto adde:

Aq. præcedent. stillat. q. s.

Scilicet, ut consistentiam syrupi retineat. Et plerumque omnis aqua additur.

Syru-

Syrupus vegetabilium vulgaris.

R Ec. Herb. flor. lign. radic. cortic. &c. quorum odor non facilè avolat. Macerentur secundùm eorundem duritiem. Denique coquantur, colentur, & clarificentur, vel saccharo addito, vel liquor solus, & prout clarificatio fuerit facta vel saccharo vulgari, vel clarificato. Deinde ad consistentiam syrupi reducitur coctione.

Syrupus acidorum.

INter acida numerantur succi Berberorum, Ribesiorum, & Granatorum. Illi succi, quoniam colore rubro præditi sunt, colorem non variant sacchari, ideòque coqui possunt succi illi unà cum saccharo ad consistentiam Syrupi, vel Rob. Est autem Rob spissioris consistentiæ, quàm syrupus. Sed syrupi succorum acidorum ex aceto &c. quoniam albi expetuntur, requirunt saccharum ad consistentiam tabulati coctum. Cui, ab igne remoto, additur succus ad consistentiam syrupi.

Nota benè, quòd omnes succi, & syrupi acidi, necessariò requirunt vasa terrea vitriata, quoniam metallica corrodunt, unde coloris, & saporis, mutatio sæpiùs advenit.

Differentia inter Syrupum, Rob, & Mivam, vel Gelatinam, tantùm in consistentia est. Scilicet, Syrupus est liquidissimus omnium. Rob est spissioris consistentiæ, instar mellis virginei. Miva, & Gelatina, sunt consistentiæ adhuc spissioris; ita ut scindi possint, & in cultro retineri.

Syruporum præparatio: processus secundus.

EXprimatur succus è recentibus herbis, & omnibus vegetabilibus. Illum optimè clarificatum ad consistentiam evapora super balneum. Et si sint herbæ calidæ, post evaporationem, guttulæ aliquot proprii olei affundantur. Dein in vase vitreo recondantur, superfundendo Alcohol Vini subtilissimi cochleare unum, vel alterum, ad supereminentiam, scilicet, medii digiti transversi. Et asserventur ad usum. *le Mort.*

Hujus drachmæ tres, vel quatuor, libram unam Sacchari colore, & odore, & sapore, inficient.

Si sint herbæ frigidæ, & acidæ, ut Acetosæ, Cydoniorum, Grana-

torum, Limonum, Agrestæ; (Belgicè *Verjuis*, id est, succus uvarum immaturarum) superfundatur, loco Alcohol Vini, acetum destillatum fortissimum.

Si purgantia adhibeantur, vel talia, quæ succum præbere nequeant ob siccitatem, illa primùm extrahantur aquâ fervente, & in Extracti formam, secundùm artem, redigantur; superfundendo, ut antea, Alcohol Vini (scilicet, post extractionem, & inspissationem) ad extractum conservandum.

In Electuariis purgantibus conficiendis eodem planè modo procedendum. Nempe extrahendo aquâ communi omnia ingredientia; deinde ad Extracti formam redigendo. Quæ Extracta ulteriùs postea cum saccharo, vel cum aliis ingredientibus, in formam Electuarii poterunt adornari. Ac idem esto judicium de pilulis.

Modus generalis Syrupos è viscosis præparandi: processus tertius.

le Mort. SI Syrupi è mucilaginosis, & viscosis, sint componendi, vel minorem obtinere debent quantitatem sacchari, vel mucilaginis.

Si minor quantitas sacchari hisce syrupis addatur, temporis tractu situm contrahunt, fermentationemque subeunt, unde, instar aquæ, liquidi apparent, omnesque vires suas amittunt. Si verò minor quantitas mucilaginis in ipsis contineatur, certum est, vires simplicium non bene extractas esse, quoniam præcipuæ vires illorum in mucilagine constant. Ut ergo Pharmacopæus suas tamen præparationes, secundùm normam à Medicis præscriptam, efficiat, sequenti modo procedendum erit.

Recipiat primò herbas, & radices minùs viscidas: (exemplum esto in syrupo de Hyssopo) illas coquat debito modo. Sub finem verò coctionis addat mucilaginosas herbas, & simplicia, ut fructus, & semina. Sic mucilaginem ferè nullam emittent; sed tantùm viribus subtilioribus imbuent decoctum. Clarificato dein decocto Saccharum addatur in decenti quantitate.

Si verò, secundùm præscriptum Authorum, nodulo includenda sint mucilaginosa, & viscosa, & simul cum simplicibus cæteris sint percoquenda, necessariò avolant particulæ eorum volatiles, & mucilago retinetur in linteo; quæ nullo modo, nisi forti expressione, illud pertransibit.

Optima verò methodus hæc est, & viribus simplicium omnibus imbutos syrupos obtinebimus. Si, nempe, seorsim fiat extractio simplicium

cium non mucilaginosorum, & cum saccharo permisceatur, & percoquatur hoc extractum in syrupum. Postea etiam mucilaginosa extrahantur, mediante maceratione, & coctione, & hæc mucilago cum syrupo præcedenti misceatur in Balneo Mariæ, Sic obtinebimus aliquo modo decentem syrupum (sed non planè decentem) viribus omnibus integris.

CAP. CCCCLII.

Syrupus de limonibus.

REc. Sacchari refinati. ℔. j. Dissolve in. s. q. aquæ communis. Percoquat ad consistentiam tabulati. Cocto, & ab igne remoto, adde succi limonum. q. s. v. g. ℥. vj. ad consistentiam syrupi inducendam. Misce, & servetur usui. *le Mort.*

Vires. *Refrigerat, & sitim extinguit.*

Processus secundus.

REc. Sacchari ad consistentiam tabulati cocti. ℔. j. Succi limonum, si fieri possit, recentis (nam recentis ℥. j. plus valet, quàm tres veteris, & fermentati) ℥. iv. Misce, agitando in syrupum. *Idem.*

Eodem modo fit syrupus aceti, oxymel simplex, & scilliticum. Sed ad mellis ℔. j. dentur succi limonum ℥. ij. ß.

Vires. *Refrigerat; sitim sedat; Cardiacis mixturis permiscetur.*

Dos. *secundum libitum.*

CAP. CCCCLIII.

Syrupus corticum Citriorum.

REc. Flaved. cortic. Citrior. vel cort. Pomor. Chinæ ℥. iv. *Idem.*
Vini Gallic. ℥. viij.

Destillentur lenissimo igne, donec. ℥. ij. vel iij. circiter abstractæ sint.

Reliquos cortices exemptos coque in s. q. aquæ per hor. ß. addendo Santali rubri. ℥. ij. scilicet, ad gratum colorem. Colaturæ adde Sacchari ℔. j. ß. Clarificetur albumine ovi, & ad consistentiam paulò duriorem percoquatur. Cocto adde:

Aq.

Aq. præcedent. destill. ℥. iij.
Essent. Ambr. gris. gutt. ij.

f. syrupus. s. a.

Vires. *Cardiacus est nobilis in Leipothymia, Syncope, &c. Exhilarat spiritus vitales. Si cui verò animus sit, gratiorem adhuc efficere syrupum, addat succi Citri recentis expressi. q. s. ad gratiam.*

CAP. CCCCLIV.

Syrupus Glycirrhizæ simplex.

le Mort. REc. Rad. Glycirrhizæ ab externo, si placet, cortice mundat. q. v. v. g. ℥. iv.

Scindantur in minutas partes, & parumper in mortario postea contundantur. Hisce superfunde aquæ calentis q. s. ad bonam humectationem. Macerentur simul per hor. ij. Dein leviter unâ, vel alterâ, vice ebulliant. Postea colentur. Colaturæ adde Sacchari. ℔. j. vel Sacchari, & Mellis, ana. Percoquantur simul, & clarificentur cum albumine ovi. Dein ad consistentiam syrupi reducantur. Sic omnes fiunt syrupi è radicibus.

Vires. *Omnibus pulmonis, & thoracis, affectibus succurrit: tussi medetur.*

Sequenti verò modo optimus fit Syrupus.

EXtrahatur Liquiritia mediante aqua communi sæpiùs reaffusâ fervente, donec saporem nullum ampliùs de se præbeat.

Aquam omnem conjunctam evapora ad consistentiam oleaginosam. Huic adde Syrup. Sacchar. cand. partem duplam: Essent. Mellis, mediante spiritu Vini extractæ, mediam partem: Essent. Benzoës, partem octavam. Digerantur simul, donec omnia unita sint; & erit syrupus efficacissimus.

CAP. CCCCLV.

Syrupus Papaveris albi.

Idem. REc. Capitum Papav. alb. exemptis seminibus, & rejectis caulibus, & corollis. q. v. Scindantur in partes minutas. Coquantur

quantur post levem macerationem in tepidâ, per horam semis.

Interea recipe semina. Contundantur in mortario ad pulpæ consistentiam; vel donec unctuosa fiant. Decoctum illud hisce superfundatur, ut fiat emulsio. Dein denuo emulsio hæc, separatis seminibus, coquatur per se, & despumetur, donec clarum fiat decoctum. Huic adde s. q. sacchari, & clarificetur cum albumine ovi in spumam redacto. Dein ad consistentiam percoquatur.

Nota bene: è recentibus capitibus quadruplo fortior fit syrupus, & verum fit anodynum. Etiam ex illis recentibus Meconium fieri potest, coquendo scilicet illa capita in aqua communi. Dein exprimendo, & ad consistentiam Extracti redigendo.

Vires. *Respondet in omnibus Opio, nisi quòd paulò sit debilius.*

Syrupus Papaveris albi fortissimus ex floribus recentibus: processus secundus.

REc. Cap. Papav. albi recentium immaturorum. ℥. iv. Coquantur simul cum sufficienti quantitate aquæ communis. Colaturæ adde Sacchari. ℥. viij. Coquantur, & despumentur simul, id est, clarificentur, cum albumine ovi, & redigantur in consistentiam Syrupi. *le Mort.*

Vires. *Anodynum est; & soporiferum; optimè conveniens infantibus; bilem temperat: acrimoniam humorum tollit: pectoris vitiis succurrit.*

Dos. *à ʒ. j. ad. iv.*

CAP. CCCCLVI.

Syrupus de rosis siccis.

REc. Rosarum rubr. s. q. Eis superfunde aq. ferventis q. s. ut bene humectentur. Refrigerentur simul in vase clauso. Refrigeratas exprime, & si colorem satis intensum, post expressionem, adhuc obtineant, recentem aquæ ferventis quantitatem infunde, & procede, ut ante. Tincturas confunde, & ad singulas ℥. v. libram Sacchari, ad consistentiam tabulati cocti, permisce; & ad usum postea repone. *Idem.*

Vires. *Refrigerat: leniter adstringit: cardiacus est.*

Dos. *ad. ℥. iij.*

Nota. Si gratiore odore, & sapore, imbutus expetatur Syrupus, addantur guttæ duæ Ol. lign. Rhodii, sacchari s. q. primò exceptæ. Vel aq. Rosarum fragrantissimæ cochleare. j. ad singulas libras Syrupi.

Nota secundò. Eodem modo ex omnibus simplicibus, odore grato præditis, Syrupi confici queunt, salvis omnibus simplicium viribus.

Nota tertiò. Ubi adstringens facultas expetitur, coctioni subjicienda sunt simplicia, ut odor pereat, & sapor magis adstringens fiat.

CAP. CCCCLVII.

Syrupus purgans Catholicus noster, pro puerperis, & infantibus.

le Mort. REc. Fol. Sennæ.
Rhabarbar.
Agarici.
Sem. iij. calidor. maj. ana ℥. ij.
Mercur. dul.
Vitriol. Mart. ana ʒ. j.
Scammon. ℥. ß.
Ol. Tartar. per del. ℥. j.
Misceantur invicem. His superfunde:
Aq. fervent. pint. ij.
Macerentur simul per. vj. circiter horas. Dein clarum à fæcibus separetur, addendo colaturæ:
Sacch. alb. ℔. iv. vel. iij. pro lubitu.
Coquantur simul ad consistentiam Syrupi. Cocto adde:
Ol. Anisi. & cort. Arantior. ana ʒ. ß.
misce, fiat Syrupus.

Vires. *Quoscumque ferè humores purgat: vermes necat, & expellit.*

Dos. *pro infantib. unius anni. à* ʒ. *j. ad.* ʒ. *iij. vel. iv. in adultioribus ad.* ℥. *j.*

Nota bene. Loco Vitriol. Martis, & Mercur. dul. substitui poterit Tinctura Martis aperiens cum Mercurio præparata.

CAP. CCCCLVIII.

Syrupus Gariophyllorum.

Idem. REc. Gariophyllor. contusor. ℥. j. Hisce grossò modo contusis adde, vel superfunde spir. Vini rectificatum. Macerentur simul per. xxiv. horas, donec rubicundissimam acquirant tincturam. In hanc cla-

ram.

ram infunde Sacchari ad confiſtentiam tabellati coƈti. ℔. j. Dein fiat Elæoſaccharum ex ℥. j. Sacchari albiſſimi, & gutt. vj. Ol. Gariophyllorum; ſimul in pulverem contundendo. Pulvis hic ſyrupo jam confecto infundatur. Poſtea ad uſum reſervetur.

Vires. *Cardiacus, ſtomachicus, & cephalicus eſt hic ſyrupus: ſudores movet: morbis frigidis convenit.*

Doſ. *ab. ℥. j. ad. iij.*

CAP. CCCCLIX.

Syrup. Altheæ ſimplex.

REc. Rad. Altheæ conſciſſar. ℥. iv. Maccrentur per hor. j. in aqua. Dein leviter ebulliant per horæ quadrantem. Poſtea fiat colatura. Colaturæ adde Sacch. ℔. j. Coq. denuò ſimul, & cum albumine Ovi, in ſpumam redacto, clarificentur. Poſt clarificationem ulteriùs ad conſiſtentiam Syrupi inſpiſſa; & uſui reſerva. *le Mort.*

Nota. Decoctum Altheæ non nimis mucilaginoſum eſſe debet, quoniam aliàs conſiſtentiam gelatinæ potiùs, quàm Syrupi, obtineret. Eodem modo omnia ſemina frigida majora, & minora, levi maceratione præmiſſâ, coquuntur, ut mucilaginem ſuam deponant.

Nota ſecundò. Quò major ſeminum frigidorum copia in compoſitiones ingrediatur, tam in propria ſubſtantia, quàm ſub forma Extracti, eò citiùs ranceſcunt, & ſitum contrahunt, quoniam facillimè humiditatem aëris ad ſe trahunt, & quibuſcumque injuriis patent.

Vires. *Emollit: humores acres, & ſeroſos mitigat: rancedinem tollit: doloribus nephriticis ſuccurrit: tuſſi medetur.*

Doſ. *ad lubitum.*

CAP. CCCCLX.

Syrupus Roſarum ſolutivus.

REc. Succi Roſar. pallidar. expreſſ. ℔. j. Evaporet ad quartæ partis remanentiam. Evaporato, & adhuc calido ſucco adde Sacchari. ℥. xij. circiter, vel q. ſ. ad conſiſtentiam Syrupi. Diſſolvantur leni calore, donec omnia unita ſint. Ultimò adde Aquæ Roſarum fragrantiſſimæ. ℥. ß. *Idem.*

 Vires.

Vires. *Laxat pituitosos, & biliosos humores: melancholicos purgat: sanguinem refrigerat: cor, & vitales spiritus, recreat.*

Dos. à ʒ. j. ad ℥. j.

Processus secundus.

le Mort. R Ec. Rosar. pallidar. q. s. Exprimatur exinde succus, mediante contusione. In succo illo expresso bulliente infunde rosas recentes, & exprime denuò post macerationem decentem. Huic succo denuò expresso adde recentes rosas; hanc operationem tamdiu repetendo, donec sufficientem succi copiam è rosis elicueris. Succo illi per subsidentiam clarificato adde Sacchari s. q. & percoquantur simul in syrupum crassiorem, ferè instar tabellati. Dein adde Aq. Rosar. fragrantissimæ. ℥. aliquot, ut consistentiam debitam Syrupi acquirat.

Nota bene Si folia Sennæ, vel alia purgantia, addenda sunt, in ultima infusione addantur, & paretur syrupus, ut supra.

Processus tertius.

Idem. R Ec. Rosar. pallidar. q. s. Hisce superfunde aq. ferventis q. s. ut tantùm humectentur. Stent simul, donec planè refrigerata sunt: dein exprimantur: expresso succo adde recentes rosas. & in balneo Mariæ macerentur simul per hor. vj. Dein exprimantur. Colaturæ sæpiùs repetitæ recentes adde rosas per octo, vel novem, vices. Dein saccharum in s. q. addatur.

Alius modus, & brevior.

R Ec. Flor. rosar. s. q. Comprimantur in olla, vel in cucurbita, angusti colli. Coq. simul in balneo Mariæ per hor. ij. Dein rosæ exprimantur. In succo hoc expresso dissolve Sacchari ad consistentiam tabulati cocti, (id est, donec è cochleari per fibras descendat, si leviter stillare permittatur) q. s. ut consistentiam syrupi acquirat; & reservetur usui.

Nota. Ubi fragrantior syrupus expetitur, post syrupi confectionem addantur gutt. ij. vel iij. Ol. lign. Rhodii saccharo albissimo excepti; vel aq. rosar. fragrantissimæ. ℥. j. circiter, & in usum reponantur.

Vires. *Bilem lenissimè purgat, & melancholiam. Puerperis, & gravidis, convenit, & infantibus: vermes necat: exæstuationem sanguinis sedat: febribus ardentibus, delirio, & vigiliis continuis, subvenit.*

Dos.

Dos. *est secundùm vires, & fortitudinem, infusionis, vel succi magis, aut minùs exhalati. Plerumque verò ab ℥. ß. ad. ℥. ij.*

CAP. CCCCLXI.

Oleum Tacamahacæ.

Rec. Gum. Tacamahacæ, quantum fieri potest, pulverizat. ℥. ij. Arenæ puræ, & cribratæ. ℥. iv. Misce, & destilla ex retorta vitrea, in arena, primùm igne leni, tum tertii gradûs, per horas. ix. vel. x. Sic primum procedet liquor flavus: tum rubicundus. Post horas. vj. vel. viij. remove recipiens, & effunde oleum, atque iterum applica, donec prodierit oleum valde crassum, & viscidum; quod *Balsamum Tacamahacæ* dicitur. *Margr.*

Vires. *Est maximè diaphoreticum, par Succini oleo, vel etiam superius. Conducit vulneratis nervis: excitat præfocatas hystericâ passione; & virium omnino præstantißimarum habetur.*

Dos. *internè est ad aliquot guttas.*

CAP. CCCCLXII.

Calcinatio, & Sal, Tartari.

Rec. Tartari alb. integri. ℔. j. Involvatur chartâ bibulâ, quæ ligetur filo. Immittatur tum charta cum Tartaro in aquam puram, iterumque remota imponatur igni carbonum bene accenso, ita ut charta ab omni parte carbonibus, vel cespitibus ignitis, bene tegatur. Relinquatur sic Tartarus per sesquihoram. Tum removeatur iterum ex igne, & reperies Tartarum confluxisse in unam massam albissimam, si calcinatio ritè peracta est. Si verò massa adhuc nigra est, relinquatur illa, donec alba facta fuerit. Et peracta erit operatio. *Idem.*

Hæc massa si solvatur aquâ purâ, digeraturque per noctem, postea filtretur per chartam, & colatura evaporetur in olla ferrea ad siccitatem usque, acquiretur *Sal Tartari* dictum. Quod, quia impurum, in crucibulo erit reverberandum, tum aquâ purâ solvendum, filtrandum, iterumque in sal evaporandum.

Usus. *Sal Tartari potenter resolvit, & attenuat: acida omnia in momento destruit: hinc liquorum consistentiam solvit, & multas particulas præcipi-*

cipitat. Sulphura aperit, & sic præparat, ut cum sp. Vini tinctura genuina elici possit.

Dos. *intra corpus est* ℈. ß.

Incineratio Tartari:
processus secundus.

Marg. REc. Tartar. alb. crud. q. p. Include chartæ bibulæ; quæ madefiat aquâ. Tum impone igni aperto bene accenso. Tegatur ab omnibus partibus igne. Relinque sic per sesquihoram, & reperietur Tartarus confluxisse in unam massam albissimam, quæ est ipsa calx Tartari.

Usus. *Inservit parando oleo Tartari per del. & Sali Tartari.*

Sal Tartari:
processus tertius.

Idem. REc. Ol. Tartar. per deliq. q. s. Evapora in cochleari ferreo mundo, aut etiam vitro, ad siccitatem usque. Et relinquetur Sal Tartari albissimum; quod servetur usui.

Vires *easdem habet, quas ol. Tartari per del.*

Dos. *est aliquot granor.*

Sal Tartari:
processus quartus.

le Mort. REc. Sal. petræ. ℥. iv.
Tartar. crud. ℥. viij.

Misce, & in pulverem redige. Indantur crucibulo candenti, ut deflagrent. Deinde tege crucibulum operculo suo, & optimè candeat per horam unam. Tum exime crucibulum, & habebis Sal candidissimum. Quod, ut à fæcibus separetur, in aqua pura est dissolvendum, & filtrandum: deinde ad siccitatem evaporandum. Inde fit Ol. Tartari per del. Si nempe sal in cella per tres septimanas reposueris, & convertet sese in liquorem pellucidum, qui vocatur *Ol. Tartari per deliq.*

Vires. *Est optimum diureticum, lithonthripticum: tincturis, sive extractis purgantibus, admisceri solet, ut vim eorum catharticam promoveat:*

veat: tincturas metallorum, mineralium, & vegetabilium, optimè extrahit, & animalium etiam, & eas tincturas reserat: inservit etiam metallis, & mineralibus fundendis. Ideò magni usûs est in Chymia.

Dos. *Salis à gr. iij. ad. xij.*

Ol. sive liquoris à gr. vj. ad. ʒ. ß.

Alius modus faciendi Sal Tartari.

REc. Tartar. Rhenan. aut alterius. q. v. Involve chartâ emporeticâ; quam bene filo liga. Dein imbuatur in aquâ aluminosâ, ut bene, & undiquaque, madefiat. Madefactam impone igni sat vehementi, ut bene candeat per duas horas. Deinde refrigeretur, & cum aq. communi extrahe Sal. Fæces nigræ abjiciantur, & separentur per filtrum. Aquam evapora ad remanentiam usque salis fixi. Qui si non satis candidus sit, denuò potest parumper calcinari. Ex hoc sale fit ol. Tartari per del. Si nempe hoc Sal, denuò calcinatum, reposueris per spatium sex, vel octo, dierum in cella. Quo temporis spatio sese in liquorem convertit; qui filtrandus erit, & ad usus servandus.

Vires *vide supra.*

Processus quintus.

REc. Tartar. crud. alb. vel rubr. q. v. Includatur chartæ madefactæ; *le Mort.* quam impone igni, & per hor. j. calcinato. Sic in glebam unam concrescet, aquâ communi postea extrahendam. Quam aquam filtra: filtratam coagula: & obtinebis sal Tartari. Qui si non satis arrideat in colore, denuò parumper calcinandus erit, & dissolvendus cum aqua recenti; & denuò evaporandus; eritque albissimus.

Nota primò. Idem fit Sal, si Tartarus cum Nitri mediâ parte misceatur, & calcinetur in crucibulo. Sic multò major elicitur copia salis ob Nitrum admixtum. Hoc dicitur *Sal Tartari compositum.*

Nota secundò. Si Sal hoc fortissimum expetatur, cum ossibus ad albedinem calcinatis, & pulverizatis, misceatur, & vehementi igne calcinentur. Sic obtinebitur Sal urens, instar aquæ fortis.

Vires. *Plurimis operationibus Chymicis inservit: dissolutiones metallorum promovet: particulas acidas infringit: internè urinam movet: calculum pellit: fermentum nimis acidum mitigat.*

Dos. *à gr. iij. ad* ℈. *j.*

Præ-

Præparatio Sal. Tartari:
processus sextus.

Mařts. REc. Tartar. crud. v, g. ℔. j.
Nitri. ℔. ß.

Contundantur in pulverem tenuem, & probè inter se misceantur. Hujus mixturæ successivè in crucibulum candens conjice cochlear unum. Post detonationem grana aliquot Nitri adjice: ita enim illico fluet massa tua. Hoc continua, donec crucibulum ad summitatem sit repletum; vel quousque libet. Hoc peracto, crucibulum obrue carbonibus; & relinque eo in statu, donec omnia refrigerata sint. Crucibulum confringe, & invenies salem tuum coloris subcærulei viridis. Hoc in cella repone, & alcali tuum ab humido aëris resolvetur in liquorem oleo persimilem, id est, *Oleum Tartari per del.* verum sulphureorum resolvens.

Sal Tartari compositum:
processus septimus.

Marg. REc. Tartar. Vin. albi.
Nitri crud. ana ℥. j.

Terantur omnia subtilissimè: cribrentur: & misceantur. Tum per vices in crucibulo super carbonibus ignito detonentur. Sicque in momento habebitur Sal Tartari, quod dicitur *euporiston*, & *extemporaneum*. Removeatur ex crucibulo, dum adhuc candet, per spatulam ferream: ingeraturque adhuc tepidum in vitrum angusti orificii, quod subere accuratè claudatur. Sic servabitur sub forma sicca, nec fluet per deliq.

Vires. *Attenuat, & incidit: dissolvit humores: destruit acidum: laxat alvum, compescit Sodam, sive stomachi ardorem: tollit paroxismos febriles.* Dos. *est* ℈. ß.

Sal Tartari extemporaneum:
processus octavus.

Idem. REc. Tartar. alb. crud.
Nitr. opt. ana ℔. ß.

Teran-

Terantur omnia seorsim: cribrentur: misceanturque. Tum stet super igne crucibulum ignitum. In hoc crucibulum conjiciatur cochlear hujus materiæ, & in momento conflagrabit hæc maximâ ex parte. Injiciatur iterum cochlear: continueturque hæc operatio, donec tota materia sit consumpta: & reperietur in fine massa quædam acerrima Sali Tartari colore, & sapore, haud absimilis: potestque dici Sal Tartari compositum. Ex ℔. j. non multum ultra ℥. iv. acquiretur.

Usus. *Inservit volatilizationi salium fixatorum, ut est Sal Ammon. Idem potest supplere vicem Nitri fixi, sive Alcahest Glawberi. Est succedaneum Salis Tartari simplicis: attenuat, incidit, alvum laxat: humores acido-acres temperat: unde nonnullis in quotidiano usu est in temperando fermento acido ventriculi.*

Dos. *est* ℈. ß. *qui sæpius in cerevisia sumitur.*

CAP. CCCCLXIII.

Reverberatio hujus Sal. Tartar.

REc. Hoc Sal extemporaneum impurum, & in crucibulo ignito per quadrantem horæ reverbera. Refrigeratum solve aquâ purâ: filtra: & in vitro evaporatorio leniter evapora ad siccitatem. Et quod relinquitur super patellâ terreâ vitriatâ modico igne carbonum fortiter exicca. Ita fiet siccissimum, & albissimum. Indatur statim lagenulæ vitreæ angusti orificii; claudaturque accuratè subere. Sic poterit conservari in forma sicca: ne per deliquium solvatur in aquam. *Margr.*

CAP. CCCCLXIV.

Oleum Tartari per deliq.

REc. Tartari ad albedinem calcinat. q. s. Repone super orbe vitreo, aut terreâ vitriatâ, in locum frigidum humidum, qualis per æstatem est cella. Ibique relinque per aliquot dies, donec sponte sua, absque additione aquæ, resolvatur in liquorem. Qui filtretur per chartam, & servetur usui. Hic enim vocatur *Ol. Tartari per del.* sive deliquescentiam. Sed est nil aliud, quàm Sal Tartari resolutum. *Idem.*

Vires. *Potenter attenuat, & incidit. Omnia fermenta acida deprimit: alvum laxat: fermentum stomachi nimis acidum corrigit.*

Processus secundus.

Margr. REc. Sal Tartari præcedens, aut etiam calcem adhuc impuram. Repone super orbem vitreum, ut terreum vitriatum; quem deferes in cellam, ut spatio aliquot dierum, absque aqua, in fluorem redigatur; qui coletur per chartam. Hic enim liquor dicitur *Ol. Tartari per deliq.* Poteſtque leni evaporatione, quoties libet, redigi in Sal puriſſimum.

Vires *easdem habet cum sale Tartari.*

Dos. *quoque non multum differt.*

CAP. CCCCLXV.

Sal volatile Tartari.

Idem. REc. Tartar. crud. alb.
Antimon. crud.
Nitri. ana ℔. j.
Calcis vivæ. ℔. j. ß.

Terantur omnia seorsim, cribrentur, & miſceantur. Hujus maſſæ fiat deſtillatio ex retorta terrea tubulata, in igne aperto, applicato recipiente ſatis amplo, materiam per cochlearia ingerendo, & tandem reperietur in recipiente liquor aureus; qui per cucurbitam rectificatus abit in Sal volatile.

Vires. *Sp. Tartari est unum ex arcanis Chymicorum, in quo acquirendo hodieque multum sumptûum, & laboris, ponunt Chymici. Extantque tot species diversæ Sal. volatilis Tartari, quot ferè sunt Chymici. In genere autem dicitur Sal volatile Tartari Helmontio supplere vices Alcahest, & radicaliter solvere simplicia pro essentiis extrahendis, & penetrare in remotiſſimas corporis partes. Plerique autem ex Sale Tartari summè calcinato elicere cupiunt.*

Dos. *est ad aliquot grana.*

Vide proceſſus varios ſub tit. Sp. & Ol. Tartari.

CAP. CCCCLXVI.

Cremor Tartari.

REc. Tartar. crud. albissim. ℥. iij. Lavetur toties aquâ purâ, donec aqua superstet limpida. Tum sit ad manum olla vitrea, cum aq. pura bulliente, super carbonibus accensis. In hanc injiciatur Tartarus lotus integer: relinquaturque ibi, donec in totum liquefactus fuerit in aqua, quod dimidio horæ spatio eveniet. Tum coletur aqua per pannum densum: colatura exponatur frigori. Sic concrescet in superficie cuticula, quæ cremor Tartari dicitur. In fundo verò, & circa latera, Tartarus concrescet in chrystallos, quæ sunt eò majores, si vas ligneum fuerit. Debet autem hic Tartari tum cremor, tum chrystalli, cum novâ aquâ purâ, eodem modo, adhuc semel, vel sæpius coqui, & colari; donec videatur satis purus. Tum in olla munda adhuc semel coquendus est, cum nova aqua, & quoties emerget cuticula, licebit illam auferre cochleari perforato, & exiccare in pulverem albissimum; qui est Cremor Tartari. Poteſtque hoc modo totus Tartarus depuratus coqui in cuticulam, & abire in cremorem. *Marg.*

Cremor, & chrystalli, Tartari: processus secundus.

REc. Tartari Vini, quantum potest haberi, albissimi, ℥. iv. Abluatur toties aquâ purâ, donec aqua tandem permaneat limpida, dum sit ad manum olla terrea vitriata, & munda, quæ capiat præter propter aquæ ℔. iij. Imponantur simul accensis carbonibus, & relinquantur donec aqua ferveat. Tum injiciatur Tartarus antea lotus, omnis simul, integer, & sine contritione, relinquaturque ibi per dimidium circiter horæ, donec omnis ab aqua resolutus sit; quod cognosci potest, si cochleari ligneo exploretur. Quo facto, removeatur olla ab igne, coleturque aqua fervida per pannum densum. Sic aqua pura secum vehens Tartarum solutum transibit per pannum; quæ postea refrigerata in superficie habebit cuticulam. In fundo verò, & ad latera, deponet chrystallos Tartari. Cuticulam vocant cremorem Tartari; quem hoc modo colligunt. Accipiunt, scilicet, Tartarum refrigeratum: separant ab aqua: affundunt novam aquam; coquuntque, ut antea: bullienti aquæ injiciunt albu- *Idem.*

albumen Ovi conquassatum: post parvam coctionem albumen coagulatum detrahunt cochleari perforato ligneo: tum Tartarum coctum iterum colant per pannum. Colaturam statim imponunt igni, & dum bullit aqua in superficie emergentem cuticulam detrahunt cochleari perforato ligneo: & statim nova emergit cuticula, quam iterum detrahunt. Sic pergunt continuò, donec tota aqua sit consumpta, totusque Tartarus abierit in cuticulam. Quem Tartarum postea exiccant ad Solem in pulverem subtilissimum, vocantque *Cremorem Tartari.* Notandum verò est, albumen Ovi conquassatum posse statim indi primæ coctioni: & deinde, si quis velit chrystallos habere majores, oportere Tartarum decoctum colari in vas ligneum; sic enim emergent chrystalli. Alii decocto Tartari addunt aliquid Aluminis, aut Nitri, ut chrystallos accipiant majores: sed hæ chrystalli sunt adulterinæ.

Si in copia parantur cremor, & chrystalli Tartari, tum accipiendum vas cupreum, sed stanno obductum. Videndum etiam est, ut justa quantitas aquæ addatur Tartaro. Nam ad unam ℔. Tartari necesse fere est accipere aquæ ℔. x. vel. xij. Sic enim demum solvi potest Tartarus.

Vires. *Cremor, & chrystalli, easdem habent vires, nisi quòd cremor paulò subtilior est. Utrumque attenuat, & incidit: alvum blandè subducit: fermentum ventriculo restituit: aliorum purgantium vires facilè recipit, imò & easdem auget; & interdum reprimit, præcipuè in Scammoniatis.*

Dos. *est à* ℈. *ij. ad.* ʒ. *j.*

Processus tertius.

Marg. REc. Tartari Vini albi, quantum potest haberi, albissimi. ℔. ß. Abluatur aliquoties, integer adhuc, aquâ purâ, donec aqua superstet limpida. Tum sicca, & in pulverem redige.

Recipe tunc ollam terream fictilem vitriatam, quæ forte capiat aquæ purissimæ ℔. vj. Repone super carbones accensos, & fac, ut aqua ebulliat. In bullientem aquam per vices injice cochleare unum Tartari pulverizati. Cùm hoc solutum erit, adde novum cochleare; & sic perge, donec omnis Tartarus erit digestus, & solutus.

Tum adde albumen Ovi conquassatum, & coque, donec fæces cum albumine sint coagulatæ, Tum detrahe fæces, & albumen, cochleari ligneo perforato, & aquam ferventem trajice per linteum satis densum. Sic, fæcibus in linteo relictis, habebis aquam limpidam. Quam statim in olla munda redde igni. Coque donec in superficie emergat cuticula satis.

tis densa, quam cochleari perforato detrahe, & super orbe terreo vitriato repone. Mox detrahe iterum novam cuticulam; & sic perge, donec totus Tartarus, per ejusmodi cuticulas, sit detractus. Hæc cuticula vocatur *Cremor Tartari*, debetque ad Solem exiccari. Accepitque nomen à similitudine cum cremore lactis.

Quòd si Tartarus hoc modo decoctus, quamprimùm cuticula emergit, effundatur in vas ligneum, & hoc reponatur per hor. xxiv. in cellam frigidam, habebitur tum cremor in superficie: ad latera verò vasis terrei hærebunt lapilli splendentes, qui vulgò dicuntur *Chrystalli Tartari.* In fundo verò habebitur Tartarus sub forma pulveris. Vulgò omnia conjunguntur: ad ignem siccantur: rediguntur que in pulverem albissimum; & in officinis uno nomine dicuntur *Cremor Tartari.*

Vires. *Constat ex acido, & alcali, inter se temperatis, nullo ferè modo corrosivis. Hinc blandè attenuat, incidit, resolvit: alvum laxat: humores præparat: fermentum ventriculi fortificat: si imbuatur aliis purgantibus, illorum malignitatem reprimit, fœtorem abscondit.*

Dos. *est à ℈. j. ad ℈. iv. in jusculo, aut cerevisia.*

Processus quartus.

REc. Tartari, quantum haberi potest, albissimi, ℔. ß. Abluatur integer toties aquâ purâ, donec aqua maneat pura. Tum sicca. Postea redigatur Tartarus in pulverem. *Marg.*

Tum stet super igne olla fictilis, aut etiam cuprea, sed stanno obducta, cum aq. puræ ℔. vj. Cùm aqua bullit, ingeratur cochlear Tartari pulverizati. Quo consumpto, ingeratur aliud; pergendo hoc modo, donec omnis Tartarus sit ingestus, & ab aqua solutus totaliter. Tum superaffunde Ovorum duorum albumina conquassata; & misce cochleari. Cumque coxerint simul per dimidium quadrantem horæ, tum albumina indurata cochleari perforato detrahe. Aquam verò ferventem per pannum densum cola. Colaturam statim in olla munda redde igni. Fac iterum bulliant. Detrahe cuticulam terream, quæ inter coquendum emergit, cochleari perforato; & repone in orbem vitriatum. Hic enim est *Cremor Tartari* dictus.

Continua hoc, quamdiu libuerit, semper emergentem cuticulam detrahendo. Cùm non ampliùs velis detrahere, effunde aquam in vasculum ligneum; quod repone in cella per horas xxiv. Sic cremor emerget in superficie aquæ: ad latera verò vasis, & in fundo, concrescent lapilli

ſplendentes, vulgò dicti *Chryſtalli Tartari*: à quibus aquam decantabis, chryſtallos verò ipſas in Sole ſiccabis.

Nonnulli etiam Tartarum, diſſolutum in aqua ferventi, filtrant per chartam, nanciſcunturque Tartarum ſatis album. Sed operatio eſt tarda, difficulterque aqua per chartam tranſit, facilèque illam obſtruit; atque ſic multum Tartari perit.

Vires. *Cremor, & chryſtalli, Tartari earundem ſunt virium. Attenuant, incidunt; quod vulgò* digerere *vocant: laxant alvum: fermentum ventriculo reſtituunt; vel etiam emendant.*

Doſ. *à ℈. ij. ad. ℈. iv. imò. vj.*

Proceſſus quintus.

le Mort. REc. Tartar. alb. crud. à fæcibus loti, & pulverizat. ℔. j.
Aquæ commun. ℔. viij.

Ferveat primò aqua: cui Tartarum injice per vices, ut optimè diſſolvatur. Diſſolutus coletur per pannum: & relinquatur in dolio quercino per horas aliquot, donec planè frigefacta fuerit aqua, & chryſtalli circumcirca vaſi adhærebant. Quas denuò pulverizatas in aquam ferventem immitte, ut iteratò à fæcibus adhuc reſtantibus ſeparentur; eodem modo procedendo, ut antea. Tum ad uſum ſerva.

Cremor Tartari.

Idem. REc. harum chryſtallor. q. v. Diſſolve in aq. bullientis q. ſ. Solutionem effunde in alteram ollam, ut quidquid reſtat ſordium, vel non ſolutum, ſeparetur, poſtquam leviter fæces ſubſederint. Dein agitetur aqua continuò, donec frigida fiat. Sic Cremor ad fundum ſubſidebit ſub forma pulveris ſplendentis. Quem exicca lento calore Solis, vel hypocauſti.

Vires. *Digeſtivum eſt egregium: calculum, & urinam, pellit: appetitum ciet: ventrem laxat: ſtimulo inſervit purgantibus.*

Doſ. *à ℈. j. ad. ʒ. ij.*

Cre-

Cremor Tartari:
processus sextus.

REc. Chryſtallor. Tartari pulverizat. q. v. Has infunde aquæ ferventi, ut planè in ea diſſolvantur. Solutionem ab igne amove, & permittatur ſubſidere. Dein effunde, continuò agitando liquorem effuſum, donec pulvis albus ſubſideat. Dein, ſi libeat, ulteriùs effunde liquorem ſupernatantem in aliud vas, denuò agitando ad refrigerationem aquæ. Sic triplicis generis pulvis obtinetur. Primus refert chryſtallos Tartari ſubgryſeas. Secundus albicat. Tertius genuinus eſt cremor Tartari, in ſole exiccandus, ſub forma pulveris reſplendentis. *le Mort.*

Nota. Ex omnibus ſalibus Tartarus non diſſolvitur in aqua frigida, ideoque nonnulli Sal eſſe non volunt: ſed mineralibus cognatum.

Vires. *Aperit, incidit; urinam movet, & calculos pellit: appetitum ciet: dein ſtimuli loco inſervit purgantibus.*

Doſ. *à* ℈. ß. *ad.* ʒ. *j.*

Chryſtallizatio Tartari:
processus ſeptimus.

REc. Tartari Rhenan. alb. ℔. j. Infundatur aquæ ferventi, & tamdiu ebulliat, donec planè diſſolutus ſit Solutionem cola per pannum duplicem, ut fæces in eo remanere poſſint. Reponatur liquor colatus in dolio quercino, & in cella reponatur. Sic ſpatio aliquot horarum chryſtalli circumcirca vaſis lateribus adhærebunt (quæ viliùs tamen emuntur, quàm confici poſſunt) & fæces terreſtres in fundo ſubſidebunt. Chryſtallos haſce denuò contritas in recentem aquam ferventem injice: cola: & repone, ut ante, ad chryſtallizandum. Chryſtallos igne, vel ſole, exicca: quò citiùs, eò meliùs: ſi enim diu humidæ maneant, flavere, & rubeſcere, incipient. *Idem.*

Vires. *Digeſtivum eſt, & calculos pellit: urinam movent: & purgantibus permiſcentur ſtimuli loco. Inde fieri poſſunt diverſi nominis chyſtalli, prout hiſce, vel illis, particulis imprægnantur. V. g. in ſolutionem, aquâ ferventi factam, injice (ſcilicet, reſpectu ſolutionis) tertiam partem limaturæ Martis, & coquantur ſimul per horæ quadrantem. Dein poſt levem ſubſidentiam coletur liquor, & continuâ agitatione hujus liquoris pulvis ad fundum*

ſubſi-

ſubſidebit, *ſub nomine* Cremoris, *ſeu* Chryſtallor. Tartari Martiati *reſervandus.*

CAP. CCCCLXVII.

Terra foliata Tartari.

Marg. REc. Salis Tartari ſicciſſimi, & puriſſimi. ℥. j. Huic, in vitrea retorta contento, affunde Aceti deſtillati. ℥. iv. Deſtilla ad ſiccitatem uſque, & liquor omnis, qui prodibit, erit inſipidus, phlegmatis inſtar. Retortâ refrigeratâ, affunde relicto ſali Tartari iterum aceti deſtillati. ℥. iv. iterumque deſtilla ad ſiccitatem uſque, & iterum prodibit ſp. aceti ſub forma phlegmatis. Continua hanc deſtillationem tamdiu, ſemper affundendo novum ſpiritum aceti, & deſtillando ad ſiccitatem, donec tandem ſp. aceti prodeat acidus, id eſt, talis, qualis fuit affuſus. Tunc Sal Tartari ſufficienti quantitate acidi aceti erit imprægnatum, atque ſaturatum. Relictam maſſam ſolve denuò cum Alcohol Vini: filtra per chartam; & alcohol Vini iterum abſtrahe ad ſiccitatem. Sic relinquetur in fundo maſſa unctuoſa, butyri inſtar, & ſæpe repræſentans multa quaſi folia, unde fortè nomen terra nacta eſt.

Vires. *Eſt inſigne digeſtivum in humoribus craſſis attenuandis, & incidendis, unde pro ſtimulo reliquis purgantibus additur. Multis inſervit pro menſtruo univerſali: aliique Elixirio Proprietatis addunt.*

Doſ. *intra corpus eſt* ℈. ß. *in aliquo liquore pro obſtructionibus antiquis reſerandis.*

Proceſſus ſecundus.

Idem. REc. Sal. Trrtar. puriſſim. ℥. j.
Sp. Aceti. ℥. iij.

Miſce, & deſtilla ex arena, per retortam vitream, ad ſiccitatem uſque. Et relinquetur in fundo cum ſale Tartari omne acidum aceti. Prodibitque in recipiens liquor planè inſipidus, inſtar phlegmatis.

Retortâ, & fornace, refrigeratis, aufer retortam. Et affunde iterum ſp. Aceti. ℥. iv. Iterum deſtilla ad ſiccitatem uſque. Et, ſi iterum Acetum prodeat, ſimul ſepara phlegmate. Tum & tertiâ vice novus ſp. Aceti eſt affundendus, donec tandem ſp. Aceti prodeat acidus, talis, qualis fuit affuſus. Tum enim ſignificatur, Sal Tartari ſufficienter ſaturatum

tum esse particulis acidis Aceti, atque sic punctum saturationis adeptum esse. Materiam relictam solve spiritu Vini rectificato: filtra per chartam: & destilla leni igne ad siccitatem usque. Sic habebitur in fundo massa pinguis, quæ vulgò dicitur *Magisterium Tartari arcanum*, & passim, *Terra foliata Tartari.*

Vires. *Est egregium digestivum humorum crassorum, purgans leniter per alvum. Utiliter potiunculis purgantibus additur pro stimulo, & corrigente. Diciturque esse ferax multorum Arcanorum à Chymicis.*

Dos. *intra corpus sunt aliquot grana iv. vel v.*

CAP. CCCCLXVIII.

Præparatio Tartari Vitriolati.

Rec. Ol. Tartar. per del. limpidissim. & fortissim. q. p. Huic successivè stillatim affunde Ol. Vitrioli rectificati, quousque effervescentiam sedatam observaveris. Quo in casu acidum Vitrioli, & alcali Tartari, connubium ineunt, & salem intermedium componunt. Hoc leni igne ad siccitatem evapora salis candidissimi acido-salini, & præparatus erit Tartarus Vitriolatus. *Maëts.*

Vires. *Digestivum est nobile ad obstructiones pertinaces resolvendas, præcipuè mensium, mesenterii, lienis, & similium.*

Dos. *ejus à gr. vj. ad xv. & ℈. j.*

Processus secundus.

Rec. Ol. Vitriol. q. s. *le Mort.*
Ol. Tartar. per del. seu
Sal. Tartar. in aq. com. resolut. q. v.

Superfundatur Ol. Vitrioli per vices oleo Tartari per del. donec effervescentia planè cesset, aliquoties materiam agitando spatulâ ligneâ, ne quid intactum ab acido relinquatur. Dein evapora super vaporem aquæ ferventis ad siccitatem usque, materiam aliquoties agitando spatulâ ligneâ, ne fundo vasis adhæreat. Evaporatum ad siccitatem usui reservetur.

Vires. *Egregium est deobstruens in mensium suppressione, cachexiâ, vermibus, ictero, calculo, &c.*

Dos. *à gr. v. ad. ℈. ij.*

Processus tertius.

In Mort. REc. Ol. Tartar. per del. instar aquæ limpidæ. q. v. Ei superfunde Ol. Vitrioli rectificat. s. q. donec effervescentia cesset. Dein adde ejusdem Olei adhuc ℥. j. vel. ij. ut tantò acidius, & gratius, fiat. Evaporentur postea simul ad siccitatem usque, lento igne; continuò agitando, ne fundo adhæreat materia: siccum ad usum reponatur.

Vires. *Deobstruens est, seu aperiens, egregium: urinam, & menses, movet: stomachicum est: &, stimuli loco, purgantibus permiscetur.*

Dos. *à gr. iv. ad.* ʒ. ß.

Magisterium Tartari, sive Tartarus Vitriolatus: processius quartus.

Marg. REc. Ol. Tartar. per del. ℥. j.
Vitriol. non rectific. ʒ. ij.

Misce guttatim in cucurbita. Tum, pauxillâ additâ aquâ purâ, filtra per chartam. Colaturam evapora in vitro evaporatorio ad siccitatem. Quod relinquitur in fundo, est sal subausterum, dictum *Magisterium Tartari.* Alii aliam proportionem observant; sumendo vel partes æquales, vel duas partes Ol. Tartari, & unam Ol. Vitrioli. Verùm observandum, & studendum est, ne Tartarus hic Vitriolatus fiat nimis acidus, & corrosivus, & non tantùm non aperiat, sed obstruat potiùs.

Vires. *Est insigne deobstruens, attenuando, & incidendo, materiam crassam, atque viscidam.*

Dos. *est* ℈. j. *ad.* ʒ. ß.

Processius quintus.

Idem. REc. Ol. Tartar. per del. ℥. j.
Vitriol. ʒ. ij. seu. ℥. ß.

Misceantur guttatim in vitro oblongo, cavendo ne nimis effervescant. Repone tum vitrum ad quietem. Post horam liquorem superfluitantem filtra per chartam. Colaturam reaffunde coagulo albo antea relicto, & simul evapora in vitro evaporatorio ad siccitatem usque. Et relinquetur pulvis albissimus, qui vulgò *Magisterium Tartari*, & *Tartarus Vitriolatus*, dicitur.

Vires. *Est potens medicamentum, incidens, & resolvens, materiam quam-*

quamvis viscidam, & tenacem. Hinc audit digestivum *in morbis chronicis; valetque præcipuè, omnium Medicorum experientiâ, in solvendo calculo.*

Dos. *est à ℈. ß. ad. ℈. j. Imprimis si ei addatur Jalappa. Tum fit nobilissimum hydragogum; & bene cum Jalappa junctum aquas educit.*

Processus sextus.

REc. Ol. Tartar. per del. *Marg.*
Sp. Vitriol. ana ℥. j.

Misceantur guttatim in vitro oblongo, donec non ampliùs effervescant. Tum liquorem decanta à coagulo albo; & filtra Colaturam iterum conjunge cum coagulo albo, & inde evapora in vitro evaporatorio ad siccitatem usque. Quod in fundo relinquitur Sal album dicitur *Magisterium Tartari*, sive *Magisterium Vitriolatum.*

Si cum Ol. Vitrioli paratur, tum pro ℥. j. Ol. Tartari per deliq. sufficiunt. ʒ. ij. Ol. Vitrioli. Alii etiam sumunt Ol. Vitrioli. ℥. ß. ad Ol. Tartari. ℥. j. ad summum. Sed videndum, ne Tartarus Vitriolatus fiat nimis acidus, atque sic corrosivus.

Vires. *Est medicamentum magni nominis apud medicos, & plurimi usûs. Nam potenter attenuat, incidit, resolvit crassos, & viscidos humores. Unde in purganda pituita, in calculo, in obstructionibus plurimùm valet. Omnia fere famosa Lithonthriptica recipiunt Tartarum Vitriolatum. Purgantibus phlegmagogis additur pro stimulo. Cum Jalappa fœliciter purgat hydropicos.*

Dos. *est à ℈. ß. ad ℈. ij.*

Processus septimus.

REc. Vitriol. crud. viridis, optimè chrystallizat. ℥. iij. Solvatur aquâ purâ, & solutioni instilla Ol. Tartar. per deliq. ℥. j. Misce, & agita: ac superfunde ℥. iij. iv-ve, aquæ puræ, ut bene misceantur. Tum repone vitrum ad quietem, ut pars metallica Vitrioli petat fundum. *Idem.*

Aquam limpidam filtra per chartam. Filtratam evapora ad siccitatem. Quod relinquitur, igniatur in crucibulo. Refrigeratum solve aquâ purâ, digerendo per noctem. Filtra, & chrystalliza: habebiturque Sal albissimum, compositum ex sale Tartari, & acido Vitrioli, quod vulgò dicitur *Magisterium Tartari*, & *Tartarus Vitriolatus.*

Vires. *Habetur pro digestivo crassorum, pituitosorumque humorum, quos atte-*

attenuat, & incidit. Unde fœliciter phlegmagogis, & melanagogis, purgantibus, additur.

Dos. *est* ℈. ß. *ad* ℈. j.

Cap. CCCCLXIX.

Balsamum Samech Paracelsi.

Maëts. Rec. Sal. Tartari opt. purificat. à sordibus. ℔. j. Huncque salem cum s. q. aquæ pluviæ redigito in lixivium forte. Recipe itidem Chrystallor. seu Cremor. Tartari. ℔. j. Dissolvatur in aq. pluviali coquendo. Solutione peractâ, confundantur simul hæ duæ solutiones guttatim, quousque omnem effervescentiam sedatam observabis. Tunc subitò filtrato, quod filtrari potest, & in salis formam evaporato; & ita paratum erit Balsamum Samech Paracelsi. Quod sequenti modo ad majorem maturitatem redigito:

℞. Hujus Salis Tartari inversi. q. p. Ipsi affunde alcohol Vini ad eminentiam dig. iij. Stent in digestione, quousque sp. Vini summam contraxerit rubedinem. Spiritum Vini decanta: novum affunde: & procede, ut priùs: illudque continua, quousque tincturæ satis obtinuisti. Illas verò confundito; & ad medietatem, per destillationem, evaporato. Ita enim paratum est medicamentum potenter per diuræsin educens tartarum sanguinis, & efficaciter à renibus arenas, & calculos, expellens.

Dos. *Salis à* ℈. ß. *ad* ℈. j. *in liquore convenienti diuretico.*

Dos. *Tincturæ à* ℈. *j. ad.* ʒ. ß.

Cap. CCCCLXX.

Spiritus Tartari, & Urinæ, volatilis.

Idem. Rec. Tartar. Rhenan. crud. purissim. ℔. iv. Terantur in alcohol, ac in patina terrea plani fundi calcinentur in cineres. Quibus affunde Urinæ recentis. ℔. xvj. Sepeliantur in fimo equino, in vase optimè clauso, (luto, scilicet, vel similibus) per menses. iij. Ita enim Sal volatile Urinæ sese jungit, per putrefactionem, cum spiritu igneo Tartari. Hisce peractis, committantur cucurbitæ vitreæ, alembico suo munitæ; &, lenissimo igne, spiritum igneum auferto; quem seorsim reserva. Ablato spiritu,

spiritu, accipito phlegma seorsim; continuatoque destillationem ad siccitatem usque. Capiti mortuo, in fundo remanenti affunde phlegma destillatum, & stent simul in digestione per hor. xxiv. Ita in sese combibet phlegma Sal in capite mortuo relictum. Filtrato phlegma tuum. Eique affundito spiritum seorsim reservatum. Ita enim sp. secum vehit, per repetitas destillationes, portionem salis, ex capite mortuo educti.

Vires. *Maximarum virium est in obstructionibus corporis humani solvendis. Et specificè exhibetur in hydrope; in podagra; in obstructionibus mensium.*

Dos. *à gutt. iv. ad. x.*

CAP. CCCCLXXI.

Spiritus Tartari hydragogus.

REc. Fæcum Vin. Rhenan. ℔. iij. *Maëts.*
Tartar. leviter calcinat. ℔. j.

Misceantur inter se, & committantur retortæ vitreæ: instituaturque destillatio successivis ignis gradibus. Ita enim, primo loco, obtinebis spiritum albicantem. Quem, ubi sequuntur guttæ rubicundæ olei sequentis, aufer, aliudque vas recipiens applicato, &, quantum ignis valeat, operationem tuam prosequitor. Ita enim obtinebis oleum rubicundum saporis ignei, & penetrantissimi; cujus gutt. v. ad. x. in aq. *Petroselini, vel in spiritu Juniperi, exhibitæ, potenter expellunt aquas hydropicorum. Insuper oleum hoc Tartari rubicundum reserat fœliciter obstructiones Mesaræi, Lienis, & mensium; si in convenienti vehiculo, justâ dosi, exhibeatur.*

Quòd si quis curiosior fuerit in examinandis fæcibus Vini, incidet sequenti methodo in Sal volatile:

♃. Fæcum Vini. q. p. Exponantur aëri in loco sicco, ubi defendi possunt à pluvia. Ita successu temporis, quasi lanugine obducetur superficies fæcum Vini. Quo signo apparente, committantur cucurbitæ, alembico suo munitæ, & instituatur destillatio. Ita adscendit in altum portio Salis volatilis tenuissimi; quem ex alembico aufer, & usui reservato.

Convenit cum viribus Sal. volatil. Tartari; laudatumque medicamentum est in omnibus corporis humani obstructionibus resolvendis. Principaliter confert in difficultate urinæ: in doloribus nephriticis: in podagra: obstructionibus mensium, & nervorum.

Dos. *à gr. iv. ad. viij. in convenienti vehiculo.*

CAP. CCCCLXXII.

Quinta Essentia Tartari.

Maëts. REc. Salis Tartari. s. a. præparat. q. pl. Huic affunde aceti destillati ad eminentiam dig. ij. transversor. Post ebullitionem sedatam, acetum destillatum ad siccitatem aufer, aliudque de novo affunde. Hoc continua, quousque acetum destillatum tam acre redeat per destillationem, ac affusum erat. Hujus ℔. j. miscето cum Sal. volatil. Urinæ. ℥.j.ß. Camphor. ℥. j. Sublimentur, ut artis est; ita obtinebis salem volatilem *maximarum virium in obstructionibus corporis nostri solvendis: & specificè convenit in omnibus Arthritidis speciebus.*

Dos. *à gr. vj. ad* ℈. *j. in convenienti vehiculo.*

Quòd si menstruum desideres potentissimum pro elaboratione Elix. Paracelsi volatilis, cujus mentionem facit Helmontius:

℞. Salis hujus. ℥. j.
Alcohol Vini fortissim. ℥. xij.

Macerentur ad solutionem salis, paratumque erit menstruum ad essentias vegetabilium, animalium, & multorum mineralium, extrahendas, & per Alembicum destillandas.

CAP. CCCCLXXIII.

Spiritus & Oleum Tartari destillatum.

le Mort. REc. Tartar. crud. ℔. j.
Sal. Tartar. ℥. iv.
Ol. Tartar. p. del. q. s. ut humectentur bene.

Digere, leni igne, per hor. vj. Tum destilletur, in arena, igne sat violento, donec vapores albi cessent, & obtinebis spiritum, & oleum ei supernatans.

Oleum super proprium caput mortuum rectificetur. Sp. super proprium salem: (ad medium spiritum abstrahendo.)

Nota primò. Etiam sine sale destillari potest, sed multò debilior elicitur spiritus.

Secundò. Si Ol. Tartari per del. sumatur, magis penetrat, quàm Tartarus ipse; (nempe, ut humectetur, ut supra)

Tertiò. Si sp. prolectus bis super cap. mortuum cohobetur, &, ulti-

mâ vice, augeatur ignis ad incandeſcentiam retortæ, Sal volatile Tartari elevatur, & ſeſe permiſcet ſpiritui.

Vires. *Deoppilativum eſt egregium: urinam, & calculum, & menſes promovet. Uſus etiam ejus plurimus in febribus, & ſudoribus eliciendis. Inde fit mixtura ſimplex Paracelſi.*

Oleum ejus Podagricis, & Arthriticis, confert: multo ſale volatili refertum eſt: & internè, rectificatum, exhibetur ad ſudores ciendos, in ſcabie malignâ.

Doſ. *à gutt. j. ad gutt. vj.*

Spiritûs autem à gutt. v. ad gutt. xxx.

Nota ultimò. Deſtillatur ex retorta tubulata, & cùm vapores in liquorem convertuntur, ſeu diſparent, aperiatur tubulus, & plus Tartari injiciatur: ſic fieri poteſt ad retortæ repletionem caput mortuum. Fit autem in igne aperto dando lenem ignem, nempe ſecundi gradûs, ne Tartari corpus vegetabile comburatur nimis citò; vel ſpiritus, cum impetu prodiens, frangat recipiens; quod magnum eſſe debet. Oleum à ſpiritu chartâ madidâ ſeparetur.

Sp. rectificatur ex additâ ℥. j. vel. ij. capitis mortui. Sic liquor albus ſubtiliſſimus adſcendit (nec ultra quartam partem abſtrahi debet) qui eſt propriè volatilis. Et ſignum bonitatis ejus eſt, ſi cum acido effervefcat.

Oleum & Spiritus Tartari:
proceſſus ſecundus.

REc. Tartar. crud. ℔. j. *le Mort.*
Ol. Tartar. p. del. ℥. iv.

Deſtillentur primò leni igne: ſenſim augendo ad quartum uſque gradum. Sic ſp. vol. & Ol. adſcendet. Quæ ſeorſim, vel conjunctim, rectificentur ſuper proprium ſal è capite mortuo extractum, & leniter calcinatum.

Vires. *Penetrantiſſimum eſt hoc oleum. Plurimi uſûs in ſcabie malignâ, calculo, podagrâ, cæteriſque fixioribus morbis.*

Doſ. *à gutt. iv. ad. x.*

Nota: ab externo ejus uſu nimio abſtinendum, quoniam ſale ſuo acri cutim ſæpiùs perforare ſolet.

Spiritus ejus ſummè commendatur in obſtructionibus, & paſſionibus hyſtericis: ſudores movet.

Doſ. *à gutt. iv. ad xx.*

Sp. &

Sp. & Ol. Tartari per destillationem: processus tertius.

Margr. Rec. Tartari crudi pulverizat. ℔. iv. Repleatur eo retorta terrea tubulata ultra dimidium. Fiatque ejus destillatio igne aperto primi, & secundi, gradûs, applicato recipiente vitreo capacissimo; cujus junctura cum collo retortæ accuratè claudatur, ne subtilissimus spiritus exhalet.

Elapsis aliquot horis, cùm recipiens fuerit limpidum, & vapores albi in liquorem concreverint, aperiatur tum operculum, sive tubulus; iterumque injiciantur ℔. iv. Tartari pulverizati: fiatque iterum destillatio, sicut antea; ita tamen ut tubulus semper accuratè claudatur, ne quidquam exhalet, aut etiam Tartarus incendatur. Potest hoc modo continuari destillatio Tartari, donec tota retorta capite mortuo sit repleta.

Vulgò enim sic destillant. Accipiunt nempe Tartari integri ℔. iij. vel iv. Ingerunt in retortam terream. Destillant per ignem reverberii, sed igne valde leni, ne Tartarus, qui est corpus vegetabile, nimis citò comburatur, & cum impetu prodeat, ac frangat recipiens. Post horas. iv. aut. v. ignem urgent ad tertium, & quartum, gradum. Cùm nihil ampliùs prodit, & recipiens evadit pellucidum, tum desistunt à destillatione.

Quocumque autem modo perficiatur operatio, liquorem destillatum accipiunt, & per tritorium separant oleum crassum, & grave, à liquore rubicundo. Et quia oleum partim est leve, partim grave, filtrant liquorem limpidum rubicundum per chartam. Sic oleum remanet in charta, & liquor transit limpidus, & rubicundus.

Tum utrumque oleum conjungunt, quod est maximè fœtidum: hinc etiam *oleum Tartari fœtidum* dicitur. Postea verò accipiunt liquorem limpidum, illumque rectificant, sive potiùs cohobant supra. ℥. j. aut. ij. capitis mortui ejusdem Tartari relicti, & pulverizati. Fit autem hoc per cucurbitam. Sic adscendit liquor subtilissimus, & albus, in exiguâ quantitate; non enim ultra quartam partem liquoris abstrahere est. Quando liquor mitis sequitur, spiritum Tartari abstractum esse gustu cognoscunt.

In hac operatione Acidum Tartari, quod commixtum erat spiritui, relinquitur in capite mortuo, quod est naturæ alcalinæ. Spiritus verò merum est Sal volatile Tartari, quod per caput mortuum Tartari liberatum ab acido suo, jam purum evadit; effervescitque cum omni acido, instar

instar sal. volatil. Urinæ, aut Cornu Cervi. Atque hic est genuinus spiritus Tartari; qui nullâ aliâ rectificatione indiget. Nam qui sæpiùs repetunt rectificationem, illi plerumque sal volatile tandem perdunt, & postea phlegma Tartari pro spiritu Tartari venditur.

Oleum fœtidum solent Chymici rectificare cum cineribus cribratis. Sic prodit, primò, flavum; ultimò, rubrum. Alii rectificant super Sal Tartari, & tum multum sal volatile Tartari colligunt.

Vires. *Sp. Tartari, ut & ol. rectificatum, medicamenta sunt internis obstructionibus dicata. Hinc magnis apud Chymicos laudibus efferuntur, dum chronicis, & contumacibus, morbis adhibentur. Alcalicæ enim naturæ cùm sint sine dubio, acidum destruendo, humores fundunt, & liquefaciunt, unde, coagulationem tollendo, deobstruere dicuntur. Sed semper cavendum est, ne plegma, pro genuino spiritu Tartari, Chymicis in usum veniat: debet enim effervescere cum quovis acido; quod, si non faciat, tum spiritus pro adulterino est habendus.*

Dos. *& Spiritûs, & Olei, sunt gutt. vj. ad. x. vel. xj.*

Processus quartus.

Rec. Tartar. alb. crud. minutissimè pulverizat. q. lib. v. g. ℔. iij. aut iv Destilla per retortam tubulatam, per vices ingerendo cochlcare unum, priori consumpto. Sic, paucarum horarum spatio, in magnâ copiâ, sp. & Ol. Tartari colligi poterit. *Marg.*

Oportet autem recipiens vitreum capacissimum applicari, & juncturas ejus cum retorta accuratè claudi, aliàs Sal volatile facilè in auras avolabit. Finitâ destillatione, auferto recipiens, & spiritum, atque oleum, à se invicem separa, filtrando per chartam. Sic sp. transcolabitur, quem cohoba super particula capitis mortui, ita ut tantùm tertia, vel quarta pars, abstrahatur. Sic prodibit sp. subtilissimus, qui cum quovis acido facilè effervescit, indicatque nihil aliud esse, quàm Sal volatile Tartari. Ol. Tartari, quod in filtro remansit, servetur usui externo. Alii etiam miscent cum cineribus cribratis, & adhuc semel destillant, ex retortâ vitreâ, in arenâ; sic solet limpidum evadere, sed in parva copia.

Vires. *Et sp. & ol. Tartari, mirè laudantur à Medicis, in obstructionibus reserandis, quarum quasi Panacea quædam esse perhibetur. Sed præstat his Tartareis medicamentis substituere aliquod Sal volatile Cornu Cervi, aut Sal. Ammoniac. quæ faciliùs, & minoribus cum sumptibus, & efficaciora, parari possunt. Plerumque enim Chymici, in destillando, meliorem partem*

spiritûs Tartari perdunt, & postea ignaris, pro spiritu, phlegma obtrudunt, quod inefficax, & inutile esse, experientiâ constat.

Dos. *utriusque solet esse ad aliquot guttas; sed plerumque sine effectu.*

CAP. CCCCLXXIV.

Sal Tartari fixum.

Margr. REc. Caput mortuum in destillatione Tartari relictum: *Vide cap. proximè superius.* Coquatur in olla ferrea cum aqua calidâ. Tum reponatur per horas. xxiv. ut Sal bene extrahatur. Decantetur tum aqua à cineribus: filtretur per chartam. Evaporetur in olla ferrea munda ad siccitatem. Quod relinquitur, reverberetur in crucibulo per hor. j. Tum reponatur, ut solvatur per deliq. Filtretur tum per chartam: & in vitro evaporatorio evaporetur ad siccitatem usque. Quod relinquitur super tegulâ vitriata, aut orbe terreo vitriato, reverberetur paululum, ut in totum exiccetur. Sic relinquitur Sal Tartari albissimus, qui statim ingeratur in vitrum angustioris orificii. Quod accuratè claudatur, ne aër ambiens ingrediatur, & per deliq. solvatur.

Vires. *Potenter resolvit, attenuat, humores fundit: acidum omnino destruit: alvum laxat: multisque usibus Chymicis inservit, & medicis.*

Dos. *intra corpus.* ℈. ß.

CAP. CCCCLXXV.

Tinctura Tartari.

Idem. REc. Sal. Tartari præcedenti modo præparati. ℥. iv. Inde crucibulo firmo, & mundo; quod repone intra carbones accensos. Claudaturque accuratè tegulâ, ne carbones, aut cineres, incidant. Conserva sic in igne reverberatorio per horas. vj. vel. viij. donec totum cæruleum evaserit; quod spatulâ ferreâ exploratur. Quo facto, removeatur sal. Tartari, molle adhuc, ex crucibulo, &, simul atque paululum refrigeratum fuerit, statim confringatur, indaturque phialæ vitreæ oblongæ. Eique affundatur alcohol Vini q. s. ad aliquot dig. transversor. supereminentiam. Claudatur tum phiala vitro inverso: fiatque, in arena, digestio per dies, & noctes. xiv. vel donec alcohol Vini sanguinem evadat: Tunc decanta tincturam, & affunde novum alcohol Vini; iterumque digere,

gere, ſicut antea, donec tandem alcohol non amplius tingatur. Tincturas conjunge; & ſerva uſui.

Vires. *Hæc tinctura non tantùm à Chymicis, ſed etiam Medicis, in magno pretio habetur, qui paſſim illâ utuntur in ſanitate ſartâ tectâ conſervandâ, & in morbis præcavendis. Eſt enim inſigne aperiens, humores fundens; & quævis noxia expellens.*

Doſ. *Aliquot guttæ.*

Proceſſus ſecundus.

REc. Tartar. crud. ℥. j. *le Mort.*
Sal. Tartar. ℥. ß.
Sp Vin. rectific. q. ſ. ad ſuperemin. aliquot dig.

Digerantur per dies tres, quatuorve, donec colore rubro ſp. tinctus ſit.

Spiritum decantatum recenti Tartaro, & ſali Tartari ſuperfunde, & digere, ut antea. Tincturam hanc uſui ſerva.

Vires. *Duplo, vel triplo, plus virium obtinet, quàm tinctura vulgaris Salis Tartari. Urinam, & calculos, optimè pellit: digeſtivum eſt generale: purgantia acuit, & alvum per ſe leniſſimè ſolvit: menſes ciet.*

Doſ. *à gutt. x. ad.* ʒ. j.

Tinctura Sal. Tartari:
proceſſus tertius.

REc. Sal. Tartar. q. v. Calcinetur igne ſatis forti, donec cæruleum acquirat colorem. Huic refrigerato, & contuſo, ſuperfunde alcohol Vini puriſſimum ad ſuperemin. ij. dig. Digerantur per dies aliquot in phiala. Ita ſub fine digeſtionis leviter ſp. Vini ebulliat. Sic colore flavo-rubro tingetur. Tum ſpiritum tinctum à ſale ſepara; & ad uſum repone. *Idem.*

Nota. Signum operationis perfectæ eſt, ubi ſuavem, & aromaticum, odorem ſp. tinctus exhalat.

Vires. *Penetrantiſſima hæc eſt tinctura, acidum in corpore humano oberrans leniens, & mortificans: calculum, & urinam, fœliciſſimè pellit, præcipuè ſi iteratò ſuper recens Sal calcinatum hic ſp. tinctus digeratur. Menſtruum inſuper nobile exiſtit, vegetabilia, mineralia, & animalia, extrahens.*

Doſ. *à gutt. vj. ad.* ʒ. ß. *in vehiculo convenienti.*

CAP. CCCCLXXVI.

Lixivium Tartari.

Margr. REc. Tartari ad albedinem calcinati. q. v. Aquæ ferventis. q. s. Misce in vitro, aut olla ferrea Digere per noctem. Tum filtra per chartam. Colatura servetur usui. Hæc enim est *Lixivium*, sive *Sal lixivum*, *Tartari*.

Vires. *Easdem habet cum oleo Tartari per del. Dosim quoque eamdem.*

CAP. CCCCLXXVII.

Alcali Tartari, sive Sal Tartari.

Idem. REc. Prædictum lixivium. Evapora in vitro, aut olla ferrea, ad siccitatem usque. Quod in fundo relinquitur, paululum reverberetur in crucibulo, eritque hoc *Sal Tartari*, sive *Alcali Tartari*, dictum.

Vires. *Aperit, resolvit, attenuat: humores fundit: acidum destruit.*

Dos. *intra corpus.* ℈. ß.

CAP. CCCCLXXVIII.

Tartarus solubilis in aq frigida.

le Mort. REc. Chryftall. Tartar. pulverizat. ℥. iij.
Ol. Tartar. p. del. ℥. iv.

Solvantur invicem: solutionem filtra per chartam. Filtratæ affunde:
Aceti destillat ℥. xx.

Solvantur denuò simul. Dein evaporentur lento igne ad tertiæ partis remanentiam: dein in cella reponantur ad chrystallizandum. Chrystallos lentè exicca; & ad usum serva.

Nota. Si gratioris acidi saporis expetatur Tartarus, denuò Acetum destillatum chrystallis superfundatur, & evaporetur, ut ante. Sic habebis chrystallos gratissimas, pluribus usibus destinatas.

Vires. *Usui tam culinari, quam Medico, inservit, ut potui vario conficiendo: calculum pellit, & omnia efficit, quæ Cremor, idque quadruplò fortius.*

Dos. *gr. iij. ad.* ℈. *j.*

Usu

Usu culinari miscetur pars aliqua cum jusculis, quantum ad gratam aciditatem sufficit. E Vinis Gallicis vina Rhenana extempore conficiuntur addendo circiter drachmam unam pintæ uni. Vinis artificialibus quando admiscetur, durabilitatem illis conciliat, & gratum saporem.

Tartarum solubile:
processus secundus.

REc. Sal. Tartari in aquâ soluti. q. v. Superfunde Aceti destillati octo partes, respectu Tartari. Digerantur simul. Dein evaporentur ad siccitatem super balneum Mariæ. Evaporato superfunde duplam partem recentis Aceti destillati, respectu salis. Denuò evaporetur. Huic superfunde in phiala arctissimè clausa sp Vini rectificatissimi Tartarizati ad supereminentiam dig. iv. Digerantur simul per dies viij. Dein destilletur; bis, vel ter, cohobando. Dein Sal restans usui servetur. *le Mort.*

Vires. *Antipodagricum, & antiarthriticum est summum: calculos pellit: melancholiæ hypochondriacæ, Ictero, & omnibus obstructionibus, subvenit.*

Dos. *à gr. iij. ad ℈. j.*

Processus tertius.

REc. Chrystallor. Tartar. ℥. vj. *Idem.*
Ol Tartar. p. del. ℥. j.

Stent in sole, vel in loco calido, per horas aliquot, donec, scilicet, omnes chrystalli solutæ sint. Sic ad fundum præcipitabitur pulvis terreus Tartari, qui solubilitatem in aqua impediebat. Solutionem hanc per chartam filtra. Filtratæ adde ℥. xx. Aceti destillati, ut ingratus Alcali sapor tollatur. Et evaporentur deinde ad quartæ partis remanentiam; & postea in cella reponantur ad chrystallizandum. Chrystalli sub umbra exiccentur; & ad usum reserventur. Si non satis acidum obtinet saporem, Acetum destillatum in majori copia affundendum est.

Vires *Gratissimus, & valde penetrans, est hic Tartarus in quocumque liquore solubilis. Quo mediante è Vinis Gallicis, & aliis, vina gratissima, & Rhenana, educi possunt. Calculum pellit: podagræ, & Arthritidi vagæ, succurrit: urinam optimè movet: & stimulus egregius purgantibus existit.*

Dos. *à gr. j. ad ℈. j.*

CAP. CCCCLXXIX.

Aqua Sal. Tartari, sive menstruum ex sale Tartari destillatum.

Marg. REc. Ol. Tartar. per del. purissimi ℥. viij. aut q. s. Destilla, ex retorta vitrea, in arena, ad siccitatem usque. Et accipies aquam omnium levissimam, & subtilissimam, quam jure possemus vocare *Aquam elementalem*, quia ex subtilissimo aëre est contracta, rorisque Majalis æmula esse potest.

Usus. *Inservit pro menstruo in extrahendis essentiis, & tincturis, vegetabilium, præferturque Spiritui Vini subtilitate, & simplicitate substantiæ, habeturque à multis Chymicis pro arcanorum menstruo.*

CAP. CCCCLXXX.

Tartarus Emeticus.

Idem. REc. Vitri Antimonii minutissimè pulverizat. ℥. j. Nitri crudi pariter pulverizat. ʒ. ij. Misce, & in crucibulo super carbonibus ignito fac detonent. Materiæ relictæ pulverizat. adde Salis Tartari purissim. ℥. j. Aquæ puræ. ℥. ix. Misce: & in vase ferreo coque ad totalem consumptionem aquæ.

Massam relictam pulveriza, & cum aq. fervente extrahe. Filtra per chartam. Quod in charta relinquitur, est vitrum Antimonii; quod sicca, & serva. Colaturam verò evapora in vitro ad totalem siccitatem. Tum relictam massam super latere albo fortiter sicca, & in vitro clauso pulverem ejus serva usui. Hic enim est *Tartarus Emeticus* dictus.

Vires. *Purgat per superiora, & inferiora, præcipuè humores biliosos.*

Dos. *est à* ℈. ß. *ad* ℈. *j.*

CAP. CCCCLXXXI.

Spiritus, & Ol. Terebinthinæ.

Idem. REc. Terebinthinæ vulgar. ℔. ij. Destilla illam ex cucurbita vitrea humiliori, in arena, donec incipiat strepere. Tum desiste; & liquo-

quorem duplicem, in recipiente contentum, ſerva uſui. Qui in fundo hæret, eſt *ſp. acidus Terebinthinæ.* Qui verò huic innatat, *Oleum Terebinthinæ album* dicitur.

Vires. *Eſt diureticus, & vulnerarius. Expurgat renes, & ureteres, atque veſicam.*

Doſ. *eſt ad aliquot guttas.*

CAP. CCCCLXXXII.

Aqua Theriacalis.

REc. Ingredientium ſemin. radic. herb. & flor. quantum Theriacæ Andromachi deſcriptio fert. Groſſo modo ſimul contundantur. Contuſis ſuperfunde ſp. Vini ad ſuperemin. aliquot dig.

Seorſim etiam extrahe reſinas, & gummata ferulacea, & Terebinthinam Cypriam in ſp. Vini rectificato. Poſt digeſtionem debitam confundantur tincturæ, & recens ſp. Vini fæcibus ſuperfundatur, donec tincturam amplius dare negent.

Spiritibus hiſce tinctis extrahe ſuccos, ut Opium, ſuccum Glycirrhiz. Mel, ſucc. Hypociſtidos, &c. & gum. Arabicum. Ultimò, ſi nigra expetatur tinctura, ſecundùm notam in coloribus datam, tingi poteſt cum parvâ quantitate Vitrioli Martis. Tinctura clara uſui ſervetur.

Nota bene. Si compoſita Aqua Theriacalis expetatur deſtillata, recipe ingredientia omnia Theriacæ groſſo modo contuſa. Iis adde alia Alexipharmaca, Cardiaca, & Bezoardica, ut ſunt Scordium, Ruta, Angelica, cort. Citri, Arantior. rad. Imperator. Cyperi odorati &c.

Digerantur ſimul cum ſ. q. ſpiritûs Vini, (& ad ſingulas ℔. ſp. Vini adde ℥. ß. Sal. Tartari) per dies viij. ad minimum. Dein deſtillationi committantur. Sic egregiæ notæ ſp. elicitur.

Nota ſecundò. Si aqua Theriacalis Camphorata expetatur, ad ſingulas libras ſp. Vini ad minimum ʒ. j. Camphoræ addatur.

Vires, & uſus. *Aqua Theriacalis ſimplex Bezoardica, & Alexipharmaca, eſt: febribus medetur: & omnibus morbis per ſudorem curabilibus ſuccurrit, præcipuè iis, qui altas radices non egêre. Inde fit ſequens*

Hauſtus antefebrilis.

R Ec. *Aq. Theriacal.* ℥. ß.
Camphor. gr v.
Extract. Abſynth. ʒ. *ij.*
Sp. Sal. Ammon. gutt. xij.
m. f. hauſtus.

Febres tertianas, & quotidianas, è Ventriculi imbecillitate, & obſtructionibus fortaſſe, infallibiliter tollit. Horâ. ß. *ante paroxiſmum propinatur, ſuperbibendo Vini calentis q. pl. ut eò citiùs in actum deducatur.*

Doſ. *Aq. Theriac. ſimpl. à* ʒ. *j. ad.* ʒ. *vj.*
Aq. Theriac. Camphor. ad. ℥. ß.

Externè egregiè diſcutit, & omnibus affectib frigidis ſuccurrit. Præcipuè ſi cum ſingulis ℥. *gr. viij. Camphoræ diſſolvantur, & pars affecta madidis linteis illinatur. Valet etiam in tumoribus duris.*

CAP. CCCCLXXXIII.

Theriaca noſtra cœleſtis.

le Mort. R Ec. Op. præparat. ut in dictatis antecedentib.
Succ. Glycirrhiz. mediante aq. comm. ſolut. filtrat. & inſpiſſat.
Succ. Acaciæ mediante Vino diſſolut.
Sagapeni.
Opoponacis.
Galban in aceto ſtillat. ſolutor. & inſpiſſatorum.
Gum. Arabic. aquâ comm.
Pulpæ Scyllæ, dimidiam partem deſcriptionis apud Zwelfer. habitæ.
Carnis viperin. ſeu ſerpentum, exiccatæ, mediam etiam doſin deſcriptionis.
Piperis longi.
Sem. Buniadis (cujus defectu accipitur Sem. Napi)
Cinnamom.
Agaric.
Coſti odorat.

Ariſto-

Ariſtoloch. tenuis, ſeu longæ.
Nardi Indicæ.
Schœnanth.
Piper. nigr. alb.
Fol. Dictamn. Cretic.
Stœchad. Arabic.
Sem. Petroſel. Macedon.
Zinziber.
Sem. Pentaphyll.
Mei Athamantic. (vel ejus defectu Angelic.)
Amomi.
Acori. ſive Calam. aromat.
Nard. Celticæ.
Phu Pontic.
Gentian.
Sem. Anethi.
Carpobalſ. vel Cubebar.
Sem. Fœnicul.
Cardamom. min.
Seſeleôs.
Thlapſi.
Comar. Hyperici.
Ameôs.
Sem. Dauci Cretic. q. ſ.

Contundantur ſimul, & ſuperfundatur ſp. Vini vulgaris ad ſupere-min. dig. iv. Digerantur ſimul per dies tres, quatuorve. Dein ſp. tinctus à fæcibus clarus effundatur; fæcibuſque aqua communis affundatur. Digerantur per horas. xxiv. Clarum dein à fæcibus ſepara. Hanc extractionem cum ſuperiori, cum ſp. Vini factâ, miſce; & lacteſcet ſolutio. Spiritum Vini per balneum Mariæ abſtrahe, & remanentiam in fundo cucurbitæ evapora ad conſiſtentiam Syrupi. In ſp. Vini abſtracto immerge:

Myrrh.
Thuris maſcul.
Storac. calamit.
Caſtor.
Croci.
Bitum. Judaic. quantum fert deſcriptio.

Digerantur ſimul, donec ſoluta appareant gummata, reſtantibus in fundo

do fæcibus. Spiritui Vini abstracto, gummata in forma liquidiore serventur: aliàs enim citissimè indurescunt.

In aqua communi extrahe:

Rosas.
Scord.
Marrub.
Calamenth. montan.
Poleum.
Chamæpyt.
Fol. Malabathr.
Centaur. min.

Coq. simul ad totalem extractionem. Extractum clarum inspissetur ad consistentiam pilularum molliorum. Cum spiritu Vini superiori, à resinis abstracto, extrahe mellis essentiam. Sp. Vini denuò ab hac abstrahe ad remanentiam oleaginosi liquoris.

Compositio, seu mixtura, sequens est. ♃. extracta omnia, mediante aquâ, peracta. Jungantur omnia simul, mediante lento balnei calore. Dein adde pulpam, & extractum radicum, & seminum. Postea resinas extractas, & Mel. Ultimò pulverem viperarum subtilissimum, & Ol. Nucis moscat. express. cum guttis aliquot destillati, & Olei Cinnamom. guttam unam, vel alteram, & Terebinthinæ Cypriæ.

Si mixtura dein justo crassior videatur, adde Spiritûs Vini in extractione abstracti q. s. m. f. Antidotus, sive Electuarium.

Dos. *à gr. iv. ad ℈. j.*

CAP. CCCCLXXXIV.

Theriaca contracta, sive Antidotus, maximarum virium.

le Mort. REc. Opii diligenter præpar. ʒ. ij.
Rad. Angelic.
Valerian.
Rad. Petasitid.
Imperator.
Zedoar. ana ℥. j.
Calam. aromat.

Gen-

Gentian. ana ℥. j.
Bistort.
Tormentill.
Contrayerv. ana ℥. j.
Fol. Scordii.
Centaur. min.
Sem. Dauc. Cretic. ana ʒ. vj.
Lign. Guajac.
Cort. ejusdem. ana ℥. ij.
Rad. Chinæ. ℥. ß.

Misce simul, præter Opium, & contundantur, & extrahantur, primò cum spiritu Vini; secundò cum aqua communi, ut in præcedenti capite.

In spiritu abstracto denuò extrahe:

Rad. Contrayerv.
Croci, &
Myrrh. ana ℥. j.
Mellis. ℥. iv.

Misce. Digerantur denuò, & extrahatur tinctura. Abstracto spiritu, fiat mixtura sequenti modo:

Opium cum priori Extracto misceatur. Dein ultimum extractum adjiciatur, addendo:

Croc. Britann.
Contrayerv. ana ʒ. ij.
Caphur. ℈. j.
Ol. Juniper.
Gariophyllor.
Cort. Arant. ana gutt. viij.
Sp. Vini abstract. q. s.

Misce, fiat Theriaca contracta.

Dos. *à gr. ij. ad. xvj. In omnibus venenis, peste, & omnibus morbis per sudorem curabilibus, summo cum successu exhibetur.*

CAP. CCCCLXXXV.

Modus præparandi omnia instrumenta terrea, fortissimum ignem sustinentia, & omnia metalla, & mineralia, retinentia.

le Mort. REc. Argillæ Tobaccicæ, part. ij. Calcinetur optimè, per quatuor horas, igne violentissimo. Dein:

♃. Hunc pulverem, &
Argill. Tobaccic. recentis non calcinat. part. j.
Plumb. scriptorii, part. ß.

Misce simul, & in formas redigantur: quæ postea exiccatæ igniantur.

♃. Terræ Flandricæ, quâ utuntur ij, qui tormenta fundunt ænea, part. iv.
Plumbi scriptorii. part. j.

Misce. Hæc instrumenta solùm exiccata statim in usum deduci possunt. Hoc autem erat secretum Dn. Glawberi, & ducentis florenis æstimatum.

CAP. CCCCLXXXVI.

Sp. & Aquam, florum Tiliæ.

Marg. REc. Flor. Tiliæ recentium, & bene mundator. ℔. ij.
Spir. Vini. ℔. iv.
Aq. commun. ℔. ij.

(Potest addi Cinnamom. Rosmarin. Nux moscata, aut simul, aut separata, Corn. Cerv. &c.) Indantur cucurbitæ vitreæ, sive Alembico, &, applicato capitello, digerantur, in arena, per dies, & noctes, tres. Tum instituatur destillatio, igne secundi gradûs, donec abstraxeris ℔. ij. ß. Quo facto, remove ignem, & à destillando desiste. Sic habebitur in Recipiente sp. Vini rectificatus, oleosus, valde boni odoris, & saporis, qui nunc *sp. florum Tiliæ* dicitur. Aq. communis additur, ut flores madefaciat, & ut vitrum non rumpatur.

Vires. *Calefacit, siccat, attenuat: pinguis est, & alcalinus, unde humorum acrimoniam fœliciter temperat. Est subtilissimus, unde corpus per-*

permeat: humores fundit, & fixos movet: hinc medetur Apoplexiæ, Epilepsiæ, aliisque morbis ab humorum saburra, aut acrimoniâ, oriundis.

Dos. *intra corpus est à ℥. ij. ad ℥. ß. & ad ℥. j.*

CAP. CCCCLXXXVII.

Præparatio tincturarum generalis ex omnibus iis, quæ sunt sulphureæ, & salinæ volatilis, naturæ.

REc. Florum, herbarum, corticum, radicum, vel similium, q. p. Contundantur, vel inscindantur, pro ratione subjecti, in pulverem tenuem. His affundatur Ol. Tartar. per del. q. s. ad sufficientem irrorationem. Eâ tamen lege, ne menstruum tuum Sal Alcalicum supernatet: eo enim in casu tincturæ turbidæ manebunt, nam partes aquosæ superfluæ menstrui salini solvunt corpora naturalia, ita ut singulæ partes referunt naturam totius, ac proinde se conjungentes Vini tincturas reddunt turbidas. Exponatur digestioni, in arena calida, per. xxiv. hor. Quibus peractis, affundatur alcohol Vini ad eminentiam trium, quatuorve, digitorum transversorum. *Maëts.*

Vel, si ex menstruo generosiori tincturam tuam præparare animus tibi sit:

♃. Flor. Sal. Ammoniac. q. pl. His affunde alcohol Vini ad eminentiam trium, quatuorve, digitorum transversor. Digerantur simul, quousque Alcohol Vini sale volatili Ammoniaco satis impraegnatum observaveris. Hoc cum menstruo, uti cum spiritu, stent in digestione, quousque menstruum saturo colore imbutum videbitis. Ita præparatur famosum illud Elixir Proprietatis Paracelsi: ita tinctura Absynthii, vel Enulæ Campanæ, præparatur: ita elicitur ex Succino potentissima tinctura, quæ tincturæ Helmontianæ viribus non cedit.

CAP. CCCCLXXXVIII.

Nota generalis super omnes tincturas fœtentes, & graveolentes.

NOta primò. Quò diutiùs in digestione retinentur leni, eò gratiores fiunt; quoniam calore leni particulæ magis uniuntur, & tanquam statum maturitatis acquirunt. *le Mort.*

Sic Elix. Propriet. multò majoris energiæ erit, & gratioris odoris, & saporis, si per mensem unum digeratur, quàm si per diem tantùm unum, vel alterum, digestioni expositum fuerit.

Idem de Essentia, seu tincturâ, Castorei, & omnibus essentiis sulphureis, cujuscumque regni, intelligendum est.

Nota secundò. Omnia mineralia, quæ extractioni subjiciuntur, vel menstruum requirunt oleosum, vel salino-acidum, si plenariè dissolvi debent. In menstruis verò spirituosis subtilioribus tincturam quidem suam communicant, verùm in exiguâ satis quantitate. Sic tinctura sulphuris, mediante spir. Vini extracta, valde paucas sulphuris particulas obtinet, utut tincturam præbeat satis intensam.

Signum verò perfectionis omnium tincturarum est, si, in omni liquore, sine omni alteratione, vel præcipitatione, perstent. Ad hunc perfectionis gradum solâ digestione, & salibus mediantibus alcalicis, pervenitur; rarissimè verò ante secundam, tertiam, quartamve, septimanam.

Ea verò, quæ primò cum oleosis subtilissimis extracta sunt, v. g. cum oleo Terebinthinæ, faciliùs sese accomodant menstruis spirituosis, & intimiùs illis cohærent. Cæteræ verò efficacissimæ sæpiùs particulæ, quæ cum menstruo non satis idoneo extrahuntur, cum fæcibus abjiciuntur. Sic in tinctura Sulphuris chrystalli concrescunt, temporis tractu, quæ maximas edunt vires in pulmonis affectibus.

CAP. CCCCLXXXIX.

Trochiscos parandi modus generalis.

le Mort. OMnes pulveres simul, vel separatim, si necesse sit (ut Crocus, & gummata omnia pulverizari solita, Myrrha, Thus, Storax, &c) in pulverem minutissimum rediguntur. Dein admiscetur gummi solutum in aqua convenienti. Gummata illa, quæ solent dissolvi, sunt Tragacanth. & Arabic. Ea simul tamdiu agitantur, donec simul in massam abeant. Additur continuò aliquid aquæ rosarum. Dein in planam formam rediguntur; vel in rotulas contorquentur; vel in globulos evolvuntur.

Gummata Emplastris non priùs admisceri solent, quàm refriguerit ferè massa. Pulveres semper ultimò miscentur.

CAP.

CAP. CCCCXC.

Trochisci Bechici albi.

Vide Pharmacop. Londin. *le Mort.*

℞. Sacchar. albiſſim. quantum fert tota deſcriptio Saccharorum, loco Penidii, & Cant.

Pulveribus, cum gummi, & ſaccharo, miſtis, adde Ol. Aniſi gutt. circiter xij. vel xvj.

Miſce primò omnes pulveres. Dein gummi Tragacantha permiſcetur ſenſim, prout uſus poſtulat, affuſâ etiam aq. roſarum q. ſ. Contundendo ſubigatur in paſtam. Maſſa extendatur ſuper Porphyrite. Dein conſcindatur in figuras debitas; vel in rotundos orbiculos efforma; qui poſtea imprimi poſſunt ſigillo aliquo.

CAP. CCCCXCI.

Trochisci ad vermes necandos, & expellendos.

REc. Sem. Zedoar. ʒ. ij. *Idem.*
Corallin. præpar. item. ʒ. ij.
Mercur. dulc.
Vitriol. Martis. ana ℈. ij.
Scammon. præpar. ʒ. j.
Santal. rubr. ℈. ij.
Sacch. albiſſim. ℥. iv.
Aq. alicujus convenient. vel, ſi habeatur,
Succ. Tanacet. depurat. q. ſ. ſcilicet, ad Sacchari diſſolutionem.

Coquatur Saccharum ad conſiſtentiam tabulati. Dein, ab igne remoto ſaccharo, admiſce pulveres. Effundantur ſimul, & cultro formentur tabellæ quadratæ.

Nota bene. In iis, ubi non tam magna adhibetur copia pulveris, parva tantùm copia ſingulis vicibus effunditur, ut in tabellas rotundas abeat.

Nota ſecundò. Ubi acida, vel oleoſa, admiſcenda ſunt, ſub finem admiſceatur, ubi ferè refrigeratum eſt Saccharum. Vel ſequenti methodo *ſecretiſſimâ* fiant.

℞. Sac-

♃. Sacchari finissimi subtilissimè pulverizati. q. v. Calefiat optimè in cochleari æneo semper manu movendo, donec ferè liquefieri Saccharum incipiat; quod optimè attendendum, utpote in quo multum artis consistat. Dein admisce guttatim Saccharo ab igne remoto, celerrimâ manu, acidum quodcumque in s. q. donec liquefactum fere sit. Saccharum effundatur extempore in tabellas rotundas.

Dos. *ad* ℥. ß.

CAP. CCCCXCII.

Magisterium, seu Laccæ, vegetabilium.

le Mort. REc. Herbæ, radicis, vel ligni cujuscumque, q. v. Addatur ei octava circiter pars Salis alcali. Coq. postea simul in s. q. aq. communis per hor. j. Dein liquor filtretur. Filtratus præcipitetur cum aqua, in qua Alumen dissolutum est; vel cum spiritu aliquo acido. Sic instar pulpæ totus liquor crassus evadet. Hanc pulpam edulcora repetitis aquæ affusionibus. Pulverem edulcoratum in umbra exicca super papyrum.

Nota. Sic fit Lacca Florentina è pannis, Scarlati tinctura imbutis, vel è cocco ipso; ut etiam omnes colores subtilissimi pro pictoribus, & pro vernicibus efficiendis.

Lacca, seu Magisterium, vegetabilium: processus secundus.

Idem. REc. Vegetabilis cujuscumque florum, folior. radic. lignorum &c. q. v. Singulæ libræ adde ℥. ij. Salis alcali, v. g. cinerum clavellatorum, &c. Coq. simul in s. q. aquæ communis. Colaturæ filtratæ instilla acidum quodcumque, scilicet, Acetum vulgare, spiritum Vitrioli, vel spiritum Nitri, in s. q. donec effervescentia cesset. Dein ad instar coaguli liquor condensabitur. Liquorem hunc edulcora affusione aquæ communis, donec ab omni salsedine pulvis ad fundum residens liberetur. Filtretur pulpa, & exiccetur, lento calore, in umbra. Sic in massa una residebit, post exiccationem pulverizandâ.

Ex hisce Magisteriis fieri possunt lapides factitii, lapidem Bezoar repræsentantes, si ex Alexipharmacis, & Cephalicis, herbis fiant Magisteria. Excipiantur in gelatina Cornu Cervi, & in globulos exiccentur. Gelatina verò Cornu Cervi macerando fit per sex horas. Deinde coquendo per duos dies.

Vires. *Plerasque vires simplicium obtinent, ex quibus extracta sunt, sed, volatilioribus particulis destituta, adstringunt magis, & terrestria sunt. Ex vegetabilibus itaque adstringentibus commodissimè fiunt Laccæ pro adstrictione. Commodissimè inde fieri queunt pilulæ, viribus optimis præditæ, si cum oleo proprio in pilulas redigantur. Mechanicis verò operationibus inserviunt, ubi pulveres, & picturæ subtilissimæ, expetuntur; ut & pro vernicibus colore imbuendis.*

Dos. *interna, tertia circiter pars respectu dosis integræ simplicium.*

CAP. CCCCXCIII.

Extracta Vegetabilium, præcipuè purgantium.

REc. Folior Sennæ. q. pl. Superfunde iis aquam bullientem. Relinquantur ita simul, donec sponte frigefiant. Tum liquorem effunde, & alium recentem calefactum affunde fæcibus, & fac, ut ante, effundendo. Has operationes tamdiu repete, donec aqua colorem assumere neget. *le Mort.*

Liquores omnes tinctos confunde, & ad mellis consistentiam evaporato. Tum superfunde mediam circiter partem Spir. Vini optimi, & ad usum servetur.

Vires. *Purgantia hoc modo extracta duplò mitiora sunt, & in multò minori quantitate, quàm resinæ, assumuntur.*

Eodem modo fiunt Extracta:

Aloës.
Scammonii.
Jalappæ.
Agarici.
Opii &c.

CAP. CCCCXCIV.

Tempus, quod expetitur, in vegetabilium maceratione, ad olea, & spiritus destillatos.

SEquentibus regulis omnia vegetabilia destillari poterunt. *Idem.*

Omnes radices molliores, ut sunt Calamus aromaticus, Angelica, Imperatoria &c. per. xiv. dies macerentur.

 Om-

Omnes radices lignosæ, & duriores, ut sunt Costus, Carlina, per tres, ad minimum, septimanas infundantur.

Omnes cortices, ut Arantior. Citrior. Cinnamom. Cassiæ, Gariophyllata, per tres, vel quatuor, septimanas.

Omnia ligna duriora v. g. lign. Rhodium, Santalum, Cedrinum, per octo, vel decem, septimanas.

Omnes flores per duos dies, vel per viginti quatuor horas.

Omnia semina, baccæ, & cætera talia, quæ non nimis volatilem obtinent naturam, per sex, vel septem, dies. Ex hisce excipiantur.

Ex lignis, Sassafras. Ex seminibus, semina calida majora. E radicibus, Petasitis. E corticibus, cortex ligni Sassafras, & Macer; quæ horas tantùm viginti quatuor expetunt.

Omnes herbæ, & folia, plerumque exiccata requiruntur, si olea, & non spiritus, expetantur. Si verò spiritus expetatur, requiruntur viridia.

Macerationem requirunt pro ratione particularum magis, vel minùs, fixarum. Sic Mentha maceratur per unum, vel alterum, diem: Sabina per tres septimanas: Rosmarinus per duas: Lavendula per tres, vel quatuor, dies; & sic de cæteris.

Nota primò. Quò maceratio plus temporis requirit, eò minor quantitas aquæ, major verò salis addi debet. Accelerari potest maceratio, si plus Salis alcali, quàm salis communis, recipiatur.

Secundò. Etiam in dimidio temporis spatio absolvitur, tempore æstivo, & in hypocausto.

CAP. CCCCXCV.

Essentias herbar. & Vegetabilium, parandi modus rectissimus.

le Mort. REc. Spiritum Roris Majalis bis, vel ter, super eadem vegetabilia destillatum, quantitate sufficienti. Superfunde hunc recentibus vegetabilibus, vel seminibus. Digerantur in balneo Mariæ, donec sufficienti tincturâ imprægnetur spiritus. Spiritum tinctum per decantationem separa; & ad usum serva.

CAP. CCCCXCVI.

Quinta Essentia Vegetabilium ad aquas simplices extempore parandas.

REc. Q. s. herbar. flor. radic. & sem. Conscindantur, & contundantur. Reponantur ad fermentandum cum s. q. fæcum Vini humidarum, & aquæ commun. ana. Absolutâ fermentatione, destillentur ad medias. Liquorem destillatum super recentia simplicia rectifica. Rectificatum super novas herbas tamdiu rectifica, donec liquorem instar alcohol Vini subtilem nanciscaris; id quod fit plerumque tertiâ, vel quartâ, destillatione. In liquore, seu spiritu hoc, dissolve oleum proprium destillatum, quantum spiritus capere possit. Digerantur simul cum salis Tartari quartâ parte per quinque, vel sex, dies, & obtinebis essentiam fragrantissimam. Cujus guttæ sex, vel octo, pintam unam aquæ communis odore, & sapore, illius simplicis inficient. *le Mort.*

Nota. Ex herbis frigidis, uti sunt Acetosa, Endivia, Lactuca, &c Essentiæ tales fieri nequeunt. Aquæ etiam earundem, destillatæ solùm, ferè aquam communem referunt, ideòque non hujus loci.

Alia verò fit Extracti, seu Essentiæ species, quæ multò potentior est aquis earumdem destillatis:

♃. Harum herbarum. q. v. Exprimatur ex iis succus, & ad consistentiam Extracti evaporetur. Ex recentibus deinde herbis fiat liquor fermentatus, & rectificatione ad summum gradum depuratus, ut superiùs, iteratâ destillatione. Cum hoc liquore extrahatur Extractum superius spissum; & clarum à spisso separetur, & servetur ad usum.

Extractum tale Fumariæ sine ullo dolore, & torminibus, egregiè purgat, & febrem tertianam tollit.

Dos. ʒ. *ij*.

Plantaginis extractum refrigerat inflammationes quascumque, tam internas, quàm externas.

Chelidonii majoris ulcera quæcumque mundificat: oculorum affectibus subvenit. Et plura omnia illa præstant, quàm vires eorum describuntur ab Authoribus.

CAP. CCCCXCVII.

Sp. & Crocus, Veneris.

Marg. REc. Viridis æris minutiſſimè pulverizat. ℔. ß. Inde retortæ vitreæ, & deſtilla, in arena, igne tertii gradus, per quinque, vel ſex, horas; vel donec nil amplius prodeat. Tum recipe liquorem deſtillatum, & ex retorta vitrea pura adhuc ſemel deſtilla ad ſiccitatem uſque (hoc Chymici *rectificare* dicunt) habebiturque ſp. Veneris puriſſimus, & rectificatus. Caput mortuum in prima deſtillatione relictum edulcoretur aquâ purâ calidâ. Siccetur iterum, & ſervetur uſui. Hic eſt *Crocus Veneris* dictus.

Vires. *Sp. Veneris, qui Zwelfero* Alkaheſt *dicitur, inſigne eſt ſolvens Martis, Veneris, Corallorum, aliorumque lapidum. Intra corpus humores craſſos attenuat: aperit: & quia copioſo ſulphure, ſive oleo, abundat, obſtructionibus perquàm utilis eſt, viſciditatem humorum reſerando, viaſque recludendo. Appetitum quoque excitat, unde &* Acetoſa eſurina *dicitur.*

Doſ. *ſunt aliquot guttæ.*

Crocus ſiccat, & adſtringit: eſtque tantùm externi uſûs in Emplaſtris, & pulveribus.

Proceſſus ſecundus.

Idem. REc. Viridis æris. ℔. ß. Pulverizatum minutiſſimè indatur retortæ vitreæ, fiatque deſtillatio ex arena, igne tertii gradûs, fortiter urgendo, & prodibunt præter propter ℥. iv. liquoris in recipiens: atque viride æris relinquetur in retortâ, colore rubro, exutum omni acido. Rectifica liquorem deſtillatum ex retorta pura, habebiturque liquor limpidiſſimus; qui eſt ipſe ſpiritus Viridis æris, aut Veneris, aut *liquor Alcaheſt* Zwelferi dictus.

Vires. *Eſt ſpiritus acidus gratiſſimi ſaporis, unde conducit in fermento Ventriculi inſtaurando; ob quam cauſam etiam dicitur nonnullis* Acetoſa eſurina, *quia eſuriem, ſeu famem, excitat. Multas alias virtutes huic tribuit Zwelferus in Appendice ad Auguſtanam, quæ videantur apud ipſum Authorem. Eſt autem ſpiritus maximè ſulphureus unde acida nimis acria, & corroſiva, temperandi vim obtinet. Tandem etiam idoneum menſtruum præbet quibuſvis lapidibus ſolvendis.*

Doſ. *intra corpus eſt aliquot guttarum.*

Crocus

Crocus Veneris.

REc. Caput mortuum in præcedenti operatione relictum. Edulcora hoc aliquoties aquâ calidâ. Tum ſicca, & ſerva uſui.

Vires. *Siccat, & adſtringit: expetiturque à Chirurgis in componendis Emplaſtris adſtringentibus, & ſiccantibus.*

Præparatio ſp. Veneris: proceſſus tertius.

REc. Viridis æris, vel, quod melius, chryſtallor. Veneris. q. p. Huic adde dimidiam partem Aluminis vehementer ad totalem egreſſionem ſpirituum calcinati. Deſtillentur ex retortâ terreâ, vel vitreâ lutatâ, igne aperto, ad totalem fumorum egreſſionem. Spiritum Veneris rectifica, & à phlegmate ſuo ſepara. *Maëts.*

Sp. hic egregium eſt menſtruum in tincturis ex Vitro Antimonii, ut & ex ipſius minera, aliiſve metallorum crocis, & calcibus, extrahendis. In genere præſtat omnia illa, quæ acetum deſtillatum, ſed longè potentiùs: de quibus ulteriùs conſulatur Zwelferus in ſua Mantiſſa Hermetica de liquore Veneris Alcaheſtico, *ſive* Aceto eſurino.

CAP. CCCCXCVIII.

Tinctura Veneris cærulea, ſive Lazulina.

REc. Limaturæ Veneris. ℥. ß. Ei affunde ſp. Urinæ per fermentationem parati. ℥. viij. aut. x. Digere per aliquot dies: & habebis tincturam pulcherrimam; quæ ſervetur uſui. *Marg.*

Vires. *Nonnulli exhibent intra corpus in diverſis ventriculi fermentis extinguendis. Componitur ex metallo, & alcali volatili. Externè valet in extinguendo cancro exulcerato, ut & gangrana. Anatomicis inſervit pro demonſtrandis vaſis capillaribus, ſi per ſyringam injiciatur.*

Proceſſus ſecundus.

REc. Limatur. aut Calcis Veneris. q. ſ. Ei affunde ſp. Urinæ fermentatæ. q. ſ. Digere per noctem, & diem unum. Et habebis tincturam Ultramarini coloris; quæ ſervetur uſui. *Idem.*

Usus. *Quamvis multi sint, qui exhibeant intra corpus pro destruendis fermentis acidis, præstat tamen ab ea abstinere. Inservire autem poterit in affectibus oculorum, ut lippitudinibus: in ulceribus curandis: in doloribus podagricis leniendis. Anatomicis inservit in demonstrandis vasis capillaribus.*

Processus tertius.

Margr. REc. Limaturam Veneris, aut, ejus loco, Crocum Veneris, paratum ex capite mortuo post destillationem sp. Veneris. Affunde sp. Urinæ. q. s. Digere per diem, & noctem, in phiala oblonga; & habebitur tinctura pulcherrima cærulei coloris.

Vires. *Datur à nonnullis intra corpus ad acrimoniam fermenti temperandam. Plerumque tamen externi usûs est in delenda Gangrana, ulceribusque pungentibus; nam, destruendo humorum aciditatem, solutionem continui aufert: dolores podagricos demulcet: poros aperit: Anatomicis inservit in demonstrandis vasis capillaribus corporis humani.*

Dos. *gutt. iij. aut. iv.*

Tinctura Veneris:
processus quartus.

le Mort. REc. Limatur. Vener. vel ærugin. ʒ. j.
Sp. Sal. Ammon.
Alcohol Vini. ana ℥. ß. m.

Macerentur per hor. xxiv. Et obtinebis colorem intensè cæruleum.

Nota primò. Si ærugo cum aceto destillato antea extrahatur, & in chrystallos redigatur, multò melior evadit tinctura.

Nota secundò. Si sp. Vini super Camphoram rectificetur unà cum spiritu Sal. Ammon. multò efficacius fit medicamentum.

Vires. *Adstringit, & corroborat: vomitum movet, si nimiâ dosi sumatur: obstructiones omnes aperit: gonorrhæam radicitus tollit: omnibus affectibus oculorum succurrit. Ulcera cacoëthica, & serpentia, quæ nullis aliis medicamentis obediunt, sanat.*

Dos. *internè à gutt. j. ad vj.*

Tinctura

Tinctura Veneris: processus quintus.

Rec. Veneris. q. pl. Eique affunde Acetum stillatitium. Quando Acetum stillatitium tantum Veneris arrosit, quantum in poris suis bene possit continere, ad cuticulæ apparentiam illud evaporato; & in fundo remanebunt chrystalli Veneris; quas usui reserva. *Maëts.*

Cap. CCCCXCIX.

Sp. Veneris Helvetii Anti-epilepticus.

Rec. Vitriol. Veneris. ℥. j. *Idem.*
Sal. Ammon. ℈. iv.

Misce inter se, &, leni igne, fundantur in crucibulo. Ubi massa tua fluorem concipit, spatulâ ligneâ agitato, quousque materia viridè nigrescat.

Tunc remove ab igne: &, cùm refrigerata erit massa, pulverizato in mortario vitreo, &, ut artis est, extrahe tincturam cum alcohol Vini, affundendo, scilicet, ad eminentiam dig. ij. Ita enim obtinebis tincturam Veneris magnarum virium in Epilepsia, ut & in atrophia infantum: in obstructionibus mensium. Hæc tinctura medicamentum est haud contemnendum.

Dos. *à gutt. j. ad. ij. vj. &. xj. in vehiculo convenienti.*

Cap. CCCCC.

Deargentatio Veneris.

Rec. Folior. Lun. ℥. j. *le Mort.*
Salis. ℥. ij.

Pulverizentur simul: & postea in crucibulo calcinentur, donec Sal decrepitatum fuerit, & crucibulum parum candefactum erit.

♃. Pulver. hujus calcinat. part. ij.
Tartar. vel ejus chrystallor. part. j.
Aquæ commun. q. s.

Coquan-

Coquantur simul. Dein instrumenta cuprea, priùs optimè depurata ignitione, & post ignitionem cum sabulo, immittantur, & coquantur simul per hor. ß. circiter; & deargentabitur cuprum.

CAP. CCCCCI.

Præcipitatio Veneris.

Margr. REc. Veneris integræ, vel etiam limatæ. q. pl. Solvatur in sp. Aceti. s. q. digerendo per diem, & noctem; vel donec nihil ampliùs solvatur ex Venere. Tincturam viridem decanta à fæcibus, & in vitro evaporatorio evapora ad cuticulam usque. Tum repone vitrum in loco frigido per. xxiv. horas; vel donec lapilli cærulei in fundo concreverint. Decanta liquorem residuum, & iterum evapora ad cuticulam: iterumque repone in loco frigido, ut lapilli cærulei concrescant. Quos super chartâ purâ leniter sicca. Hi enim vocantur vulgò *chrystalli Veneris*, itemque *Vitriolum Veneris.* Suntque nihil aliud, quàm Viride æris; possuntque per se destillari, ex retorta vitrea, in *spiritum Veneris* dictum.

Vel:

REc. Veneris integræ. q. pl. Solve in aq. forti. Solutioni instilla guttatim Olei Tartar. per del. q. s. donec desinat effervescentia. Tum digere per noctem. Affunde aquam puram, & filtra per chartam. Sic in filtro remanebit Calx Veneris. Quæ exiccanda, & in crucibulo reverberanda, est.

Usus. *Ingreditur in Emplastra siccantia, & adstringentia.*

CAP. CCCCCII.

Cæmentatio Veneris, & Saturni.

Idem. Cœmentatio est calcinatio, quæ perficitur beneficio pulveris acris, *cœmenti* dicti vulgò.

♃. Lamellarum Veneris, vel Saturni. q. s. Fiat in crucibulo cum pulvere sulphuris stratum supra stratum, ita ut primum, & ultimum stratum, sit pulveris. Repone crucibulum in ignem circùlarem, donec sulphur sit absumptum incendio. Si primâ vice duo hæc metalla non abierunt in scorias nigras, quæ in mortario pulverizari possunt, repetatur strati-

ſtratificatio ſemel, atque iterum, donec poſſunt redigi in pulverem. Vulgò in officinis dicitur *Æs uſtum*, vel *Plumbum uſtum*.

CAP. CCCCCIII.

Ad vermes pulvis excellentiſſimus.

REc. Vitriol. Martis. ʒ. j. *le Mort.*
Mercur. dul. ℈. j.
Sacch. Saturn. gr. xv.
Ol. cujuſcumq. aromatic. v. g.
Cariophyll. aut Cinnam. gutt. vj.
m. f. pulvis.

Nota. Vitriolum parumper exiccatum eſſe debet, ad albedinem; quoniam aliàs citiſſimè liqueſcit in pulverizatione.

Doſ. *à gr. ij. ad xij. in hydromelite, vel quovis alio vinoſo liquore.*

CAP. CCCCCIV.

Vernix Italica dicta.

REc. Terebinth. Ven. lucid. ſeu claræ. ℥. viij. Evaporetur ſuper ignem, donec circiter. ℥. j. ß. ſuperſit, adeò ut Terebinthina ſit maximè dura, & fragilis. Hanc pulveriza in pulverem ſatis ſubtilem. Hunc infunde, per vices, in oleo Terebinthinæ coquente, donec omnis pulvis diſſolutus ſit. Dein clarum à fæcibus effundatur, & uſui ſervetur. *Idem.*

CAP. CCCCCV.

Vernix è Maſtiche.

REc. Ol. Terebinth. q. v. Ebulliat ſuper ignem. Per vices poſtea injice Maſtiches grana, donec ſolvere amplius neget. Solutio frigefacta, & à fæcibus depurata, ad uſum ſervetur. *Idem.*

Eodem planè modo fit Vernix è gummi Sandaracha.

Uſus. *Conveniunt picturis illuſtrandis: auro, & argento, obducendo, ne color eorumdem alteretur. Sic etiam aliis metallis foliatis.*

CAP. CCCCCVI.

Vernix è Succino.

le Mort. REc. Succini groſſo modo pulverizati. q. ſ. Humecta oleo Lini, vel Nucum Juglandium. Liquefiant ſimul, donec nigrum acquirant colorem. Effundantur poſtea ſuper lapidem humectatum. Dein in pulverem conteratur. Et poſtea oleo Lini præparato coquenti, per vices, pulvis infundatur, donec planè diſſolutus ſit. Dein ad uſum ſervetur.

Uſus. *Convenit omnibus rebus illuſtrandis, ut baculis, caminis, tabulatis, lignis, lapidibus, ſtatuis, &c. Inungitur cum penicillo duriore, ut eò magis extendi queat; vel manibus, ſi ſuperficies ſit æqualis.*

CAP: CCCCCVII.

Præparatio Ol. Lini, & cæteror. alior. oleorum pro Vernicibus.

Idem. REc. Ol. Lini. q. v. Coquatur ſuper ignem. Dein injice fruſtum panis, & illico fermentationem, ſeu effervescentiam, quamdam faciet, exhalantibus particulis aquoſis. Deinde injiciatur aliquod alcali, ut Creta, Calx, & diverſæ calces plumbi, ut acidum ejus infringatur. Oleum illud, poſtquàm pulveres ſubſederint, per ſubſidentiam, vel per decantationem, clarificetur. Huic ita præparato, & denuò igni expoſito, injiciantur pulveres convenientes, ſcilicet, Succini præparati, Aſpalathi, Sandarachæ, &c.

CAP. CCCCCVIII.

Vernix Japonica.

Idem. REc. Gum. Laccæ optimè pulverizat. ℥. j.
Spir. Vini rectificatiſſ. ℥. ij.

Miſce forti agitatione, donec ſp. Laccam diſſolverit; quod fit ſpatio duorum dierum. Dein ſuperducatur cum penicillo omnibus inſtrumentis, & illico exiccabitur. Denuò dein illinatur cum recenti Vernice, tamdiu continuando, donec ſuperficiem æqualem, & ſatis craſſam acquiſiverit,

verit. Dein exiccetur per ſex dies in calore æſtivo. Poſtea expoliatur, mediante pumice trito, cum oleo olivarum, donec lævem acquirat ſuperficiem. Dein cum Creta illuſtretur lævigando. Et ſic inſtar vitri ſuperductum apparebit

Nota primò. Colores etiam ſupponi poterunt, unde tantò gratior evadet.

Nota ſecundò. Color etiam immiſceri poterit, ſi in tenuiſſimum pulverem redactus primò cum parvâ quantitate ſpiritûs Vini rectificatiſſimi humectetur, & poſtea Vernici affundatur. Colores etiam fieri poſſunt pellucidi, ſi cum ſp. Vini primò extrahatur Santalum, vel aliud quodcumque corpus coloratum, & poſtea cum hac tincturâ gummi Lacca ſolvatur.

Nota tertiò. Foliis metallicis ſuppoſitis, ut auro, Lunâ, Jove, jucundiſſimi adſpectûs fiunt colores. Sed hæ Vernices illinendæ non ſunt, niſi tempore Aprilis, vel Maij, ſole optimè lucente, neque præparandæ, quia aliàs opacæ permanent, & inſtar reſinæ alicujus præcipitatæ lacteſcunt.

CAP. CCCCCIX.

Coagulatio Spiritûs Vini.

REc. Sp. Vin. rectificatiſſ. *Marg.*
Sp. Sal. Ammon. aut
Sp. Urin. rectificatiſſ. ana ℥. ß.

Miſceantur in parvo vitro. Orificium digito claudendum, & vitrum ſæpiùs agitandum, donec in unam maſſam, nivis inſtar, albam, coëant; nec quidquam humidi innatet. Et erit ſp. Vini coagulatus cum ſp. Urinæ, aut ſal. Ammoniaci, in formam planè ſiccam. Poteritque hoc modo conſervari in longum tempus, ſi vitrum accuratè claudatur cerâ, & duplici veſicâ.

Uſus. *Præbet experimentum coagulationis rerum pinguium cum alcalibus. Alcalia enim libenter abſorbent particulas oleoſas, ſibique uniunt; quibus ſi adhæreant particulæ terreæ, facilè generatur materia viſcida. Unde probabile eſt, omnem materiam viſcidam in corpore humano generari ex alcalibus cum materia pingui, & terreâ, concentratis. Sicut quoque apparet in confectione ſaponis, qui conflatur ex alcali, & pinguedine Balenæ.*

Deinde, medicamenti loco, poteſt ſervire intra, & extra, corpus: nam ex-

externè resolvit, attenuat, aperit, unde in Cataracta locum habet, si cum aq. fœniculi temperetur. Podagricos etiam dolores lenit, si parti dolenti inungatur. Sumptus intra corpus humores fundit: obstructiones aperit: austera, & acida, corrigit: diaphoresin excitat.

Dos. *est* ℈. ß. *in aliqua aq. destillata.*

Cap. CCCCCX.

Destillatio Vini.

Margr. Rec. Vini opt. ℥. LX. Destilla per balneum Mariæ ad quartæ partis remanentiam, vel ad consistentiam Extracti, sive Mellis. Cohobabis: iterum destillatum rectifica, ut tantùm quinta, aut sexta pars, abstrahatur. Sic habebitur sp. Vini ardens, pinguissimus. Quod verò remanet, vocatur phlegma Vini. Ex fæcibus, in prima destillatione relictis, eodem modo, sicut in aceto dictum, extrahitur sal, sive *Tartarus* Vini. Nigredo verò, quæ aquæ inerat, potest coagulari in consistentiam Extracti; quod dicitur *Sulphur crassum*, seu *Extractum Vini.*

Usus. *Vinum destillatum sæpe inservit Medicis pro parandâ infusione medicamentorum purgantium, ut Rhabarbari, Sennæ, aliorumque. Imò in destillandis Electuariis, quibus commodiùs additur, quàm aquæ stillatitiæ.* Spiritus *verò* Vini rectificatus *insigniter calefacit, & siccat, attenuat, aperit, resolvit: omnem acrimoniam temperat, imprimis tamen acidam: movet Urinam, & sudores: Chymicis dicitur propriè* spiritus volatilis: *quibus inservit quoque pro celebri menstruo in omnibus extrahendis sulphureis, & habetur à nonnullis pro* Circulato majori Paracelsi, *uti spiritus Aceti* Circulatum minus *esse perhibetur, quæ sunt duo menstrua ab ipso nominata.*

Dos. *spiritûs est.* ℥. ß.

Cap. CCCCCXI.

Spiritus Vini rectificatus.

Idem. Rec. Sp. Vini vulgaris. vulgò *Brandewijn*, ℥. xl. Fiat destillatio in cucurbita vitrea altiori, ad dimidium. Et sp. qui erit abstractus, dicitur *sp. Vini rectificatus*, id est, adhuc semel destillatus, & à phlegmate liberatus; quod quidem in fundo relinquitur. Cognoscitur spiritus esse abstractus, quando in capitello lineæ evanescunt, nam sp. Vini est pinguis,

pinguis, & oleosus, unde in capitello lineas ducit; phlegma verò nullas lineas prodit.

Vires. *Siccat, calefacit, resolvit: sudorem, & urinam, pellit: totus abit in spiritum vitalem, undè cardiacus est, & vulgò* Aqua Vitæ *vocatur. Chymicis præbet menstruum pro parandis tincturis omnis generis.*

Dos. *intra corpus à* ℥. ij. *ad* ℥. ß.

Rectificatio Spiritûs Vini, & Alcohol Vini: processus secundus.

REc. Sp. Vini Gallici vulgaris, aut adusti. ℥. xl. sive pintas duas. *Marg.* Fiat ejus destillatio per cucurbitam longiorem, in arena, igne secundi gradûs, ad medias. Quod prodit in recipiens dicitur *Sp. Vini rectificatus.*

Si subtilior adhuc expetatur, recipe spiritum jam destillatum. Destilla illum adhuc semel, ex cucurbitâ purâ, ad dimidias. Et habebitur sp. longè subtilior, & magis rectificatus.

Quòd si quis subtilissimum expetat spiritum, recipiat spiritum jam bis destillatum. Destilletur ille iterum, per phialam oblongam, ad dimidiæ partis remanentiam. Sic habebitur spiritus omnium simplicissimus, qui nomen *Alcohol* merebitur, si in cochleari argenteo super chartâ, vel gossipio, in totum consumatur non tantùm, sed & gossipium simul incendat: aut, si loco gossipii impositus sit pulvis pyrius, si illum quoque incendat. Sic indicatur spiritus Vini esse optimè dephlegmatus, putaturque constare ex solo alcali, & sulphure Vini volatilibus.

Vires. *Calefacit, & siccat: potenter movet, & impellit, particulas viscidas: acidas verò deprimit, sibique associat, atque sic humores edulcorat. Est diureticus, diaphoreticus, atque cardiacus. Apud Chymicos est celebre menstruum pro extrahendis tincturis ex omni regno.*

Dos. *intra corpus est à* ʒ. j. *ad.* ℥. ß.

Rectificatio Sp. Vini prima: processus tertius.

REc. Spir. Vin. v. g. ℥. xx. *le Mort.*
Ciner. clavellat. ℥. ij.

Misce simul, & digerantur leni igne. Sic phlegma ad fundum descen-

 det;

det, ſupernatante ſpiritu ſeorſim excipiendo. Digerendum eſt horas circiter. vj.

Nota primò. Signum bene rectificati ſpiritûs eſt, ſi, recentibus cineribus immiſſis, nullum amplius phlegma deſcendat, ſed cineres ſicci remaneant.

Nota ſecundò. Si ſapore ingrato urinoſo liberandus ſit ſpiritus, duplici abſolvitur modo. Primò, mediante digeſtione, per hor. xij. Sic omne phlegma, & Sal ſolutum in ſpiritu, ad fundum deſcendet, relicto ſpiritu depurato.

Tertiò, mediante ſpiritu acido, omne ſal alcali præcipitari poterit, quod in fundo poſtea reſidebit, ſupernatante ſpiritu valde limpido, inſtar ſpiritûs Vini per deſtillationem rectificati.

Rectificatio Sp. Vini, ſecunda, ſive Sp. Vini Alcoholizatus dictus: proceſſus quartus.

REc. Sal. Alcali ℥. viij.
Spir. Vini. ℔. v.

Deſtillentur ſimul, leni igne, in arena, ex cucurbita, vel retorta, donec ſtriæ ceſſent. Spiritus collectus ſuper recens ſal rectificetur; idque adhuc ſemel repetatur.

Vires, & uſus, *amborum ſpirituum. Sp. primus inſervit tincturis omnibus faciendis è vegetabilibus, & animalibus. Diureticus inſuper eſt. Si verò extractionibus inſervire debet, nullo modo à ſale alcali liberari debet.*

Spiritus ſecundus maximè penetrans, & ſubtilis eſt: acidum in corpore oberrans mitigat multò meliùs, quàm ſp. Sal. Ammon. Inſuper inſervit tincturis è mineralibus extrahendis.

Rectificatio ſp. Vini: proceſſus quintus.

le Mort. REc. Sp. Vini. q. v. Infundatur retortæ vitreæ, in arena poſitæ, & deſtilletur, leniſſimo igne, donec circiter media pars abſtracta fuerit. Signum procedentis ſpiritûs ſunt ſtriæ, ſive venulæ oblongæ, in recipiente apparentes. Signum phlegmatis ſunt guttæ in recipiente, vel in collo Retortæ, adhærentes. Hiſce apparentibus, ab operatione ceſſandum eſt. Sp. effundatur: &, ſi ulteriùs ad puritatem Alcohol expetatur,

tatur, denuò, ut ante, destilletur. Postea ad usum recondatur in vitro arctè clauso.

Nota primò. Si sp. :...... expetatur, primâ rectificatione spiritûs Vini salia admisceri possunt in s. q. & lento igne destillari.

Nota secundò. Si spiritibus acidis dulcificandis destinetur sp. rectificandus, super salia propria rectificatio fiat, ut, si sp. Salis dulcis intendatur, super sale communi fiat rectificatio. Idem est de Nitro, & aliis.

Nota tertiò. Proba bonitatis sp. Vini est, ubi, in cochleari deflagrans, paucissimum phlegma post se relinquit.

Vires. *Menstrui loco Chymicis inservit ad extractiones, & tincturas, quascumque faciendas: mitigat ferocem, & corrosivam facultatem salium acidorum: omnes venenosas qualitates obtundit, si simplicia, vel composita, in eo, per debitum tempus digerantur, ut Mercurius sublimatus, Butyrum Mercurii, Colocynthis, Euphorbium &c.*

CAP. CCCCCXII.

Sp. Vini Tartarizatus optimus.

REc. Tartar. alb. crud. ℥. iv. *le Mort.*
Sal. Tartar. ʒ. ij.
Sp. Vin. super alcali rectif. ℥. xx.

Destillentur simul, post digestionem hor. xij. bis spiritum super fæces cohobando; &, si libet, super novas species, rectificetur.

Vires. *Penetrantissimus sp. est in doloribus podagricis, arthriticis, nephriticis, ictero, paralysi, & obstructionibus mulierum &c.*

Menstruum insuper exhibet egregium corpora quæcumque resolvens, si primò satis attenuata fuerint.

Dos. *à gutt. iv. ad. ℈. ij.*

CAP. CCCCCXIII.

Vinum Catharticum Rulandi.

REc. Fol. Sennæ pulverizat. *Mööts.*
Troch. Alhandal contus. ana ℥. j.
Zinziber. ℥. ß.

Vini

Vini albi, vel
Hydromel. menſur. j. ß. vel ℥. xl.
Infunde per noctem. Coletur: uſui reſervetur.
Doſ. ℥. *tres, quatuorve.*

CAP. CCCCCXIV.

Præparatio Vini Hippocratici faciliſſima.

Maëts. REc. Cinnam. electi. ℔. j. ß.
Zinziber. ℥. ß.
Cariophyllor. ℥. j.

Digerantur per. xxiv. horas cum tribus ſtopis Vini Gallici generoſi in balneo Mariæ. Poſtmodùm inſtituatur deſtillatio per balneum Mariæ, & auferantur duæ tertiæ, quas miſce cum viginti ſtopis Vini Gallici generoſi; quibus adde Syr. Sacchari clarificati. ℔. xxv.

Nota, quò Vinum acidiuſculum, eò etiam Vinum Hippocraticum eſt gratius.

Vinum Hippocraticum per deſtillationem: proceſſus ſecundus.

Idem. REc. Cinnam. elect. ℔. j. ß.
Zinziber. ℥. j. ß.
Cariophyllor. ℥. j.

Rudi modo contundantur, & infundantur per hor. xxiv. in Vini albi ſtopis ij. ß.

Poſtmodùm inſtituatur deſtillatio ex balneo Mariæ, & auferatur pars ſpirituoſior, ad quantitatem ſtopæ unius. Hanc ſtopam unam miſceto cum ſtopis quindecim Vini albi generoſi edulcorati cum ſyrupo ſacchari clarificati. Et obtinebis Vinum Hippocraticum gratiſſimi ſaporis, quod, pro minori, vel majori, quantitate vini additi, generoſius evadit, vel debilius.

CAP. CCCCCXV.

Vinum artificiale.

REc. Vin. alb. Gallic. vulgar stop. j. *le Mort.*
Cerevisiæ salientis (cujus processum superiùs dedimus) postquam bene fermentata est, antequam cantharis committatur. stop. ij. Misce. Et mixturæ addatur:
Sp. Vini vulgaris. ℥. iij.
Indantur cantharis, ut dictum in Cerevisia saliente. Stent per mensem. Dein usui detur.

CAP. CCCCCXVI.

Vinum Horminatum.

Claræa, sive Horminum, Abstergit, attenuat: anodyna est: ebrios facit, si in potu maceretur. Inde fit Vinum artificiale, si sacchari sufficiens quantitas in aqua coquatur, addendo parvam quantitatem Tamarindorum. Fermententur simul, & in fermentatione infunde herbæ Sclareæ manip unum. Sic stent per mensem. Deinde usui propinetur. *Idem.*

Inde possumus etiam Julapiis Vini odorem, & saporem, conciliare; si parum illius seminis, vel herbæ, in aq. plantaginis, vel rosarum &c. infundatur; & deinde exhibeatur.

CAP. CCCCCXVII.

Alcohol Vini Camphoratum egregium.

REc. Sp Vini subtilissimi ex frumento parati (quoniam est magis anodynum) ℥. xij. Camphoræ. ℥. iij. Sal. Tartar. optimè calcinati. ℥. ij. Misce. Destillentur simul per balneum Mariæ. Spiritum destillatum denuò Caphuræ relictæ affunde, & denuò destilla; idque repete septies. Spiritum ultimò prolectum usui serva. *Idem.*

Vires. *Stupendas edit operationes in Odontalgia, Cephalalgia, Paralysi, Apoplexia, Arthritide vaga, Podagra, & ad omnes affectus frigidos. Linimentum sequens inde fit:*

℞. *Sapon. Venet.* ℥. ij.
Ol. Castor. stillat. ʒ. j.
Lumbric. terrest. ʒ. ij.
Sp. Camphorat. prædict. ℥. iij.

Misce simul ad consistentiam Linimenti. Quòd si adhuc magis penetrans desideretur, addatur sp. Sal. Ammon. ʒ. j. *vel.* ij *fiat linimentum, in Paralysi, Apoplexiâ &c. In capitis affectibus fiat sequens mixtura:*

℞. *Sp. Vini super herbas cephalicas destillati.* ℥. j.
Sp. Camphorati. ʒ. j.
Aq. rorismarin. ℥. iij. *Misce.*

Hauriantur guttæ aliquot per nares, & extempore cessabit dolor capitis, vel dentium. Nota bene. Aqua rorismarini mitigat cætera. Ejus ergo vis augetur, vel minuitur, pro majori, vel minori, aquæ rorismarini dosi. Cum Sp Vini cephalico, & spiritu Camphoræ, ut superiùs mixtis, cotoneum imbuitur, & in auribus inditur. Oculorum caligini medetur per nares adhibitum. Succo Bellidis etiam in oculos instillato.

CAP. CCCCCXVIII.

Liquor Vinosus sine Vino, quoscumque alios liquores Vini odore inficiens.

le Mort. REc. Flor. Sclareæ, sive Hormini, ℔as aliquot. Fæcum Vini. q. s. Macerentur simul per dies quatuor. Dein destillentur. Liquorem destillatum bis, vel ter, rectifica super recentes flores. Dein usui serva.

Hujus liquoris, vel spiritûs, gutt. iij. vel. iv. si Vini Hogelandici pintæ uni infundantur, statim fit Vinum moscatum. Si Vino Rhenano infundatur, inde fit optimum ejus genus Backarack *vulgò.*

Si drachma una Vino, vel Cerevisiæ, infundatur, extempore ebries efficit bibentes. Si guttæ aliquot Julapio, ex aqua destillatâ facto, affundantur, Vini odorem, & saporem referet. Et non dubito, quin inde fieri possit Vinum *illud* miraculosum, *seu* Essentia Vini miraculosi, *cujus guttæ aliquot cantharum aquâ plenum in Vinum vertent.*

CAP.

CAP. CCCCCXIX.

Potus Vinaceus è fructibus saliens.

REc. Ribesiorum &c. q. v. Ex illis succum exprime. Hujus succi partem unam misce cum duabus partibus aquæ, & octavâ parte sacchari, prout, scilicet, magis, aut minùs, dulcis, expetitur. Hisce liquoribus adde aliquot Ribesia integra. Fermententur simul in loco calido, vase mediocriter clauso, donec sponte cesset. Ad singulas hujus liquoris pintas adde cochl. ß. Sacchari: Cinnamom. acuti frusta aliquot: Cariophyllor. n. iij. Cort. Citri exter. ℥. ß. Occludatur arctissimè, & ad usum reponatur. Nota: ante tres dies non est aperiendum. Sic de cæteris omnibus fructibus. *le Mort.*

CAP. CCCCCXX.

Vinum Cerasorum ad instar Vini Gallici, ex altiore terrâ dicti, vulgò Hooghlandtse-wijn.

REc. Cerasorum subdulcium. ℔. xij. Contundantur leniter, cauliculis, & ossibus, primò separatis. Coquantur in ℔. xxx. aquæ communis per horas duas, leni igne. Fiat colatura: & huic adde ℔. xij. Sacchari. Coquantur simul, donec ovum supernatare possit. Dein effundatur. Dein recipe eamdem quantitatem sacchari, & in s. q. aquæ communis coquatur, donec Ovum, ut ante, supernatare poterit. Misceantur duo liquores, & quietè stent, donec fæces ad fundum subsideant. Hisce subsidentibus, adde liquori effuso o'Tum superiùs è Cerasis collectorum, & ad pulpam contusorum. ℥. iv. Fermententur simul in loco calido per. iv. septimanas: dein in cellam reponantur usui. Et sic de Uvis nostratibus &c. *Idem.*

Vinum in cæteris omnibus fructibus eâdem methodo fit, ut plurimum ex acidis, & subausteris; quæ etiam, pro ratione aciditatis, majorem, vel minorem, Sacchari copiam requirunt. V. g. si Vinum ex Ribesiis conficiendum sit, primò elicitur succus, inde, ad succi partem unam, adduntur aquæ communis partes tres, & partes duæ Sacchari. Ex iis verò fructibus, qui subdulces sunt, ut de pomis, & pyris, mediante expressione, postquàm succus prolectus fuerit, quarta pars, vel sexta

(prout magis, aut minùs dulcis sit) Sacchari ei additur, cum drachmâ unâ Salis Tartari ad ℔. v. ut aciditas impediatur. Hâc verò cum differentiâ, quòd ubi succi meri recipiuntur, nunquàm coquendi sunt, sed tantùm lento calore in iis dissolvendum sit Saccharum.

CAP. CCCCCXXI.

Vinum Hispanicum è Gallico.

le Mort. REc. Vini Gallici. ℔. v.
Uvar. passar. optimar. ℔. j.
Sacch rubr. ℥. iv.

Conscindantur Uvæ passæ, & injiciantur Vino, unâ cum Saccharo, stentque simul in loco calido, per mensem unum, donec fermentatio cesset. Dein ad usum reponatur.

CAP. CCCCCXXII.

Nota generalis super Vina; ut & de coloribus eorum.

Idem. IN omnibus liquoribus, ubi deficit spiritus, & subacidi fiunt, sequenti modo (*Vide cap. xiij hujus libri ad illa verba, Nota secunda, super omnes liquores acidos*) illis & gratia, & tanquam maturitas conciliatur, idque primò mediantibus dulcibus, & viscosis particulis, ut & Vinis hisce meris artificialibus præcedentibus.

Ubi verò per se liquores expetantur tanquam Vinacei, nullâ additione dulcedinis, ut tamen constantes sint, sequenti modo procedendum:

♃. Ad singulam stopam liquoris, seu musti recenter expressi, spiritûs Vini opt. ℥. j. Sal. Tartar. ℥. j. Mixta reponantur ad fermentandum.

Vinis plerumque duplex inducitur color, vel flavus, vel rubescens.

Flavus color conciliatur Vinis mediante Curcumâ, vel, quod melius, mediantibus floribus pratensibus, *Boter-bloom* vulgò dictis, quibus scilicet Hollandi butyrum suum tingunt; suntque sine odore, & sapore.

Ruber color, mediante *Tarnsole*, seu panno, per quem ruberrimus succus baccarum Sambuci expressus est, inducitur. Vel etiam mediante succo mororum, vel succo ipso mero baccarum Sambuci.

CAP.

CAP. CCCCCXXIII.

Vinum Malvaticum generosum.

R Ec. Sacchar. ℔. viij. Uvar. Corinthiac. vel, deficientibus illis, passar. opt. ℔. iv. Conscindantur Uvæ. Coq. simul in s. q. aquæ ad Syrupi consistentiam. Dein liquor calidè percoletur, & fæcibus tertiam partem Vini Gallici, respectu liquoris percolati, affunde, & lentè calefiant simul: calidè postea Vinum exprimatur, & cum superiore liquore permisceatur. Recludantur simul in vase, addendo, ad singulam libram liquoris, tincturæ Cinnamom. ʒ. j. tincturæ Gariophyllor. gutt. vj. vel, loco tincturæ, Ol Cinnamom. gutt. iv. Ol. Gariophyllor. gutt. j. Sacchar. ʒ. j. fiat Elæosaccharum addendum stopis. iij. seu pintis. xij. Reponantur simul per annum. j. & generosum inde fiet Vinum, Hispanico multum præcellens. *le Mort.*

CAP. CCCCCXXIV.

Vitrioli calcinatio vulgaris.

R Ec. Vitriol. vulgar. Coslariensis, & chrystallizat. ℔. iij. Indantur ollæ terreæ, quæ apponatur igni, relinquaturque ibi tamdiu, donec bulliendo desiccatum sit ad duritiem lapidis. Et, peractâ operatione, fractâque ollâ, deprehendetur Vitrioli color triplex. In parte superiori, erit flavus; in medio, albus; in fundo ad rubedinem tendet. Atque hic est triplex modus calcinandi Vitriolum, ad flavedinem, ad albedinem, ad rubedinem. Ultimum propriè *Colcothar* dicitur; quamvis hoc nomen etiam de capite mortuo Vitrioli, post destillationem spiritûs, & olei, dicatur. Hoc Vitriolum sic calcinatum redigitur in pulverem minutissimum, & servatur usui. *Margr.*

Usus. *Inservit destillationi spiritûs, & olei, Vitrioli; ut & parandæ Aquæ forti.*

CAP. CCCCCXXV.

Calcinatio Vitrioli Philosophica.

R Ec. Vitriol. crud. Coslariens. & chrystallizat. ℥. j. Redigatur, in mortario vitreo, in pulverem subtilem. Hic pulvis, super chartâ *Idem.*

 purâ,

purâ, exponatur radiis solaribus per æstatem, quando Sol fervet, &, spatio dimidiæ horæ, totus pulvis albissimus evadet. Si verò sit tempus hybernum, exponatur charta arenæ tepidæ, & eodem modo Vitriolum in pulverem album convertetur; qui servetur usui.

Usus. *Inservit medicamentis ocularibus præparandis. Chymici etiam laudant spiritum, sive liquorem, ex hoc Vitriolo destillatum, quòd aliquid peculiare à radiis solaribus contraxisse putetur. Inservit quoque parando pulveri sympathetico: sed tum, loco Vitrioli vulgaris, calcinandum est Vitriolum Cyprium, sive cæruleum, quod & Hungaricum dicitur.*

Incineratio Vitrioli Philosophica: processus secundus.

Margr. REc. Vitrioli vulgaris, sed depurati. q. s. Expone supér chartâ bibulâ radiis solaribus, & quidem circa meridiem, cùm maximè fervent. Et, exiguo temporis spatio, Vitriolum evadet albissimum. Redige tum in pulverem, & iterum expone radiis, donec totum Vitriolum internè, & externè, sit dealbatum.

Vires. *Inservit pro vomitu excitando: præterea habet vires adstringendi, & siccandi.*

CAP. CCCCCXXVI.

Terra Vitrioli dulcis, sive Colcothar Vitrioli.

Idem. REc. Terram illam rubram, quæ in præcedenti processu (*Vide processum, cui titulus Nitrum Vitriolatum, sive Sal Ducis Holsatiæ*) post filtrationem relicta fuit. Hanc, affusâ aquâ, aliquoties edulcora. Tum, super chartâ purâ, sicca: relinqueturque terra rubra insipida, diciturque *bolus Vitrioli*, ut & *Colcothar.*

Vires. *Adstringit, & siccat: sistendo sanguini imprimis conducit: maximè si excipiatur Terebinthinâ Cypriâ, & vulgari. Inservit Chymicis in sublimatione sulphuris Veneris. Continet in se cuprum, exhibetque tincturam auream, si cum sp. Salis commun. solvatur.*

Pro-

Processus secundus.

REc. Terram illam rubram in processu, *cui titulus Sal vomitivum Vitrioli*, relictam. Edulcora illam aliquoties aquâ purâ, ut planè insipida evadat. Tum sicca, & serva usui. *Marg.*

Vires. *Egregiè siccat, & adstringit: conducitque in gravissimis hæmorrhagiis sistendis. Est autem externi tantùm usûs.*

Terra Vitrioli:
processus tertius.

REc. Caput mortuum in destillatione spiritûs, & Ol. Vitrioli relictam: *Vide processum sub hoc titulo.* Coquatur cum aquâ purâ. Tum reponatur, ut subsidat. Decanta aquam limpidam, & filtra per chartam. Colaturam serva. Terræ relictæ affunde novam aquam. Coque: dein repone: decanta: filtra. Repete hoc toties, donec aqua maneat insipida. Tum terram rubicundam diligenter exicca: aquam verò evapora in olla ferrea ad siccitatem. Sic relinquetur in fundo substantia salina, quæ vulgò dicitur *Sal vomitivum Vitrioli.* *Idem.*

Usus. *Terra Vitrioli est egregium adstringens: sistit sanguinem egregiè: imprimis si subigatur cum Terebinthinâ, & albumine Ovi. Chymici solvunt hanc cum spiritu Salis communis, & accipiunt tincturam auream, sed quæ evaporata relinquit pulverem album, qui fusus abit in cuprum. Sal verò Vitrioli, sumptum intra corpus, movet vomitum, & secessum. Exhibetur cum Aq. Cinnamomi, & Rosarum, dosi. ʒ. j.*

CAP. CCCCCXXVII.

Ros Vitrioli.

REc. Vitriol. viridis, puri, & chrystallizat. ℔. vj. Indantur cucurbitæ vitreæ humiliori, fiatque destillatio in balneo Mariæ, quamdiu aliquid prodit, quod viginti quatuor horarum spatio fieri solet, & liquor limpidus, qui prodiit in recipiens, dicetur *Ros Vitrioli*, sive *sp. Vitrioli verus Paracelsi.* *Idem.*

Vires.

Vires. *Refrigérat, aperit: putredinem arcet: unde conducit febribus extinguendis: fomiti Epileptico extergendo.*

Dos. *sunt.* ʒ. *ij.*

Ros, & phlegma, Vitrioli: processus secundus.

Marg. REc. Vitrioli purificati. ℔. x. Inde cucurbitæ vitreæ, & destilla, applicato capitello vitreo, per balneum Mariæ, per 24. horas, quamdiu aliquid prodit, donec in forma lapidis in cucurbita relinquatur. Tum desiste, & serva usui. Vocatur autem *Ros Vitrioli.* Tum recipe cucurbitam refrigeratam, & denuò destilla ex arena, adhibendo ignem per gradus, tamdiu urgendo, donec frangatur cucurbita (oportet autem cávere ne illa corruat, & simul perdat capitellum cum recipiente.) Tum desiste, & destillatum serva usui.

Usus. *Ros Angelo Salæ valde laudatur, in febribus ad refrigerandum exhibitus cum aliquo liquore alio, dosi* ʒ. *ij. Phlegma quoque laudatur à Paracelso in curanda Epilepsia, habeturque ab eodem pro genuino spiritu Vitrioli, quamvis & Ros ad idem valeat. Utrumque continet in se subtile aliquod acidum.*

CAP. CCCCCXXVIII.

Liquor Vitrioli.

Idem. REc. Cucurbitam cum Vitrioli relicto post destillationem roris Vitrioli, removeque illam ex balneo Mariæ, & inde capellæ arenæ, iterumque destilla igne tertii gradûs ad siccitatem usque, quamdiu nempe aliquid prodit. Et prodibit liquor non absimilis rori Vitrioli, eo tamen gravior, & potentior, qui vulgò *liquor Vitrioli* dicitur. Caput mortuum verò in cucurbita relictum, cucurbitâ fractâ, removeri, & conservari potest. Solet autem, sponte suâ, semper frangere cucurbitam.

Vires. *Conducit ad eadem, atque ros valet; in minori tamen dosi exhibetur. Inservit præterea ad extrahendas tincturas ex floribus Tiliæ, Pæoniæ, aliorumque anti-epilepticorum.*

CAP. CCCCCXXIX.

Spiritus & phlegma sulphureum Vitrioli.

REc. Vitriolum illud, quod relictum fuit in cucurbita post destillationem liquoris Vitrioli. Tundatur in pulverem subtilissimum. Hunc pulverem destilla, ex retortâ terreâ, in igne reverberii, per horas. xxiv. applicato recipiente terreo vitriato, cujus junctura accuratè clausa sit. Oportet autem Vitrioli accipere ℔as. viij. vel. x. ad minimum; quodque retortam non ultra dimidietatem impleat; ignemque adhibere per gradus; Ita ut sex, vel octo, horarum spatio, cum primo gradu prodeat phlegma: tum licet sensim urgere ad secundum, & tertium, gradum, adhuc per sex, vel octo horas. Reliquo tempore adhibeatur quartus gradus. Sic sp. & phlegma in unam massam colligetur, qui postea rectificatione à se invicem separari debent: Elapsis. xxiv. horis, licet removere recipiens terreum, & ejus loco applicare vitreum pro colligendo oleo. Debetque hæc operatio ad minimum continuari adhuc per. xxiv. horas, & ulterius. Sic enim colligetur oleum præstantissimum, pingue, & rubrum; quod tamen postea sponte suâ album evadit, diciturque *oleum Vitrioli verum Paracelsi*, effervescentiam excitans cum aquâ, liquoribusque aliis aqueis. *Margr.*

Vires. *Sp. Vitrioli refrigerat, adstringit; bilem coagulat: partes roborat: valet ad extinguendos ardores febriles. Oleum potentiùs adstringit: est præstantissimum catheraticum: inducit escharam, sive crustam: sistit sanguinis profluvium. Pro menstruo inservit in multis operationibus Chymicis.*

Dos. *spiritûs sunt aliquot guttæ: oleum externè tantùm adhibetur.*

Spiritus & Oleum Vitrioli: processus secundus.

REc. Vitriolum calcinatum, & pulverizatum. Inde retortæ terreæ Hassiacæ, aut, si talis non potest haberi, retortæ vitreæ bene loricatæ. Destilla ex igne aperto, applicato primò recipiente terreo, & post. xxiv. horas applicetur recipiens vitreum. Ego soleo per. xxiv. horas destillare ex retortâ terrea cum recipiente terreo; & hoc tempore accipio liquorem, ex phlegmate Vitrioli, & spiritu ejus, conflatum: postea rectificatione separo phlegma à spiritu, & primò prodit phlegma. *Idem.*

Quando jam guttæ acidæ cadunt, tum applico purum recipiens, & ſenſim prodit ſpiritus. Quod in priori deſtillatione relinquitur Vitriolum, illud indo retortæ vitreæ loricatæ, & deſtillo per ignem reverberii, idque per xxviij. horas, niſi fortè infortunium acciderit, & retorta fracta ſit: tum enim deſiſtendum eſt. Sic accipitur liquor rubicundus conſiſtentiæ piceæ, quod eſt *verum Oleum Paracelſi* dictum. Ex quo ſeparatur *ſulphur narcoticum Vitrioli*, eſtque igneæ planè ſubſtantiæ, effervescens potenter cum proprio phlegmate, & cum omni aquâ, ſine dubio eâ de cauſâ, quod multum ſubſtantiæ cupreæ ignitæ in ſe contineat. Nam ex hoc oleo præcipitari poteſt ſubſtantia alba, quæ fuſione in cuprum abit. Et hæc eſt ratio, quare Oleum Vitrioli effervescit ſine alcali cum ſola aqua, quia eſt inſtar ferri igniti, quod in aqua extinguitur.

Vires. *Oleum hoc Vitrioli inſervit parando ſulphuri narcotico Vitrioli, & etiam inſervit deſtillando ſpiritui Salis Glawberiano. Eſt item inſigne catheraticum in ulceribus, quia in momento deſtruit eſcharam carnis putridæ. Paracelſo inſervit ad multa paranda arcana.*

Præparatio ſpiritus & Olei Vitrioli: proceſſus tertius.

Maëts. REc. Vitrioli Hungarici, vel Goſlarici, vel Anglici, prout Artiſtæ viſum fuerit. Calcinetur, ut artis eſt, ad albedinem. Confringatur in fruſta iſtius magnitudinis, ut collum retortæ terreæ intrare queant. Fiat deſtillatio ex igne aperto: primò quidem leni igne: ita enim exudat portio phlegmatica cum ſpiritu volatili Vitrioli. Ignem ſucceſſivè auge, quouſque retorta probè candere incipiat. Sic enim tranſit ſp. Vitrioli acidus. Tandem ignem urge ad extremam violentiam. Sic enim tranſibit in vas recipiens oleum Vitrioli rubicundum, corroſivum valde. Ignem verò per. xx. horas iſto tenore fove ad ultimam liquoris egreſſionem. Omnibus refrigeratis, quodcumque deſtillatum eſt, in cucurbitam altam, vel phialam longioris colli conjice, & igne leniſſimo ſpiritum volatilem Vitrioli collige. Reliquum retortæ vitreæ committatur, & phlegma mediocri igne auferatur. Quod ſubſequitur ſp. Vitrioli acidus, remanente in fundo Oleo Vitrioli corroſivo, & valde ponderoſo.

Vires. *Sp. Vitrioli ſummum eſt aperiens, uti & diaphoreticum. Quem proinde Paracelſus, in ſuo Diaphoretico, in peracutis revocat in uſum medicum.*

♃. Sp.

℞. *Sp. Vin. rectific.* ℥. iij.
Sp. volatil. Vitriol. ℥. j.
Aq. Theriacal. Camphorat. ℥. v.

m. f. mixtura de tribus *dicta. Sudores excitat: putredini resistit: & summis cum successibus in morbis malignis per sudorem curandis exhibetur.*

Dos. *sp. Vitrioli vol. à gutt. vj. ad. xx. in vehiculo convenienti.*

Sp. Vitrioli acidus refrænat, & compescit, ebullitiones Salis, & Sulphuris volatilis, in sanguine humano: ac proinde in febribus ardentibus cum Julapiis, Claretis, similibusque vehiculis, frequenter exhibetur.

Ol. Vitrioli causticum non ita interiùs exhibendum suadeo, nisi cum aliis bene sit temperatum. Hoc, cum sale Tartari fermentatum, nobilissimum exhibet medicamen; Tartarum, scilicet, Vitriolatum. De quorum omnium viribus, & dosi, consulatur Angelus Sala in Anatomia sua Vitrioli, *Brendelius, Scroderus, le Febvre, Geslerus, & similes.*

Vide cap. 539. ubi plura huc spectantia.

CAP. CCCCCXXX.

Sulphur Vitrioli, sive primum Ens Veneris.

REc. Terræ Vitrioli rubræ, & edulcoratæ; Sal Ammon. ana ℔. ß. Redigantur omnia seorsim in pulverem; qui misceatur exactè; sublimeturque ex cucurbita terrea, in igne aperto, in capitellum vitreum, quamdiu aliquid prodit. Adscendentque flores lutei; qui aquâ purâ ex capitello separari debent. Aqua verò, flores in se continens, leni igne, in ollulâ munda evaporetur ad siccitatem usque. Et in fundo remanebunt flores rubicundissimi compositi ex Sale Ammoniaco, & sulphure Vitrioli. Sulphur verò à sale Ammoniaco separatur, si flores digerantur per noctem cum alcohol Vini, quod postea decantatum, & evaporatum, relinquit sulphur Vitrioli purissimum, quod *primum Ens Veneris* dicitur. *Marg.*

Usus. *Inservit elaborandis Chymicorum multis arcanis. Præcipuè autem ingreditur in lapidem Butleri apud Helmontium. Cujus descriptio extat in Helmontii libro* Butler *dicto.*

Processus secundus.

REc. Caput mortuum Vitrioli siccat. ℥. iv. Sal Ammon. subtilissimè triti, tantumdem. Misceantur diligenter in mortario ferreo. Hæc *Idem.*

massa sublimetur ex cucurbita terrea, in igne aperto, quamdiu aliquid adscendit; quod paucarum horarum spatio contingit. Flores lutei, subrubrique, diligenter colligantur, serventurque usui sine edulcoratione.

Usus. *Dicuntur in se continere sulphur Veneris anodynum, si nempe edulcorentur cum aquâ purâ, & per aliquot dies reponantur, donec pulvis rubicundus subsederit. Hic pulvis aliquoties edulcoratur, & siccatur. Helmontius novit huic pulveri inducere dulcedinem sacchari, dicitque tum valere ad longam vitam. De usu tamen internò parum aliàs Medicis, & Chymicis, constat.*

CAP. CCCCCXXXI.

Sal vomitivum Vitrioli.

Marg. REc. Caput mortuum post destillationem Olei Vitrioli relictum. Coq. in ollâ ferreâ cum aquâ purâ. Repone per noctem, ut rubicundus pulvis petat fundum. Tum aquam superfluitantem decanta, & filtra per chartam. Colaturam evapora ad siccitatem usque; & quidem in vitro puro. Quod relinquitur, dicitur *Sal vomitivum Vitrioli.*

Vires. *Movet vomitum, & secessum.*

Dos. *est.* ℈. *j. in aq. Cinnam.* ℥. *j.*

CAP. CCCCCXXXII.

Sulphur, sive Balsamus narcoticus, Vitrioli.

Idem. REc. Ol. Vitriol. veri
Ol. Terebinth. per se destillat. ana ℥. ß.

Misceantur in cucurbita paulò altiori, vitrum crebriùs agitando. Et in momento maxima excitabitur effervescentia, quæ sæpe etiam vitrum rumpit; & in flammam erumpit, si elychnium adhibeatur. In hac effervescentia oleum Vitrioli sulphur suum conjunget cum oleo Terebinthinæ, fietque aliquis Balsamus rubicundus, & odoratus, Opium referens. Hic Balsamus, in ollula munda, cum aqua pura, paululum coquatur. Sic, separato oleo Terebinthinæ, & acido Vitrioli, relinquetur Balsamus crassus ex sulphure Vitrioli productus, qui vulgò *sulphur narcoticum Vitrioli* dicitur.

Vires.

Vires. *Easdem habet cum Opio, sed mitiores. Unde Opio præfertur, & præcipuè in affectibus pectoris deprædicatur.*

Dos. *est gr. j. vel gr. ij.*

CAP. CCCCCXXXIII.

Vitriolum Martis.

REc. Limatur. Martis. ℥. j. Ol. Vitriol. (quod multò acidius est ejus spiritu.) ℥. j. ß. Aquæ pluvialis. ℥. iij. Misce & stent in digestione. xij. horas, sæpiùs commovendo, donec viridi colore tingatur, & dulcem referat saporem. Aqua tincta filtretur, & ad pelliculæ apparentiam evaporetur. Deinde reponatur in cella ad chrystallizandum, immittendo bacillos teretes. Chrystallos exemptas sicca. Reliquum aquæ, in qua Vitriolum latet, denuò evapora, ut antea, donec omne Vitriolum acquisiveris. Si bene operatus fueris, ex ℥. j. Martis. ℥. ij. Vitrioli habebis. *le Mort.*

Processus secundus.

REc. Limatur. Martis. ℥. iij. *Idem.*
Ol. Vitriol. ℥. iv.
Aq. commun. q. s.

Digerantur invicem, donec limatura planè dissoluta sit, videlicet, per hor. xij. Solutionem filtra; & evapora ad cuticulæ apparentiam.

Reponatur in cella; & chrystallos ad fundum mittet, viridis coloris, in spatio circiter hor. xxiv. Quas collige; & liquorem supernatantem denuò evapora; & repone, ut antea; qui alias chrystallos dabit; quæ collectæ super papyrum exiccentur.

Nota. Liquor restans, qui chrystallizari non vult, sub nomine *spiritûs Spadani* reservetur, quia, si guttulæ aliquot hujus liquoris instillentur aquæ communi, aquam Spadanam, vel mineralem referet, & inde fieri possunt liquores chalybeati.

Dos. *à gutt. iij. ad gutt. xxx.*

Vires. *Deobstruens est summum: vermes necat: & cachexiæ mulierum conducit: vomitum ciet, si in nimiâ dosi sumatur: humores pituitosos, & serosos, expurgat.*

Dos. *à gr. iv ad. xx. Et cum eo in virtute convenit sp. Spadanus.*

Ex eo fiunt aquæ minerales acidulæ sequenti modo:

♃. Aq. font. vel pluv. ℥. xx.
Sp. Spadan. q. ſ. ut ſaporem ingratum efficiat, gutt. ſcil. x. vel. xij.
Lintei ſulphurat. long. medii circiter dig.

Suſpendatur linteum illud incenſum ſuper aqua, ut vaporem excipere poſſit. Dein uſui ſervetur aqua.

Proceſſus tertius.

le Mort. REc. Ol. Vitriol. part. vij.
Limatur. Mart. puriſſim. part. vj.

Mixtis ſuperfunde
Aq. commun. part. ij.

Scilicet, reſpectu olei. Macerentur ſimul, donec effervescentia planè ceſſet. Dein adde ſ. q. aquæ recentis calefactæ, ut omnes chryſtalli, & pulvis, diſſolvi queant; & filtretur ſolutio calida. Filtrata ad tertiæ partis remanentiam evaporetur: poſtea in cella ponatur, &, ſpatio ſex horarum, chryſtallos ſub-virides deponet, in umbrâ exiccandas. Sic ad uſum reſerventur.

Vires. *Vomitum, in nimiâ doſi propinatum, ciet: vermes necat: putredinem arcet: obſtructiones tollit.*

Doſ. *à gr. iij. ad.* ℈. *j.*

Sal, ſive Vitriolum, Martis:
proceſsus quartus.

Marg. REc. Ol. Vitriol.
Limatur. Martis puriſſ. ana ℥. ß.

Limaturæ Martis affunde:
Aquæ puræ. ℥. iv.

Tum ſuperaffunde Oleum Vitrioli; & in cucurbita vitrea ſimul repone, in arena ignis tertii gradûs, per horas ſex; ut ſimul bulliat. Tum filtra calidè per chartam. Colaturam repone in cellam per hor. xxiv. ut concreſcant chryſtalli virides. Quæ ex liquore ſunt auferendæ, & ſuper charta pura, ſine igne, exiccandæ. Reſidua aqua evaporetur ad dimidias; iterumque repone in cellam. Sic denuò concreſcent chryſtalli; quas pariter ſicca, & ſerva uſui.

Vires. *Habetur pro inſigni deobſtruente, & corrigente humores acidos, & acres.*

acres. Solvitur in quolibet liquore: vel etiam calcinatur ad albedinem, & cum aliis redigitur in massam pilularum pro purgandis humoribus crassis.

Dos. *est.* ℈. ß. *ad* ℈. *j.*

Præparatio Vitrioli Martis: processus quintus.

REc. Limaturæ Martis. q p. Eique affundito Oleum Vitrioli phlegmate suo permixtum, quousque effervescentiam sedatam observaveris. Quo peracto, affundito aquam pluvialem. Illa enim combibit omne Vitrioli ex Marte corrosum. Hanc filtra, & leni igne evaporato ad cuticulæ apparentiam, quietoque loco committito. Ita concrescent chrystalli Martis, ipsum *Vitriolum Martis* dictum. *Maëts.*

♃. Hujus Vitrioli Martis. q. p. Illudque resolvito in aq. pluv. eâ quantitate, ut aqua Vitriolicum referat saporem. Cùm verò occludis tuum vasculum, in quo aquam hanc Vitriolicam reservare animus est, sequenti Sulphuris fumo præparato imprægnato:

♃. Sulphuris puriss. q. p. Fluat in patina terrea; eique misceto Sem. Coriandri contusa. Quo peracto, trajice linteum per hoc sulphur fusum, & refrigerare finito. Linteum incendito, &, ut artis est, fumum collo vasorum excipito. Ita aqua redolebit mineram sulphuris, saporemque exhibebit metallicum Martialem.

Usus *harum aq. artificialium coincidit cum aquis Spadanis. Urinam cient: obstructiones Lienis, & Mesenterii, potenter resolvunt. Vitriolum autem Martis specificum est in vermibus pellendis.*

Dos. *à gr. v. ad gr. xij. vel.* ℈. j.

Processus sextus.

REc. Limatur. Martis. q. p. Huic affunde stillatim Oleum Vitrioli cum phlegmate suo permixtum, quousque effervescentiam sedatam observaveris. Relinquantur per aliquod temporis spatium, & totam massam quasi in Vitriolum conversam observabis. Huic affunde aquam pluviam ad eminentiam trium, vel quatuor, digitorum transversorum. Ita enim pluvia in se combibit Vitriolum Martis. Pluviam filtra, &, ut artis est, ad cuticulæ apparentiam evapora, & in loco quieto chrystallos expecta virides. Reliquum liquoris de novo ad cuticulæ apparentiam evapora; & procede, ut prius. *Idem.*

Vires.

Vires. *Exhibetur Vitriolum hoc in obstructionibus mensium, Mesenterii, in passionibus hypochondriacis. Præterea specificum antidotum est contra vermes.*

Dos. *à gr. iv. ad. xij.*

Ex hoc Vitriolo Martis aquam Spadanam si componere velis, hoc modo procedito:

℞. Aq. pluviæ filtratæ, & admodùm coctæ. q. p. Cum hac misce tantum Vitrioli Martis, donec mineralem, & Vitriolicum saporem, acquirat. Hâc repleto ampullas tuas, &, ut artis est, Vitriolum sulphure imbue, hac methodo:

℞. Sulphuris depurati. q. p. Fluat in tigillo, & eo commisce grana aliquot Coriandri. Sulphure isto fluente linteamina, prout artis est, trajice, ac incende; fumumque sulphuris in orificium ampullarum tuarum, per tubum flando, coge. Ita enim aqua tua mineralis odorem sulphuris concipiet. Quam arctim sigilla subere, in duabus partibus resinæ picis, & unâ parte picis liquidæ, tincto.

Aqua hæc ægris exhibetur eo regimine, ut successivè dosim augeas, quousque ejus operationem per diuresim, vel quandoque per sedes, observes. Saporis gratiâ, addere poteris singulis dosibus grana aliquot Sacchari Anisati.

Cap. CCCCCXXXIV.

Sal album Vitrioli.

le Mort. REc. Vitrioli Martis quantum volueris. Calcinetur ad rubedinem. Dein extrahe, cum aquâ communi, Sal album, ut moris est.

Cap. CCCCCXXXV.

Panacea ex Vitriolo.

Maëts. REc. Vitrioli Hungarici. q. pl. Ex quo, ut artis est, elicito oleum per Vulcanum strenuissimum. Quod oleum rectificato. Caput mortuum aëri exponito, eâ lege, ne pluviâ madefieri queat, & ut à radiis solaribus defendatur. Oleum tuum rectificatum affunde limaturæ Martis purissimæ, ab omni immunditie loti. Post effervescentiam tibi comparato, ut artis est, Vitriolum Martis viride. Quod Vitriolum de novo destillationi exponito, ut fieri solet in oleo Vitrioli vulgari. Caput mortuum

tuum etiam, ut prius dictum, aëri expone per quinque, aut sex, septimanas. Ita caput mortuum Vitrioli artificialis, & nativi Vitrioli, impraegnantur sale quodam aëris. Quem, beneficio aquæ pluvialis, ex capite mortuo elicito.

♃. Horum Salium ex capitibus Vitrioli præparatorum. ana ℥. j. Hisce affunde Olei tui. ℥. ß. Croci Solis. ʒ. ij. Coquantur simul in furno lampadis, quousque massam tuam in formam lapidis medicinalis coagulatam observes.

Vires. *Panacea hæc, ita dextrè elaborata, medicina est universalis, (quantum fieri potest,) ordinariò per sudores, & urinas, opus suum exequens destinatum.*

Dos. *à gr. j. ad. v.*

De præparatione Croci Solis ad præcedentem Panaceam Vide cap. 428: sed & hic traditur iisdem fere verbis:

Præparatio Croci Solis ad præcedentem Panaceam.

ACc. Solis per Antimon. purgat. & subtilissimè laminat. ℥. ß. *Maëts.*
Nitri opt. purificat. ℥. x.
Alumin. ℥. viij.
Sal. commun. ℥. v.

Misceantur simul, committanturque cucurbitæ vitreæ. Quibus affunde aq. pluv. q. s. pro dissolutione salium. Coq. simul ad siccitatem: & denuò aquam pluvialem affunde. Iterum ad siccitatem coquito: hoc repetendo, quousque aurum tuum in salibus dissolutum observes. Et habebis solutiones Solis, coloris aurei. Cui guttatim instilla Oleum Tartari per deliquium, quousque pulvis Solis in fundo consideat omnis. Quem ab omni salsedine edulcora, & exicca. Ita obtinebis Crocum Solis violaceopurpureum, sudoriferum, & cordiale, magnarum virium.

CAP. CCCCCXXXVI.

Oleum Vitrioli volatile, dulce.

REc. Mercur. vivi, à nigredine loti. ℥. j. *Idem.*
Ol. Vitrioli rectificat. ℥. iij.

Committantur simul retortæ vitreæ, &, ex arena, instituatur destillatio.

tio. Quam continuato usque ad siccitatem Mercurii. Et obtinebis Turpethum minerale cum oleo Vitrioli elaboratum.

Huic Turpetho affunde alcohol Vini purissimi. ℥. vj. Stent in digestione per noctem. Mane autem instituatur destillatio. Ita enim obtinebis oleum Vitrioli, blando cum igne, unà cum sp. Vini transiens in vas recipiens.

Liquorem destillatum denuò Turpetho affundito, & instituatur destillatio, ut priùs. Et hoc continua, quousque Mercurium rectificatum observabis. Ita enim oleum dulce, & volatile, factum est per sp. Vini; & præparatum est menstruum maximarum virium in tincturis extrahendis ex vegetabilium, & mineralium, regno.

Vires. *Interiùs liquor hic exhibitus convenit cum virtutibus sp. Nitri dulcis. Phlegmata tenacia incidit: appetitum prostratum instaurat: obstructiones mensium, & Mesenterii, fæliciter resolvit; præcipuè si hoc cum menstruo Elix. Propr. Paracelsi elaboratum fuerit.*

Dos. *à gutt. iv. ad gutt. xv. vel. xx.*

CAP. CCCCCXXXVII.

Oleum Vitrioli.

le Mort. REc. Vitrioli Martialis. ℔. v. Imponantur ollæ, in medio igne, ad calcinandum. Signum calcinationis perfectæ est, cùm olla inferiùs penè candefacta est, & Vitriolum vapores ferè nullos ampliùs emittit.

Hoc Vitriolum calcinatum, fractâ ollâ, pulverizetur. Deinde imponatur retortæ huic operationi convenienti & destilletur, apposito magno recipiente, lutatis optimè juncturis.

Signum spiritus, & olei, prodeuntis est, ubi recipiens vaporibus albis repletum apparet. Continuetur ignis eodem gradu fortissimo per hor. v. Et obtinebis Olei ℔. j. vel plus, secundùm bonitatem Vitrioli.

Frigefactis omnibus, linteum humectatum luto obducatur. Sic humectabitur lutum, & facillimè postea delutari poterunt.

Rectificatio ejusdem.

SI rectificare lubet, & spiritum ab oleo separare. Oleum, retortæ vitreæ immissum, destilletur; primò lento igne. Sic primò prodit parum

rum phlegmatis, cum ſp. volatili ſulphureo. Secundò prodibit ſp. acidus. Tertiò, in fundo remanebit oleum acerrimum, inſtar aquæ limpidum.

Nota primò. Signum Vitrioli Martialis eſt, ſi cultro affrictum nullam poſt ſe notam relinquit.

Nota ſecundò. Si Vitriolum non bene ſit calcinatum, tantò plus phlegmatis elicitur, & majori rectificatione eget.

Nota tertiò. Vitriolum Veneris minimam quantitatem olei præbet, majorem copiam ſpiritûs gratiſſimi, inſtar ſp Sulphuris per Camp.

Nota quartò. Vitriola etiam fieri poſſunt artificialia, è quibus puriſſimos, & efficaciſſimos, ſibi Chymici pollicentur ſpiritus; nimirum è Vitriolo mediante ſulphuris flammâ acidâ parato. Verumenimverò cùm artificioſa nil plus efficiant, quàm naturalia, ſtultum eſt magnis ſumptibus illud parare, quod nullo negotio, aut ſumptibus, acquiri poſſet. Quia ſp. & Ol. è Vitrioli artificiali parata, idem planè præſtant, quod ex naturali. Et Vitriolum artificiale, tali modo paratum, pluris conſtat, quàm ipſum oleum Vitrioli ex naturali paratum.

Vires ſp. *Fixat omnia volatilia: ſulphura mineralium, & metallorum, extrahit. Salia muriatica efficit. Omnia ſalia volatilia retinet, & à fuga cohibet, & ejuſdem fere notæ eſt cum oleo ſulphuris per Camp.*

Ol. plurimis inſervit operationibus Chymicis, ut & aliis mechanicis, artib. v. g. tinctoriæ: metalla corrodit: & omnibus morbis medetur refrigeratione opus habentibus.

Doſ. *ſp. gutt. x. in liquore conven.*

Olei. ad gutt. iv.

Phlegma Vitrioli convenit vermibus puerorum, & externè Eryſipelati.

Doſ. *à cochl. ß. ad. ij.*

Sp. volatilis ſulphureus Epilepſiæ medetur, Apoplexiæ, Paralyſi, & omnibus ſubitaneis affectibus, qui ex ſpirituum ſuffocatione proveniunt.

Doſ. *gutt. j ad. x. Et ſolus halitus etiam ſufficere ſolet.*

Ros Vitrioli deſtillatur in balneo Mariæ, quamdiu aliquid prodeat. Qui eſt refrigerans, aperiens, & putredini reſiſtens: febres extinguit: & fomitem extergit.

Doſ. *ad. ʒ. ij.*

Tum liquor poſtea ex eodem, in arena, deſtillatur etiam quamdiu aliquid prodeat, rore fortior, ſed iiſdem conveniens; quæ operationes calcinationi poſſunt ſubſtitui. Quibus peractis, ſpiritum, & oleum, modo deſcripto, elicere conabimur.

Oleum Vitrioli:
processus secundus.

le Mort. REc. Vitrioli Martialis ad viridem colorem vergentis. ℔. j. Calcinetur in olla, ad siccitatem usque. Fractâ ollâ, eximatur Vitriolum, quod flavi apparebit coloris, vel, si ignis intensior fuerit, subrubri. Pulverizetur. Pulverizatum retortæ infundatur. Applicetur recipiens; quò majus, eò melius. Et igne nudo, primò leni, donec vapores albi appareant, postea fortiori, ad summam usque incandescentiam, propellatur per. v. vel vj. horas. Singula libra horam unam requirit. Refrigeratis deinde omnibus, lutum humido linteo molle reddatur, donec cum cultro facile dimoveri queat. Effundatur postea recipiens, & , si bene operatum fuerit, libra una Olei valde fortis erit. Quod in usum repone.

Vires. *Causticum est, plurimis operationibus Chymicis inserviens. In genere figit omnia mineralia, & metalla volatiliora: viciniam particularum lædit; ita ut in pulverem abeant: refrigerat: effervescentiam sanguinis sedat: bilem temperat.*

Dos. *internè à gutt. j. ad. iv. in vehiculo convenienti.*

CAP. CCCCCXXXVIII.

Sulphur Vitrioli, seu Crocus Martis subtilissimus.

Idem. REc. Vitrioli Martis solutionis. q. v. Ei instilla guttatim Ol. Tartari per del. q. s. Sic coagulabuntur simul instar pulpæ. Huic superfunde aquam communem. Sic in fundum descendet pulvis, à supernatante aqua, per decantationem, seu effusionem, separandus; vel mediante filtratione, ubi liquor omnis expetitur. Pulveri restanti recentem aquam superfunde tamdiu, donec insipidus planè sit. Dein exiccetur, & cum Alcohol Vini digeratur per tres, vel quatuor, dies. Dein separato, per incendium, Alcohol Vini, pulvis ad usum servetur.

Vires. *Potentissimus est hic Crocus in mensium obstructione, cachexiâ, melancholiâ hypochondriacâ, puerorum vermibus, Ictero, febribus intermittentibus.*

Dos. *à gr. iij. ad.* ℈. j.

CAP. CCCCCXXXIX.

Ex Vitriolo præparatio Diaphoretici Paracelsi in peracutis.

REc. Vitriol. ad albedinem calcinat. q. p. Committatur retortæ terreæ, & ut artis est, inde præparetur Ol. & Sp. Vitrioli. Hoc peracto, Oleum, Spiritum, & phlegma, Vitrioli cucurbitæ committito altiori, &, lenissimo igne, spiritum volatilem auferto, quem in vase vitreo, arctissimè sigillato, usui reserva. Hunc si miscueris cum sp. Tartari rectificato, & sp. Vin. Theriacal. camphorat. genuinum obtinebis *Paracelsi Diaphoreticum, in peracutis, sudores potenter movens, & obstructiones resolvens.* Maets.

CAP. CCCCCXL.

Spiritus Urinæ.

REc. Urinæ recentis. ℔. vj. Include vasi terreo optimè clauso subere. Hoc vas Urinam continens infodiatur terræ ad aliquot pedum profunditatem: relinquaturque ibi per menses duos, vel tres, quibus elapsis deprehendetur fermentata, sive putrefacta, pessimi fœtoris. Hæc Urina idonea est pro destillatione spiritûs, & salis volatilis; adhibeturque hic modus fermentandi præcipuè hyberno tempore. Quòd si verò tempus sit æstivum, tum illud vas Urinam continens reponatur in aliquo loco superiori ædium, sub tecto nempe domûs; & intra septimanas duas, vel tres, æquè fœliciter Urina fermentabitur, ut possit elici spiritus. Marg.

Quòd si verò aliquis compendio uti velit, cujus ope omni tempore, ex Urinâ recenti, sp. Urinæ legitimè destillari possit, is recipiat Urinæ recentis, & quidem hominis Vinum bibentis, ℔. iiij. Cui addatur Salis alcali. ℔. j. fiatque destillatio ex cucurbita vitrea ad tertiæ partis remanentiam. Quod prodiit, rectificetur ad dimidium, & habebitur sp. Urinæ genuinus, ex spiritu vinoso, sive volatili, & sale oleoso, conflatus; qui propriè sp. Urinæ dicitur.

Usus. *Plerumque Chymicis inservit pro menstruo in tincturis metallorum extrahendis. Habetque hoc præcipuum, quòd Sal volatile non sinit coagulari, sed illud semper madefaciendo conservat, ne inter digerendum ad capitellum sublimetur.*

Vide cap. 470. in processu, cui titulus Sp. Tartari, & Urinæ, volatilis.

Cap. CCCCCXLI.

Sal volatile Urinæ.

Margr. REc. Urinæ recentis, hominis sani, bibentis ordinariè, & modicè, Vinum, non verò abutentis vino. ℔. C. Evapora, in ollâ ferreâ latâ, super igne satis forti, & aperto, per diem, & noctem, donec relinquatur massa nigra consistentiâ syrupi alicujus liquidioris. Ulteriùs ne procedatur, quia sic unà avolaret Sal volatile. Hanc massam inde cucurbitæ vitreæ. Eique adde salis alcali. ℔. ß. cinerumque vulgarium cribratorum, fortè, partem tertiam, respectu massæ relictæ. Misce, & destilla, ex arena, ad siccitatem usque; & prodibit sal volatile, partim in formâ liquida, partim in forma sicca. Sequenti die, quod prodiit, cohoba, & igne primi, & secundi gradûs, adhuc semel destilla, & adscendet Sal volatile, in principio statim, in forma sicca. Quod tamdiu destilletur, donec incipiat à sequenti phlegmate dissolvi. Tum verò eximatur sal volatile, solvaturque aquâ purâ, filtreturque per chartam, destilleturque adhuc semel ex phialâ oblongâ; &, si placet, aliquot unciæ addantur salis Tartari: sic enim fœtorem deponet urinosum. Et habebitur sal volatile purissimum, salis Ammon. æmulum; quod commodè intra corpus exhiberi potest.

Vires. *Potenter attenuat, & incidit: penetrat: acida omnia expugnat. Est diureticum, & hydragogum: hinc pro arcano celebratur in hydrope: pituitam resolvit, & plurimis maximis morbis, præsertim chronicis, medetur. Externè adhibetur pro anodyno partibus podagricis dolentibus. Resolvit etiam humorem in oculis contentum.*

Dos. *intra corpus est* ℈. ß. *in aquâ aliquâ appropriatâ.*

Processus secundus.

Idem. REc. Urinæ recentis, & quidem hominis sani, bibentis vinum ℔. L. Evaporetur, in olla ferrea, ad consistentiam syrupi liquidioris. Tum relictum recipe: inde cucurbitæ vitreæ, & adde cinerum clavellatorum ℥. iv. Cinerum vulgarium cribratorum q. s. ut massa fiat mollis. Hanc destilla, ex arena, igne tertii gradûs, donec nihil ampliùs prodeat

deat. Sic adſcendet ſal volatile, tam in forma liquida, quàm ſicca. Solvantur omnia pauxillo aquæ puræ, & ſuper cineribus clavellatis, aut ſale Tartari, rectificentur, ex purâ cucurbitâ vitreâ, paulò ultra dimidium. Sic prodibit Sal volatile in forma ſicca, ubique adhærens lateribus capitelli. Quando jam hoc ſal volatile à ſubſequente phlegmate commodè diſſolutum eſt, tum deſiſte à deſtillando, & liquorem ſerva. Poſtea:

♃. Hunc liquorem. Et ſublima ex phiala oblonga, quamdiu aliquid prodit, & adſcendit ſal volatile albiſſimum in forma ſicca: quod mox conſequetur aliud in forma liquida. Conjunge ambo, & ſerva ſub forma liquoris, qui vulgò dicitur *ſpiritus Urinæ*, & *ſal volatile Urinæ*. Quamvis alii propriè ſpiritum Urinæ vocent illum, qui ex Urina fermentata deſtillatus eſt, quique, præter Sal volatile Urinæ, etiam ſpiritum volatilem Urinæ continet. Poteſt etiam in rectificatione ſalis volatilis Urinæ addi ſpiritus Vini. Hoc enim modo Sal volatile Urinæ augebitur, ejuſque fœtor magis temperabitur.

Vires. *Sal volatile Urinæ maximâ ex parte cum ſale volatili Ammoniaco convenit: imprimis fermenta corrigit acida: obſtructiones reſerat: hydropicorum aquas educit: præfertur à multis Chymicis, & Medicis, ſali volatili Ammoniaco, quòd Sal Ammoniacum putetur parari ex varia Urina quorumvis hominum, tam ſanorum, quàm ægrorum, etiam elephantiacorum, leproſorum, lue Venereâ laborantium.*

Doſ. ℈. ß. *in aliquo liquore deſtillato.*

Proceſſus tertius.

REc. Urinæ recentis, hominis ſani, bibentis vinum, libras centum. Evapora in olla ferrea per diem, & noctem, donec relinquatur maſſa conſiſtentiæ ſyrupi liquidioris. *Marg.*

Huic maſſæ admiſce cinerum cribratorum. ſ. q. id eſt, ut conſiſtentiam mellis acquirat, ſimulque admiſce cinerum alcalizatorum ℔. j. aut, ad minimum, ℔. ß.

Deſtilla ex cucurbita vitrea, in arena, igne tertii gradûs, donec nil ampliùs adſcendat. Vaſe refrigerato, reaffunde Sal volatile, & liquorem, qui prodiit, capiti mortuo; & iterum deſtilla, ſicut antea. Sic habebitur copioſum Sal volatile. Quod deſtillatâ aliquâ aquâ diſſolve, & denuò ex cucurbita pura ſublima. Repete hoc aliquoties, ſemper ſolvendo aliquâ aquâ deſtillatâ odoratâ. Sic habebitur tandem Sal volatile puriſſimum, omnis fœtoris expers; quod conſervetur uſui.

Nota bene. Si sæpiùs rectificetur super aliquod alcali, longè purissimum evadit. Aliqui ultimò etiam rectificant cum sp. Vini, quo modo sal volatile evadit oleosum, & pingue.

Vires. *Egregiè resolvit, dissipat, attenuat: destruit fermenta acida: atque hinc conducit hydropi, variisque morbis chronicis aliis, Scorbuto, hypochondriacæ affectioni, Epilepsiæ, Paralysi.*

Dos. *est à* ℈. ß. *ad.* ʒ. ß.

Processus quartus.

Margr. REc. Urinæ recentis, hominis bibentis vinum. ℔. x. Evapora, in olla ferrea, eòusque donec relinquatur consistentia syrupi liquidioris. Huic admisce cineres cribratos, ut fiat massa mollis. Hanc massam destilla, ex cucurbita vitrea, in arena, igne tertii gradûs, donec nil ampliùs adscendat. Sic prodibit, primò, phlegma: tum sequetur sal volatile, in forma liquida: ultimò prodibit Sal volatile, in forma sicca. E contrario fit in sale volatili Ammoniaco.

Sequenti die misce omnia, & capiti mortuo reaffunde: iterumque destilla: & adscendet, primò, sal volatile *in forma sicca*; tum *in forma liquida.* Quando jam phlegma sequitur, desiste: & sal volatile solve aquâ purâ: filtra per chartam: sublima per phialam, &, si placet, adde sal Tartari. Sic habebis sal volatile purissimum; quod servetur usui.

Vires. *Insigniter attenuat, & incidit, resolvit: ducit aquas hydropicorum: movet urinas, atque sudorem: medetur omnibus morbis chronicis externè, & internè, adhibitum.*

Dos. *est intra corpus à* ℈. ß. *ad.* ʒ. ß. *in aliquo liquore destillato.*

Præparatio Salis volatilis Urinæ, tam in forma sp. quàm salis: processus quintus.

Maëts. REc. Urinæ recentis. q. p. Evaporetur ad consistentiam syrupi crassioris. Dein instituatur destillatio per cucurbitam alembico suo munitam. Ita obtinebis pauxillum spiritûs: & sal volatile ascendit in alembico, oleo suo fœtido inquinatum. Quod, sequenti methodo, à fœtore suo liberato.

♃. Hujus salis volatilis. q. p. Misceatur cum. s. q. cinerum ossium calcinatorum. Et sublimentur, leni igne, ex sublimatorio vitreo, ut artis est. Ita obtinebis sal volatile, ab omnibus inquinamentis liberatum.

tum. Quod, si in forma spiritûs desideraveris, hâc methodo utere:

♃. Urinæ recentis. q. p. Hanc committito phialæ vitreæ, cujus orificium strictè occludito, & in fimo equino digerito per mensem philosophicum. Quo peracto, destilletur, ex cucurbita altiori, leni admodùm igne. Ita sal volatile Urinæ, per fermentationem attenuatum, adscendit, sub formâ spiritûs, ignei saporis, & odoris penetrantissimi. *Hi autem sales volatiles Urinæ, vel in forma spiritûs, vel in forma sicca salina, conveniunt in genere cum omnibus salibus volatilibus, ex animalium partibus eductis, utpote ex cornibus, unguibus, sanguine, craniis, calculis, & similibus. Ratione enim angulorum acutissimorum, & tenuitatis particularum, obstructiones resolvere, pituitas tenaces incidere, acido-austera fermenta macerare valent. Ac proinde maximè conducunt in omnibus obstructionibus nervorum: in apoplexia: paralysi: itidem in epilepsiâ: passione hysterica: obstructionibus menstruorum: & similibus morbis, vel ab obstructionibus, vel acido-austeris fermentis, originem ducentibus.*

Hi sales, cum unguentis aromaticis admixti, exteriùs applicantur iisdem in morbis; iis, scilicet, illinendo tempora, nares, nucham, umbilicum, & ventrem inferiorem.

Dos. *horum salium volatilium, ex partibus animalium eductorum, & per hanc methodum rectificatorum, est à gr. v. ad. gr. xij. vel. xv.*

Præparatio salis volatilis Urinæ; vel in forma sicca; vel in forma spiritus: processus sextus.

REc. Urinam recentem, eamque ad syrupi crassioris consistentiam evapora; eamque phialæ sublimatoriæ committe. Phiala autem superiùs Alembico suo munita, ut sit, oportet Leni igne operationem inchoato; sic enim quodcumque phlegmaticum est, destillabit priùs. Mox, validiori igne, salem volatilem sublima; eumque ut artis est, rectifica. *Matth.*

Alio modo.

REc. Urinæ recentis. q. p. Eamque phialæ circulatoriæ committe, & digere, per mensem philosophicum, in ventre equino. Postmodùm, leni igne, Urina fermentata destilletur, & obtinebis salem volatilem Urinæ, in formâ spiritûs.

Usus *Salis, & spiritûs, Urinæ est, ut reliquorum salium volatilium,*

Cornu Cervi, ſanguinis humani, & ſimilium. Specificè exhibetur in obſtructionibus menſium, paſſione hyſtericâ.

Doſ. *à gutt. vj. ad. xij.*

CAP. CCCCCXLII.

Modus generalis Unguenta, & Emplaſtra, conficiendi, in quibus pulveres, gummata, &c. ingrediuntur, ut in Melilot.

le Mort. OMnia ſeba, axungiæ, & olea, ſimul liqueſcunt: dein refrigerari permittuntur, donec duritiem, & conſiſtentiam quamdam, induunt. Dein admiſcentur, primùm, gummata ſoluta in aceto: poſtea pulvis herbarum, radicum, & ſeminum: tertiò olea ſtillatitia: ultimò optimè, piſtillo ligneo parumper calefacto, agitantur; & continuatur, ut omnia in unam maſſam æqualem abeant. Quæ deinde manibus oleo illitis malaxatur.

Nota bene. In quibus Emplaſtris ingreditur Crocus, vel alia tingentia, hoc modo proceditur. Gummatibus in aceto ſolutis, primò, admiſcetur Crocus, vel aliud aliquod tingens; & tamdiu movetur ſpatulâ, donec colorem ſuum deponat in ſolutione illa. Et dein, ut ſupra, proceditur.

CAP. CCCCCXLIII.

Unguentum Pomatum.

Idem. REc. Axung. Porcin. ℔. j.
Aq. Roſarum.
Lavendul. ana ℥. iij.

Coquantur invicem, lento igne. Poſtea, loco quieto, frigeſiant. Sic ad fundum ſordes omnes pelluntur, quæ poſtea auferuntur cum cultello. Recipe denuò hanc axungiam lotam, & lava adhuc bis eodem modo; ſemper ſordes, in fundo reſidentes, auferendo. Tunc:

♃. Hanc axungiam.
Ol. Jaſmin. gutt. x.
Ol. lign. Rhod. gutt. xx.
Eſſent. Ambr. gris. gutt. xxx.

Agiten-

Agitentur optimè simul, donec planè uniantur, & albissimum evadat Unguentum.

Nota bene. Si durioris consistentiæ expetatur, & ferè in Emplastri formam, addatur axungiæ in coctione:

Ceræ albissim. ℥. iij. vel. iv.

Unguentum Pomatum candidissimum, & fragrantissimum: processus secundus.

REc. Succ. Pomor. redol. ℔. iv. *le Mort.*
Axung. Porcin. albissim.
Sebi Ovilli. ana ℔. j.

Coquantur simul per mediam circiter horam. Deinde frigefiant in loco quieto. Sic sordes ad fundum decident; postea cultro abstergendæ. Hoc sebum denuò cum aqua Rosarum, & Lavendulæ, coquatur. Post refrigerationem, & mundationem, sebum optimè agitetur, donec albissimum evadat. Dein admisceto:

Ol. lign. Rhod. gutt. xx.
De Jasmin. ʒ. j.
Gariophyllor. gutt. x.
Cinnamom. gutt. iv.
Flor. Benzoin. ℈. j.
Essent. Mosch. &
Zibett ana. gutt. xxx.

m. f. Unguentum.

Processus tertius.

REc. Axung. Porcin. cum aq. odorifer. coct. & perpurgat. ℔. j. *Idem.*
Ol. Jasmin. gutt. xxx.
Lign. Rhod. gutt. xx.
Gariophyllor. gutt. xij.
Zibetti. gr. v.

m. f. Unguentum, optimè spatulâ agitandum, donec niveum acquirat colorem.

Si poma adderentur, situs ex particulis salinis, in fluorem evectis, conciliaretur brevi.

Nota. Zibettum est vel flavum, vel nigrum. Prius est odoratius longè, & pretiosius.

Si durior expetatur consistentia, sebum ovillum, in media quantitate, respectu axungiæ, permisceri poterit; vel ceræ albæ quarta pars.

CAP. CCCCCXLIV.

Unguentum fuscum Fœlicis Wurtz.

le Mort. REc. Scrophular.
Polygon.
Chelidon. maj.
Veronic. ana. m.j.

Conscindantur minutissimè: infundantur in vitro: & affundatur acetum ad supereminentiam. Ponantur in loco calido, ut acetum calefiat. Digerantur simul, in calido loco, per d. viij Postea acetum illud per linteum coletur, &, si hoc non sufficiat, per filtrum; ita ut herbæ ad siccitatem ducantur. Abjiciantur fæces; & retineatur acetum. Deinde:

℞. Vitrioli. ℔. ij. Calcina ad rubedinem summam sequenti modo. Liquefiat Vitriolum in olla terrea. Postea urgendo ignem ad siccitatem usque Vitrioli. Auge deinde ignem ulteriùs, donec optimè incandescat, per horam circiter unam; & habebis Vitriolum summè rubificatum. Huic Vitriolo affunde s. q. aceti. Coq. simul. Dein adde duplicem quantitatem aquæ, respectu aceti, & denuò ebulliant. Evaporet ad medias. Postea aquam illam rubificatam claram à Vitriolo separa. Fæcibus affunde denuò aquam. Coquantur simul, ut ante. Ubi denuò rubificata est, illam effunde: hanc operationem tamdiu repetendo, donec tincturam ampliùs dare neget. Solutiones, & tincturas, omnes evapora, ad siccitatem usque; & habebis Vitriolum ruberrimum.

Illud calcina, & candefac. Candefactum infunde ollæ plenæ aquâ pluviali, ut in ea solvatur. Hanc aquam denuò evapora, ut ante, ad medias, & aquam rubificatam effunde in aliud vas. Fæcibus affunde recentem aquam. Ebulliant denuò, & effundatur aqua, ut antea; idque repete, quamdiu Vitriolum tingit aquam. Fæces abjice; aquas tinctas denuò evapora, &, ut ante, præpara, & candefac, ut ante, denuò repetendo infusionem in aqua, & operationem, ut ante, donec dulcedinem præ se ferat linguæ admotum.

Vitrio-

Vitriolum hoc pulveriza. Dein:

REc. Pulveris hujus. ℥. ij.
Aceti ex herbis expressi. ℥. iij.
Phlegmatis Vitrioli. ℥. ij.
Mellis despumat. ℥. vj.
Flor. æris. ℥. x.

Hæc omnia coquantur simul ad consistentiam Electuarii, & habebis Unguentum.

Vires. *Præcipuè convenit nervis, & eorum affectibus. Præcavet, & abigit, omnia symptomata: purificat ulcera cacoëthica: inflammationem arcet: ulcera erodentia curat. Etiam inde fieri potest Unguentum durius pro turundis conficiendis, pro ulceribus, & vulneribus profundioribus, quorum fundum valde purificat, & omnia noxia arcet.*

Notabene. *Non debent uti illo unguento cottidie, sed semper ubi periculosi sunt affectus, & maligna symptomata. Dein procedendum modo vulgari.*

CAP. CCCCCXLV.

Unguentum Nutritum.

REc. Lithargyr. auri optimè lævigat. vel tenuissimè pulveriz. ℔. ß. *le Mort.*
Aceti Vini. ℥. xij.
Ol. Rosarum. vel Olivar. ℥. circiter. xvj.

Coquantur simul per quadrantem circiter horæ, continuò optimè agitando Dein remove ab igne, & continua agitationem cum spatula, donec frigefactum sit unguentum. Ubi frigefactum est Unguentum, si consistentia non arrideat, denuò admisce ℥. vj. vel. viij. aceti, & denuò ebulliant parumper, &, ubi refrigeratum est Unguentum, continua in agitatione, donec consistentiam Unguenti acquirat liquidiorem. Et sic paratum erit Unguentum spatio unius horæ circiter.

Modus vulgaris.

REc. Lithargyr. in. s. q. Adde ei Ol. Oliv. vel rosat. ut circiter duobus digitis superemineat. Dein superfunde aceti Vini acerrimi mediam circiter partem, respectu Olei. Agitentur simul cum spatula,

 do-

donec consistentiam Unguenti acquirat; quod circiter fit intra. xj. vel. xij. horas.

Nota. Ut meliùs agitatio procedat cum spatula, carbonem candentem unum supponunt, ut in calore lento retineatur.

Unguentum Nutritum, seu Tripharmacum: processus secundus.

le Mort. VIde Pharmacop. Londin.

♃. Lithargyr. auri optimè pulverizat. secundùm descriptionem: Ol. rosacei duplum, respectu Lithargyr. Aceti Vini acerrimi, vel, quod melius est, aceti destillati primò parvam quantitatem, ut nempe Lithargyrium optimè humectetur. Moveantur optimè simul super igne leni. Dein adde majorem aceti quantitatem, augendo ignem, donec materia coquere incipiat; optimè cavendo, ne omnis liquor avolet. Sed semper acetum recens substituatur aceto evaporato, donec ad Unguenti mollioris ex flavo-album colorem referentis consistentiam reducatur.

Nota primò. Ubi color albus expetitur in Unguentis, & Emplastris, in quæ ingreditur calx plumbi, magnâ opus est liquoris, in quo fit coctio, quantitate, uti hîc aceti. Si inter ebulliendum altiùs assurgat, signum est, bonam liquoris quantitatem adesse.

Nota secundò. Lithargyrium primò coquere sine cum oleo, ut meliùs ab aceto dissolvi queat. Sed optimè moveri debet, ne ad fundum hæreat.

CAP. CCCCCXLVI.

Unguentum Magistrale.

Idem. REc. Succ. rad. Symphit. maj.
Succ. rad. Barbæ Capræ cum toto. ana ℔. j.
Succ. Chelidon.
Hyperic. ana ℥. iv.
Mellis. ℥. xvj. m.

Coquantur simul ad consistentiam Unguenti. Dein inspergatur:
Pulv. Barbæ Caprin.
Rad. Symphit. ana ℥. j.

f. Unguentum crassum, vulneribus cacoëthicis, tam recentibus, quàm inveteratis, maximè utile, ut & ulceribus fistulosis, & cancrosis.

CAP.

CAP. CCCCCXLVII.

Unguentum rubrum Camphoratum, propriæ descriptionis: quod mihi instar alicujus Panaceæ est.

REc. Ol. Olivar. vel le Mort.
Hyperic. ℥. viij.
Ceræ.
Axung. porcin. ana ℥. iv.
Mixta liquefiant. Liquefactis, & ab igne remotis, adde:
Camphor. in minima ramenta discissæ. ʒ. ß.
Misceantur simul, ita ut Camphora bene dissolvatur. Dein, ubi coagulari incipit, addantur:
Cretæ subtilissimè cribratæ. ℥. vj. vel. viij.
Minii med. part. respectu Cretæ.
m. f. Unguentum. Cui, si ad externa ulcera applicandum sit. ʒ. j. vel. ij. Ol. Ceræ addere possumus.

Vires. *Utilissimum est in omnibus affectibus externis; manibus, & pedibus, frigore adustis: oculorum inflammatione: Erysipelate: variolis: vulneribus recentibus, quæ, sine ullâ cicatrice reliquâ, eo unguento persanantur. Applicatur parti affectæ cum linteolo: v. g. in rubore, & inflammatione, oculorum, circa noctem superimponitur linteum eo obductum, & sic de nocte in noctem proceditur.*

Vide infra, post cap. 551. Processum secundum.

CAP. CCCCCXLVIII.

Unguentum ad pediculos.

REc. Mercur. vivi. ℥. j. Idem.
Terebinth. vulg. ℥. j. ß.
Misceantur cum spatula optimè invicem, donec Mercurius nullibi appareat. Huic mixturæ adde:
Axung. suillæ. ℔. j.
Misceantur denuò optimè simul. Adde:
Ol. lign. Rhod. gutt. circ. xx.

Usus. *Modus utendi est, ut inungantur partes affectæ, vel vestimenta.*

CAP. CCCCCXLIX.

Unguentum ad ſcabiem.

le Mort. R Ec. Mercur. vivi. ℥. ß.
Ol. Laurin. ℥. ij.
Miſce optimè invicem, donec Mercurius diſpareat. Deinde adde:
Fl. Sulphur. ℥. j.
Aluminis.
Sal. Nitr. ana ʒ. ij.
Ol. Spicæ. ℥. ß.
Axung. porcin. ℔. j.
m. f. Unguentum, articulis inungendum, præcipuè carpis, eo modo, ut carpus carpum fricet, donec Unguentum optimè imbibatur.

Nota bene. Flores Sulphuris, aut priùs in pulverem tenuiſſimum redigantur, aut fiat commixtio cum piſtillo æneo.

CAP. CCCCCL.

Unguentum refrigerans.

Idem. R Ec. Herb. Acetos.
Plantagin.
Lactuc.
Semperviv. maj.
Betæ.
Alchymill.
Malvæ.
Biſmalv. ana m. j.
Fol. tenerior. Alni.
Hederæ terreſt. ana m. ij.
Fol. & fl. Papav. hortens. id eſt, albi. m. iij.
Scindantur ſimul, & miſceantur, cum. ſ. q. Axung. porcin. Coq. ſimul ad conſumptionem uſque humiditatis. Axungia deinde coletur, & exprimatur. Axungiæ huic recentes herbas conſciſſas, in minori verò quantitate, immiſce, & macerentur ſimul in ſole, vel balneo Mariæ, per dies. iij. Dein coquantur parumper in balneo Mariæ: colentur,

&

& exprimantur: & recentes herbæ denuò admiſceantur, ut ante, addendo:

Caphuræ. ℥. j.

Digerantur ſimul, &, ſine coctione, poſtea colentur. Hiſce herbis etiam roſæ admiſceri poterunt ad gratum odorem.

Vires. *In omnibus inflammationibus, & membris combuſtis convenit, præcipuè ſi cum parvâ quantitate Cretæ applicetur. Etiam vulnera recentia citiſſimè ſanat.*

CAP. CCCCCLI.

Præparatio Unguenti Baſilici.

REc. Ceræ, Reſinæ, & Ol. quantum fert deſcriptio. Liqueſiant lento igne ſimul, optimè movendo, ne reſina fundo adhæreat. Liquefactis adde picem, & blando igne fove, donec planè diſſoluta ſit. Liquefacta omnia agitentur, donec conſiſtentiam Unguenti acquirant; & reponatur in uſum. *le Mort.*

Nota. Si fæces adſint, leniter liquata omnia effundenda ſunt, poſtquam parumper ab igne ſubſederint.

Vires. *Pus promovet: ſpicula cuti infixa attrahit: dolores nimios ſedat: Apoſtemata, & ulcera, ad maturitatis ſtatum perducit. Ex eo fiunt linteola, & turundines, ulceribus imponenda, ſequenti modo:*

℞. Filamenta lintei vetuſta. Ex hoc Unguento illita in cavitatem ulceris intrudantur.

Vidi etiam ad ʒ. ß. internè ſumptum ad Apoſtema, optimo cum ſucceſſu.

Proceſſus ſecundus.

REc. Axung. porcin. ℥. iv. *Idem.*

Ceræ citrin.

Ol. Olivar. ana ℥. ij.

Cretæ minutiſſimè pulverizat. ʒ. iv. vel. vj.

Camphoræ. ℈. ij.

Minii. q. ſ. ut colore rubro tingatur.

Liqueſiant primò ſeba, id eſt, Cera, & Axungia, & Oleum. Liquefactis, & ab igne remotis, injice Camphoram raſam; optimè movendo, ut planè diſſolvatur. Solutis, & penè refrigeratis omnibus, adde pulve-

res sensim, optimè movendo, donec plane frigefacta sint. Dein ad usum reponantur.

Nota. Si magis exiccans, & cicatrizans, expetatur, loco Olei Olivarum, Ol. Lini accipiatur cum guttis aliquot Ol. Ceræ, ultimo, mixturæ adjiciendis.

Vires. *Omnibus oculorum affectibus summi est usus: ambusta tam frigore, quàm igne, citissimè persanat, & fere ad miraculum: vulnera recentia citissimè curat: dolores lenit: humores acres, & erodentes, obtundit: fissuras mammillarum curat: variolarum maculas prohibet, ubi in ipso morbo parti affectæ applicatur, bis in die Unguentum renovando: ulcera cacoëthica, & scorbutica, sanat, &c.*

CAP. CCCCC. LII.

le Mort. *Extractum Zedoariæ, ad vermes necandos, egregium.*

SEm. Zedoariæ, vel Santonici, vermes necat: sudores movet, menses, & Urinam, promovet. Inde paratur egregium Extractum, ad vermes necandos, sequenti modo:

♃. Sem. Zedoar.
Comar. Absynth. ana ℥. vj.
Vitriol. Martis ad albedinem calcinati. ℥. j.
Agarici. ʒ. ij.
Dauci vulgaris. ℥. iv.
Herb. Tanaceti. m. ij.

Misce omnia invicem, & contundantur. Contusis superfunde Sp. Vini vulgar. ad supereminentiam dig. j. vel. ij. Digerantur per xxiv. horas. Postea filtra per chartam.

Nota. Si dulcius expetatur Extractum, addatur ei spiritui
Liquiritiæ rasæ. ℥. ß. vel j.

IN-

INDEX

Rerum in hoc volumine præcipuarum.

Numerus paginam indicat.

A

ABsynthii abstractum. Pag. 1
— Sal Vitriolatum. 1
— Sal fixum. 2. 319
— Sal essentiale. 2. 321
— Succus inspissatus. 3
— Vinum. 134
— Conserva. 135
— Tinctura. 453
— Oleum. 298
Acanthini ligni tinctura. 3
Acetosæ succus expressus. 9
— Aqua, ex succo ejus. 10
— Syrupus. 413
— Sal essentiale, sive Acidum, & Alcali, ejus 10. *Est nil aliud, quam Tartarus plantæ, constans Acido, & Alcali, quæ in succo continentur.* ibid.
— Spir. acidus. 16
— Sal fixum. *ibid.*
Acetosa Esurina. 460
Acetum in sacco portabile. 3
— Stillatitium. 4. *Fortificatur cum Sale Ammon.* 5. *Ejusdem concentratio.* 12. *Rectificatio.* 383
— ex Melle. 8. 9.
— è Saccharo. *ibid.*
Aceti spiritus. 4. *Fortissimus pro menstruo Philosophico.* 5
— Spiritus per balneum Mariæ. 6
— Spiritus frigidus. 4
— Spiritus igneus. 4. 6
— Phlegma. 4. 6. Quid sit. 6. 7
— Fæces. 4
— Sal fixum 4. 6. quid sit. *ibid.*
— Sulphur, sive Oleum crassum. *ibid.*
— Elixir. 5. 6
— Chrystalli.
— Coagulatio *per Sal mirabile Glawberi.* 208
— Syrupus. 415
Aceta conficiendi modus. 8. *Sunt duplicia, volatilia, & fixiora.* ibid.
Acidum *fortius præcipitat Acidum debilius.* 7. *Et cur.* ibid. *In cæteris Acidis fortioribus mineralibus præcipitatio cum Acido fortiori non succedit.* 8
Acida *præservant massam sanguineam contra Pestem.* 9
Acidorum spirituum præparatio. 10
——— Dulcificatio. 11
——— Præparatio per fermentationem. 11
——— Concentratio. 12. *Etiam Vegetabilium.* ibid.
Acidi spiritus sunt duplicis generis. 12. *Quomodo utrumque in chrystallos redigatur.* 13
Acidi liquores *quomodo in fermentationem deducantur.* 13. *Quomodo constantiores fiant.* ibid.
Agarici Extractum. 177. 457
— Resina. 201
Agaricus *Anglis, & Hollandis, levis, & albus, Germanis ponderosus magis placet.* 177
Agrestæ syrupus. 414
Alcahest Glawberi. 278
Alcali Sal, seu Alcalizatum, *quid sit* 128. *Alcalia præcipitant omnia ab Acidis soluta.* 7. *Et augent illorum pondus.* 8. Vires, & *qualitates, eorumdem immutant, pro ratione Salis solventis, & præcipitantis.* ibid.
Alcalizatio plantarum. 320
Alcalium Chrystallizatio. 293
Alcohol Vini. 469

Alexipharmaca Essentia. 173
Aloë lota, seu depurata. 13
— Rosata. 14
— Violata. ibid.
Aloës pilulæ Francofurtenses dictæ. 14. *Vsus, & dosis.* ibid.
— Extractum. 457
— Ligni Extractum, seu Resina. 15
Altheæ Syrupus simplex. 419
Alumen omnia vegetabilia præcipitat. 106. *Ejus chrystallizatio.* 293. *Ejus oleum acidum quomodo in chrystallos redigatur* 13
Amalgamatio metallorum. 269
— Solis. ibid.
— Lunæ. 213. 269
— Iovis. 202. 269
— Saturni. ibid.
Ammoniaci gummi depuratio. 15. 195
— Salis spir. s. Sal volatile. 15. & *seq. Rectificatio.* 16. *Multò fugacior elicitur spiritus, si calcem vivam, loco Salis Alcali, adhibueris.* 17. *Etiam penetrantissimus elicitur cum mineralibus, ut ferro, lap. hæmatitide, calaminari, &c.* ibid. *Pro diversis adhibitis salibus Alcalicis, diversus etiam elicitur spiritus, majori, vel minori, penetrandi vi præditus.* ibid.
— Sp. coagulatus. s. in forma sicca. 18. *Phlegma à multis Chymicis in pretio habetur, daturque in febribus ad temperandam acrimoniam humorum acidorum.* 19. *Cap. mortuum dat Sal febrifugum Sylvii.* 19. *Quòd si huic novum Alcali addatur, de novo recentem præbebit sp. & sal vol.* 17
— Flores albissimi, *non urinosi saporis, sed refrigerantis, ex Cap. mortuo.* 19.
— Sal. vol. fixatum. s. regeneratio Sal. Ammoniaci. 20. *Arcanum erat D. Sylvii.* ibid.
— è floribus *Circulatum minus Paracelsi.* 20. *Longè antecellit vires Alcohol Vini.* ibid.
— Flores Martiales. 239
Ammoniaca Salia *confici possunt varia, & quomodo.* 180
Amygdalarum Emulsio. 169
Angelicæ aq. antipestilentialis. 21
——— Extractum sudoriferum. *ibid.*
Angeli Salæ Luna Hydragoga. 211
Anatomia Bilis. 110
Antimonii Cœmentatio. s. Hepar. 21. *& seq.* 272
— Crocus metallorum. 21. *& seq. Quid sit.* 22. 272. *Ejus infusio.* ibid. 23. *Quomodo mitiùs operatur.* 24. 26. 86. *Quandoque coquitur pro clysteribus, in Colica.* 26
— Antim. diaphoreticum. 22. 24. *& seq. Aëri libero expositum de novo Sale quodam acri, & vol. impregnatur.* 25. *Cur id fiat.* 26. *Exhibetur in febribus, ubi calida, & spirituosa, locum non habent.* ibid. *Ejus vis sudorifera aliquo Alcali augetur.* 24. 30. *Flavi evadit coloris, si Nitrum non sit optimè purum.* 26. *Diu calcinando non melius fit, sed deterius.* ibid. *Excellentissimum evadit, si cum Sp. Vini digeratur per octiduum.* 27. *Si post edulcorationem, per se, in crucibulo optimè igniatur, candidissimum evadit.* ibid. *Ex minera Antimonii multò candidius, & præstantius, diaphoreticum evadit.* ibid. *Ex Regulo Antimonii potest præparari unâ, & simplici, fusione; & quomodo.* 62
— Sulphur verum, & inflammabile. 31. *& seq Putatur* Balsam. Rulandi *fuisse concinnatum ex eo.* 31. 32. *Ejus fixatio.* 34
— Flores albi, fixi dicti. 33. 36
— Flores rubri. 36
— *Ens primum Auri* dictum. 34. 35. 61
— *Panacea aurea.* 34. 35
— Sulphur fixum. s. *Diaphoreticum Helmontii.* 37. 38
— Panacea Sulphuris. 38
— Balsamus Sulphuris, 38. *Recens vehementer fœtet, sed postea minus.* 39

Vices explere potest omnium Balsamorum ex sulphure. ibid.
—— Panacea ex Sale ejus nativo. 40
—— Panacea *Amoaldina.* 41
—— Cliffus. 41
—— Quinta Essentia. 42. *Ex ea cum croco Salis unitâ medicina summa.* ibid.
—— Sudoriferum ex eo. 42
—— Pulvis Emeticus *absque ullo incommodo operationes exercens.* 43
—— Syrupus Emeticus. 43
—— Antihecticum. 44. 62. *Modus illud propinandi.* 63
—— Tinctura. 45. *& seq. Menstruum ad eam.* 44. *E Scoriis Reguli.* 57. 59
—— Crocus Solis *ad præcedentem operationem.* 45
—— Sulphur auratum *ex fœcibus post Tincturam relictis.* 47
—— Essentia, *Balsamus, & Tinctura genuina.* 48
—— Tinctura *ex Antimonio calcinato extrahenda.* 49
— Vitrum Hyacinthinum. 50. *Ejusdem infusio.* ibid. *& seq. Paratur Amstelodami ab uno homine immensa quantitas, & quidem per tincturam.* 51. *Dies pellucidus, & clarus, commendatur ad pelluciditatem Vitri.* 51. *Aliquando ad pelluciditatem perduci non potest, & cur.* ibid. *Crocus Antimonii est mitior, quàm Vitrum, unde præstat eo uti pro vomitoriis.* 52. *Borax in fusione addita pelluciditatem ejus promovet.* 53. *Quò citiùs frigebit, eò fragilius existet.* 53
— Calcinatio pro Vitro conficiendo 48 52. *Si calcinatio intendatur, ad album usque colorem, diaphoreticum evadet Antimonium, & fixum.* 53. *Sal Gemmæ accelerat calcinationem.* 52
—— Regulus è Vitro. 53. 54
—— Regulus Iovialis. 203
—— Sapa vomitiva. 54
—— Pilulæ vomitivæ. 54
—— Cerussa. 54
—— Acetum compositum. 54
—— Acetum genuinum. 218
— Regulus. 55. *& seq. Scoriæ Regulinæ.* ibid. *& seq. Globuli Regulini: Pocula Regulina.* ibid. *& seq. Ejus infusio pro vomitoriis.* ibid. *Regulus cum Nitro figitur in Antimonium diaphoreticum.* 56. *Calcinatione abit in Vitrum.* ibid. *Ex eo fiunt Canthari vomitivi, & pilulæ perpetuæ.* 59
—— Sulphur auratum *Beguino dictum, quòd nihil aliud est, quàm Crocus metallorum.* 56
—— Sulphur auratum *è Scoriis Regulinis.* ibid.
—— Regulus Martialis. 57
— Regulus ruber. 63. *& seq. Putatur esse Crocus metallorum Rulandi.* 63 64. *Præfertur vulgari Croco, & cur.* ibid. *Nil aliud est, quàm Antimonium depuratum.* ibid. *Purificatus permiscetur antifebrili è Quinaquinâ confecto.* 65
—— Butyrum 65. *& seq* 71. *Liquidum, & Glaciale.* ibid. *Rectificatio ejusdem.* 67. *Mercurius vivus è cap. mortuo denuò extrahi potest.* 68
—— Cinnabaris. 67. *& seq.* 84. *& seq.*
—— Mercurius Vitæ. 69: 72. *& seq. Aquila alba. Algoreth pulvis.* ibid. *Quomodo ejus vires mitigentur per Sal mirabile Glawbert.* 70. 74. *Aliter.* 76. 77. *Ejus infusio.* 72 *& seq.*
—— Butyrum extemporaneum. 70. *Item cum, & sine, destillatione, & sine Mercurio.* ibid. *Butyrum Antimonii non solùm cum Acidis effervescit, verùm etiam cum Alcalibus.* 69
—— Rosa mineralis. 71
—— Purgans, & Emeticum, *blandissimum.* 71. 75
—— Succinum. 73

—— Bezoardicum minerale. 74. 79. *& seq. Quibus cum optimè conjungatur ad sudores movendos.* ibid. *Bezoardicum minerale fieri potest, si flores, vel Regulus, ejus, cum Aq. Regia calcinetur.* 81. 82. *Non opus est repetere cohobium cum Sp. Nitri, ut plerique volunt.* ibid.
—— Sp. Vitrioli Philosophicus. 76. *& seq. Dicitur etiam Cohob Antimonii.* ibid. *Potiùs Sp. Salis compositus dicendus est.* ibid. *Recenti Antimonio superfusus denuò illud in Butyri formam redigit.* ibid.
—— Purgans securissimum. 77
—— Sp. Nitri Bezoardicus. 82. *& seq. Aurum dissolvit, & volatilizat: sed falso.* ibid.
—— Regeneratio. 84
—— Chaos Mercurii. 85
—— De usu interno nota generalis. 250.
Apoplecticum Balsamum. 101
Aqua *Benedicta Rulandi.* 86
—— Fortis. 86. *& seq. Dicitur vulgò Aqua Separatoria.* ibid. *Rectificatio.* ibid. 383
—— Regia. 87
—— Regia potentissima. ibid. *inferiùs & seq. Dicitur & Aq. Pugilum; & Regis Balneum minerale; & Lavacrum Solis minerale.* ibid.
—— Vitæ aurea Rulandi. f. *Sp. Vitæ aureus ejusdem.* 89
—— Vitæ, 89
—— Vitæ extemporanea. 90
—— Composita aromatica. 91
—— Composita destillata. 91
—— Calcis, in ambustis. 113
—— Antinephritica Michaëlis. 115
—— Antiepileptica puerorum. 170
—— Vitæ Ambrata. 171
—— Fœniculi. 180
—— Fumariæ spirituosa cathartica. 182
—— Guajaci. 193
—— f. Sp. Lumbricorum terrestrium. 212
—— Et Ol. Majoranæ. 218
—— Sp. Ol. & Sal Majoranæ. 218
—— Et Ol. Menthæ. 37
—— Mercurialis Rulandi. 264
—— Specifica ad Quartanas. 330
—— Temperata: 346. 347
—— Theriacalis. 447
—— Et Sp. florum Tiliæ. 452
—— Vitæ. f. Sp. Vini. 469. *& seq.*
Aquæ commun. coagulatio per *Sal mirabile Glawberi.* 208
Aquæ destillatæ frigidæ. 92. Aliter. *ibid.*
—— destillatæ calidæ. 93. Aquæ omnes, *in genere, primum destillatæ fœtent* ibid. *Olea, si supernatent, auferenda sunt, quidquid alii dicant: vide rationem.* ibid. *Quomodo diuturnæ, & valdè longævæ, fiant, quod in secretis maximè habetur.* ibid. *Ratio hujus rei. Vide quoque notas generales super omnes Aquas, & Olea destillata.* 94
—— Stillatitiæ ex tempore. 94
—— Odoriferæ, *Moscatæ* dictæ, & *Ambratæ.* 171
—— Simplices *Vegetabilium extemporaneæ.* 459
—— *Minerales acidulæ.* 486. *& seq.*
—— *Spadanæ.* ibid.
Aranearum tinctura. 189
Arantiorum corticum Ol. 116
—— Conditum. 132
Arcanum Corallinum Paracelsi. 245. 268
Aromaticum Balsamum. f. Simplex. 101
Aromatici morselli, seu Regii. 274
Arsenici, seu *Realgaris*, præparatio. 95
—— Pulvis *correctus pro Cancro, & ulceribus malignis.* 96
—— Magnes Arsenicalis. 96
Artemisiæ Sal essentiale. 321
Arthridi vagæ linimentum egregium. 118
Asari coagulum. 95
Asellorum. f. *Millepedum*, præparatio. 274
Astmathica Essentia. 172

Atra-

Atramentum *rubrum pro exarandis litteris rubris.* 3
——— Sympatheticum 97
Auriculæ Judæ. 97
Aurum fulminans. 98. 385
——— Potabile magnarum virium. 113. 385
——— Tinctura Auri. *ibid*
——— Horizontale. 241. 245
——— Auri valde similis mixtura. 263
——— Azoth *Aurifact.* 98. *Salivationem raro movet, nisi in corporibus pituitosis.* ibid.
Axungiarum omnium destillatio. 206

B

Balneum minerale Regis. 88
Balsamum Rulandi quid fuerit. 31. 32
——— Sulphuris Antimonii. 38
——— Antimonii. 48
——— Aromaticum. f. Simplex. 99
——— Menthæ. *ibid.*
——— Apoplecticum. 101
——— Gariophyllorum. 101
——— Jasmini. *ib.*
——— Basilici. 104
——— Vitæ. 102
——— Hyperici. 105
——— Vulnerarium. 105
——— *Mortuum* dictum. 113
——— Cornu Cervi quid sit. 143
——— Microcosmi. 275
——— Succini. 393. 408
——— Sulphuris. 398. 399. 400. 401
——— Anisatum. 408
——— Juniperatum. *ib.*
——— Fœniculatum. *ib.* 401. 402
——— Colophoniæ. 131
——— Pulmonum. 407
——— Dia-Sulphuris Rulandi. 409
——— Sulphuris compositus antipestilentialis. 410
——— Tacamahacæ. 421
——— Samech Paracelsi. 436
——— Vitrioli narcoticum. 484
——— Balf. Copaybæ *Elixir Antivenereum.* 136
——— Balf. *Italici descriptio, & præparatio.* 99. *& seq.*
Balsama *præparandi modus generalis.* 103. *& seq.* 106. *Quomodo cognoscantur, quæ sint naturalia, vel artificialia.* 106
quomodo tingantur nativo colore. ib.
Beguini *Magisterium Sulphuris gryseum.* 397
Bellidis Collyrium præstantissimum. 106
Bensoin flores. 106
——— Tinctura eorundem. 107
——— Essentia. 108
Berberorum Syrupus. 413
Bezoartica Essentia. 173
Bilis anatomia. 110
——— Fermentatio. 111
Bolus sudoriferus. 74
Borraginis Conserva 135
Bufonum tinctura 189
Butleri lapis. 348
Bryoniæ purgans nobile. 112
——— Extractum. *ib.*
Brasiliani ligni tinctura. 3

C

Cadavera condiendi modus. 112
Calami Arom. Ol. 116
——— Conditum. 132
Calcinatum magnum Mercuriale Paracelsi. 266
Calcinatio immersiva Lunæ. 213
——— Metallorum quid sit. 239
Calcis aqua, in ambustis. 113
——— Tinctura, in ulceribus malignis. 114
——— Aq. Antinephrit. Michaëlis. 115
Calcium Martis, Mercurii, &c. reverberatio. 115. *item.* 250
Calcinata super omnia notæ generales. 248
Calculi humani Sal volatile. 116
Calculi fragus pulvis. 116. Alius. 117
Campecii ligni tinctura. 117
Camphoræ Elixir. 117
——— Spiritus. 118
Cancror. Ocul. Magisterium. 118. 137. 294
Cantharidum Essentia. f. Tinctura. 119

——— Pulv. Antinephreticus. *ib.*
——— Chrystalli Antinephrit. *ibid.*
Capitis dolori mixtura. 118
Cardiacum Electuarium. 151
——— Spiritus. *ibid.*
Cardui Bened. Sal. 120. 320
——— Vinum. 134
——— Sal Essentiale. 321
Castorei Tinctura. 120. vide 454
——— Essentia. 120
——— Sp. egregius Antiepilepticus. 169
Catholicarum pilular. descriptio. 121
Carnes vetustiorum animalium *quâ ratione citissimé esui aptæ evadant.* 292
Cedrini ligni Ol. 298. 300
Centaurii minoris Sal lixivum. 319
Cephalicæ pilulæ *Mayerni.* 121
Cephalicis affectibus mixtura egregia. 118
Ceparum Sp. s. Mercur. Veneris vegetabilis. 122
Ceræ Ol. & pinguedinum omnium. 122
——— Liquidum butyraceum. *ibid.*
Cerasorum amarenorum succus. 124
Cerevisia saliens. 124
——— Saliens, vulgaris instar. 125
——— Alia. *ibid.*
——— Quarta species, *delicatissimo odore, & sapore.* 126
——— Chymica, *seu Chymico modo præparata.* *ibid.*
——— Martialis, *loco Cerevisiæ Dantiscanæ, vulgò* Joppen-bier, *aliàs* Spruits-bier. 127
——— Cerevisiæ coagulatio *per Sal mirabile Glawberi.* 208
Cerussa Antimonii *vires Bezoardici mineralis æmulans.* 54
——— Saturni. 371
Chelidonii majoris succus expressus. 9
——— Extractum. 459
Chrystallum minerale dictum. 291
Chrystallizatio Salium. 293
——— Alcalium. *ibid.*
Cinerum clavellator. lixivium, & Sal fixum. 128
Cineres clavellati. 369
Cinnamomi Oleum. 298. 300
——— Syrupus. 412. 415
——— Tinctura. 128
Circulatum minus Paracelsi. 20. *Longè antecellit vires Alcohol Vini. ibid.* 468
——— Majus Paracelsi. 286. 468
Citri corticum Syrupus. 412. 415. Oleum. 116
Clissus. s. Quinta Essentia Vegetabilium. 219
——— Antimonii. 41. *Dicitur facere ad longam vitam.* ibid.
Coagulum Asari. 95
Coagulatio liquorum per Sal. mirab. Glawberi. 208
——— Spir. Vini. 467
Cochleariæ succus inspissatus. 325
——— Sp. compositus. 128
Cocta Olea. 299
Cœmentatio metallorum. 272. quid sit. *ibid.*
Cœmentum Regale. 129
Cohob Antimonii. 76
Collyrium ad incipientes Cataractas. 130
——— Aliud ad oculos præstantissimum. *ibid.*
——— Aliud adhuc præstantius. *ibid.*
——— Panis Secalini *ad incipientes Cataractas.* 312
——— Ad inflammationes oculor. 379
——— Bellidis præstantissimum. 106
Colophoniæ Oleum. 131
——— Balsamum. *ibid.*
Colores, odores, & sapores, *medicamentorum in genere.* 295
Condiendi modus. 132
Conservas præparandi ratio generalis. 133
——— præparandi methodus, *unde Syrupi extemporanei.* ibid.
——— Modus secretior, *unde Syrupi, & Vina medicata.* 134
——— faciendi modus in hyeme. 135
Conserva Sabinæ. 135
——— Rorismarini. *ibid.*
——— Salviæ. *ibid.*
——— Absynthii. *ibid.*
——— Rosarum. *ibid.*
——— Calendulæ. *ibid.*

Borra-

——— Borragin. ibid.
——— Anthor. ibid.
——— Papav. erratici. 134
——— Taraxaci. ibid.
——— Florum quorumcumque. 135
——— Rosarum pallidar. 136
——— Menthæ. ibid.
Contracturis Ol. præstantiss. 186
——— Galbanetum. ibid.
Copaybæ Bals. Elixir antivenereum. 136
Colubrini ligni Electuarium Febrifugum. 151
Coralliorum calcinatio immersiva. 137. 294
——— Magisterium. 137
——— Magisterium solubile. 138
——— Magisterium per præcipitation. *ibid.*
——— Tinctura. 139
Corallinum Arcanum Paracelsi. 245. 268
Cornachini pulvis. 139
Cornu Cervi fumigatio. *s. calcinatio Philosophica.* 140. *Est cap. mortuum, à quo Sp. & Ol. maximâ ex parte sunt separata. Præstat ei substituere rasuram crudam.* 141
——— Sal volatile in forma sicca. 350
——— Ol. Sp. & Sal vol. 141. 145 *Sal vol. quomodo adservari possit.* 142 *Spir. rectificatus.* ibid. *Ol rectificatum.* 143. 145. *Salis vol. depuratio.* 145
——— Ustum. 143
——— Gelatina. 144
——— Magisterium. 144. *Habetur pro cap. mortuo à Zwelfero.* ibid.
Cornuum Sp. Ol & Sal. vol. 145. *Omnium trium depuratio.* ibid.
Corrosivum minus Paracelsi. 146
Cosmetici albi præparatio. 146
——— Rubri. *ibid.*
——— Egregii ex Essentia Benzoin. 108
Cranii humani Sal. vol. 116
Croci Tinctura. 147
——— Extractum. *ib.*
Crocus metallorum. 21. *& seq.*
——— Metallorum Rulandi. 63
——— Solis ad tincturam Antimonii. 54. 388
——— Martis in quantitate ex lap. Hæmat. 197
——— Martis aperitivus. 220. *& seq.*
——— Adstringens. *ibid.*
Cucumeres condiendi modus. 148. 292
Cuprum ex terra Vitrioli extrahendi modus. 479
Cyani Florum Syrupus, & Julapium. 148. 314
Cydoniorum Syrupus. 413
——— Succus. 124
Cyprini pulveris præparatio. 149

D

Deargentatio Veneris. 463
De coctum Puerperar. ad facilitandum partum. 327
——— Scorzoneræ sudoriferum. 389
Dentium dolori mixtura egregia. 118
——— Fricius pulvis. 290
Decrepitatio Salis commun. 340
Diagridium. 363
——— Ejus mitigatio. *ibid.*
Diaphoreticum *Helmontii.* 37
——— *Paracelsi* in peracutis. 493
Diascordium *Sylvii.* 149
Dia-sulphuris tinctura. 400
——— Balsamum *Rulandi.* 409
——— Emplastrum *Rulandi.* ib.
Diaprunum solutivum. 328
Diuræticum specificum in Gonorrhæa. 189
Draco mitigatus. 261
Ducis Holsatiæ Sal. 285

E

Eboris remedium ad icterum præstantiss. 150
Edulcorationes super omnes nota generalis 246
Electuaria præparandi modus generalis. 150
Elect. Febrifugum. 151
——— Cardiacum. *ibid.*
——— Purgans extractum. 152
——— Panchymagogum *le Mortian.* ib.

—— Purgans leniſſim. & ſuaviſſim. 153
—— Catholicum. 154
—— Diaprun. ſolutivi. 328
Elixir Camphoræ. 117
—— Antivenereum. 136
—— Proprietat. *Paracelſi.* 154. 453. 454. *Nobilitatum cum Sale vol. & oleoſo potentius & citius, operatur.* 156
—— Cum Sale Alcali paratum. 156. 158
—— Cum Acido paratum. 155. 157. 158
—— Vitæ. 159
—— Anodynum. *ibid.*
—— Menſtruale, ſ. Uterinum. 160
—— Arboris Vitæ quid ſit. 314
Embryones conſervandi methodus. 161
Emplaſtra conficiendi ordo generalis. 162
Empl. Manûs Dei. 163
—— De Meliloto compoſitum. 164
—— *Stomachic. ad Colicam, Pleuritim notham &c.* 164
—— Cephalic. ad dolor. cap. & dentium. 165
—— de Gratia Dei. 165. *Magni uſus in Hollandia.* ibid.
—— *Ad clavos pedum, ulcera duriora, & bubones Venereos.* 166
—— Diachylon. ibid.
—— Dia-ſulphuris *Rulandi.* 409
—— *ad tophos Venereos.* 242. 243
—— *ad Scabiem inveteratam.* ibid.
—— *Stomachic. & Splenetic. & pro duritie ventris puerorum.* 277
Emulſio Amygdalarum, & ſeminum omnium, *quæ in ſe Ol. craſſum continent.* 169
Ens primum Veneris. 483
—— Auri. 34. 35. 61. *Eſt præcipuum arcanum in Epilepſia, præſertim infantum.* ibid. *Modus illud parandi.* ib.
Epilepticus ſpir. egregius. 169
Epileptica aq. puerorum. 170
Eſſentiarum Vegetabilium præparatio. 350
—— Alius modus. 458
Eſſentia Satyrii ad impotentiam. 380
—— Stomachica. 389
—— Succini. 390
—— Vini miraculoſi. 474
—— Anodyna. 311
—— Opii. *ibid.*
—— Gariophyllor. 187
—— Adſtringens. 198
—— Aperiens. 199
—— Gummi Laccæ. 205
—— Lumbricorum. 212
—— Maceris. 217
—— Martis. 230
—— Metallica ad Vermes. 171
—— ſeu tinctura, Regia. 170. 204
—— Aſthmatica. 172
—— Anti-hyſterica. *ibid.*
—— Alexipharmaca, & Bezoartica. 173
—— Antimonii. 48
—— Benzoin. 108
—— Cantharidum. 119
—— Inſectorum aliorum omnium. *ibid.*
—— Caſtorei. 120
Eſſentiale principale *Kreukneri.* 283
Extracta, & pilulas, conficiendi regulæ quædam generales. 175
Extractum Bryoniæ. 112
—— Catholicum. 174. 176
—— Catholicum Magiſtrale *le Mortian.* 175
— Agarici. 177. 178. 478
— Fol. Sennæ. 177. 457
— Hellebori nigri. *ibid.*
— Scammonii. *ibid.* 457
— Jalappæ. *ibid.* 457
— Turbith, & cæteror. reſinoſorum. *ibid.*
— Purgantium omnium. *ibid.* 457
— Leniſſimè omnes humores purgans. 178
— Antifebrile. 178
— Anti-venereum. 194. 210
— Opii. 303. 457
— Anti-peſtilentiale magnarum virium. 313
-- Aloës. 457
-- Fumariæ. 459

——— Chelidon. majoris. *ibid.*
——— Plantaginis. *ibid.*
——— Zedoariæ ad vermes egregium. 506

F

Fabarum Sal lixivum. 319
Fæcum Vini Rhenan. Sal vol. 437
Febrifugum Extractum. 177
——— è ligno Colubrino. 151
——— sub formâ haustûs. 448
Fixatio Salium volatilium. 339
Florum Chimicorum præparatio in genere. 179
——— Quorumcumque Conserva. 135
——— Cyani Syrupus. 148
——— Cordialium omnium tinctura. 335
——— Martis ex lap. Hæmat. & Sal. Ammon. *sublimatio.* 195
Flores Sulphuris. 395
——— Martis. 230
——— Benzoin. 106
——— Eorum tinctura. 107
Fœniculi Oleum. 180
——— Aqua. *ibid.*
Formula Sudoriferi opt. 74
——— Pulv. sudoriferi. 81
——— Croci Mart. aperitivi. 226
——— Essentiæ adstring. multis morbis utilis. 198
Fumariæ aq. spirituosa cathartica. 182
——— Extractum. 459
Frondekii potio Philomedica. 314
Fuliginis sp. s. Sal vol. & Oleum. 181
——— Sal causticum potentiss. 182
Furnis extruendis Lutum. 183
Furnorum vitrificatio. 183
——— Structura. 184
——— Majorum præparatio. 185
——— Minorum portatilium extruendi *methodus.* 184

G

Galbani dissolutio. 198
Galbanetum in obstructionib. nervorum. 186
Galreda quid sit. 144
Gariophyllorum Balsamum. 101
——— Essentia. 187
——— Syrupus. 418
——— Oleum. 296
——— Tinctura. 330
——— *Sp.* Aq. & Oleum. 335
Gelatina Cornu Cervi. 144
Gemmarum artificialium tinctura quomodo *fiat.* 187
Glawberi Sal mirabile. 12. 283. 344
——— Panacea aurea. 34. 35
——— Alcahest. s. liquor nitri fixi. 278
——— Sp. Salis commun. 344
——— Secretum de instrumentis terreis. 452
Glycirrhizæ succus inspissatus compositus. 188
——— Syrupus simplex. 416
Gonorrheæ Diuræticum specificum. 185
——— Infusio. 190
——— Pilulæ. *ibid.*
——— Pil. *trium Diabolorum* dictæ. 258
Granatorum Syrupus. 415
Guajaci spiritûs acidi concentratio. 12
——— Ol. & Spir. 191
——— Rectificatio utriusque. 192
——— Duplex sp. vol. & acidus. *ibid.*
——— Utriusque ab altero separatio. 193
——— Tinctura. 193
——— Sal Essentiale. 324
——— Aqua. 193
——— Extr. Antivenereum. 194
Gummatum, & Resinarum, solutio per *Alcahest Glawberi.* 278
——— Ferulaceor. dissolvendi modus ad *Emplastra, aut Pilulas conficiendas.* 195
Gummi Ammoniaci depuratio. 15
——— Laccæ Essentia. 205. 466
——— Sandarachæ Vernix. 466

H

Haustus antifebrilis egregius. 448
Hæmatit. lap. sublimatio. 195. *& seq.*

—— Flores, & tinctura. 198 *& seq.*
—— Tinctura adstring. & aper. *ibid.*
Hellebori nigri Extractum. 177
—— Tinctura. 189
Helmontii Tinctura Succini. 391
Helvetii Sp. Veneris Anti-epilepticus. 463
Hæmorrhoidib. cœcis ulceratis Secretum. 100
Hepar Antimonii. 21. *& seq.*
Herbarum omnium succi expressi. 9
—— Cephalicarum succi inspiss. 325
—— Antiscorbuticar. succ. inspissat. *ibid.*
-- Menses moventium succ. inspiss. *ibid.*
Hermeticum Sigillum. 380
Herpeti miliari Unguentum. 242. 243
Horizontale aurum. 241. 245
Hydromel Vinaceum. 237
—— Aliud ad instar Vin. Hispan. *ibid.*
Hyperici Balsamum. 105
—— Oleum coctum. *ibid.*
Hypochondriacæ pilulæ. 200
Hyssopi Syrupus. 414
Hysterica Essentia. 172

I.

Jalappæ Extractum. 177
— Resina. 201
Japonica Vernix. 466
Jasminii Balsamum. 101
Icteri remedium præstantissim. 150
Imperatoriæ Oleum. 298
Incineratio plantarum. 321
Infusio specifica in Gonorrhœa. 190
Insectorum omnium tinctura, seu Essentia. 119
—— Præparatio. 202
Instrumenta terrea fortissimum ignem sustinentia, *& omnia metalla, & mineralia retinentia parandi modus.* 452
Jovis Amalgamatio. 202
—— Præcipitatio. 203
—— Regulus. *ibid.*
Italica Vernix. 466
Judæ auriculæ. 97
Julapium Cyaneum. 148. 314
Juniperi Oleum. 298

K.

Kermes tinctura. 204
— ad Confectionem annotatio. 204
Kreukneri Essentiale principale. 283
—— Potio Philomedica. 314

L.

Lac Virginale. 109
— Sulphuris. 397. 407. *& seq.*
Laccæ, seu Magisterium, Vegetabilium, 456
—— Gummi Essentia. 205. 466
—— Florentinæ parandi modus. 456
Lanarum tinctura. 3
Lap. Bezoar fictitius quomodo fiat. 456
—— Butleri. 348
—— Hæmatit. cum Sal. Ammon. sublimatio. 195
Lacerta viridis. 240
Lateritium Ol. s. Philosophor. 205
Lavacrum minerale Solis. 89
Laudanum Mercuriale Paracelsi. 263
—— excellentiss. vulgari præstantius. 304
—— *Libavii.* 309
Levistici spiritus. 207
Librorum tinctura. 3
Ligni Aloës Extract. s. Resina. 15
—— Campecii tinctura. 117
—— Guajaci Extr. antivener. 194. 210
—— Ol. Sp. acidus. Tinctur. Aq. 191 *& seq.*
—— Colubrini Elix. febrifug. 151
—— Nephritici tinctura, & usus. 176
—— Rhodii Ol. 298
—— —— Balsamum. 333
—— Cinnamomi. } Ol. 298
—— Sassafras.
—— Terebinthi.
—— Cedrini.
Lilium *Paracelsi.* 233
Limonum succus artificiosus. 297
Linimentum podagricum egregium. 118

—— pro emollitione Scrophular. 389

—— in Podagra, & frigidis affectibus perutile. 394

Lini Ol. & coctor. oleor. pro Vernicib. præparatio. 466

Liquorum coagulatio per Sal mirab. *Glawb.* 208

—— potabilium in genere præparatio. *ibid.*

Liquor Vinosus sine Vino. 474

Lixivium cinerum Clavellator. 128

Lithargyrium auri quid intersit Lithargyrio *argenti.* 167

—— quomodo probandum. *ibid.*

Lorica pro muniendis vitris. 209

Lui Venereæ Extract. specificum. 210. 194

Lucii piscis pulv. ad ulcera cacoëthica. 213

Lumbricor. terrestr. Ol. ad contracturas. 186

—— præparatio ad calculum. 212

—— Spir. seu Aqua. *ibid.*

—— Essentia. *ibid.* Tinctura. 202

Lunâ in aq. forti solutâ, quò liquor magis cœrulescit, eò impurior est. 168

Lunæ Amalgamatio. 213

—— Calcinatio immersiva. *ibid.*

—— Hydragogæ Ang. Salæ præparatio. 214

—— Musivæ præparatio. 215

—— Resolutio in Sale Tartari. 269

Lutum pro furnis extruendis. 183. 216

—— Sapientiæ. 215

—— pro spiritib. acidis, & omnibus, iis, *quæ aperto igne fiunt.* 217

M.

Maceratio Vegetabilium. 457

Maceris Tinctura. s. Essentia. 217

—— per Alcahest *Glawb.* 279

Macrocosmi sp. s. Sal vol. 217

Magisterium Ocul. Can. 118. 137. 294

—— Coralliorum. 137

—— solubile. 138

—— per præcipitation. *ibid.*

—— Cornu Cervi. 144

—— Matris Perlarum. 272

—— Succini. 392

—— Tartari arcanum. 433

—— Tartari. 434

—— Vitriolatum. 435

—— seu Laccæ, Vegetabilium. 456

Magisteria ab Alcalibus præcipitata augentur pondere, *novasque qualitates, & vires, acquirunt.* 8. *Non item, si propriâ sponte, mediante acido fortiori, præcipitata ad fundum decidant.* ibid.

Magnes Arsenicalis. 96

Majoranæ Ol. & aq. 218

—— Sal, Aq. Sp. & Ol. *ibid.*

—— Clissus. s. Quinta Essentia. 219

Malorum dulcium succus. 124

Mars potabilis. 114. 232

Martis tinctura. *ibid.*

— Reverberatio. 115. 220

— Flor. sublimatio ex lap. Hæmatit. 195

— Tinctura aperiens. 196. 228. 229.

— Tinctura adstring. 197. 227. 228

— Crocus in quantitate. 197

— Solutio. 219

— Præcipitatio. s. calcinatio immersiva. *ibid.* 221.

— Crocus aperitivus. 220. *& seq.*

— Crocus adstringens. 221. *& seq.*

— Croci aperitivi formula. 226

— Præparatio specifica ad obstructiones. 227. 233

— Specifici adstringentis ex eo præparatio. 227

— Essentia. 230

— Flores. 230

— Regulus. 231

— Lilium Paracelsi. 233. Fixatio *ejusdem.* ibid.

— Pilulæ Martiales. 234

— Tinctura. s. solutio pro pilulis Martialibus. *ibid.*

— super præparationes omnes notæ. 235

— Solutio in Sale Tartari. 269

Martius panis. 312

Marcasitæ aureæ cum Venere rubrâ Japonicâ *mixtura auri similis.* 263

Masticbes Vernix. 466

Matris Perlarum præcipitatio. 271

— Calx. 272
— Magisterium. *ibid*
Meconium faciendi modus. 417
Medicamentorum circa odores, colores, & sapores, *in genere.* 295
Mellis sp. ardens. 235
— Tinctura. 236
Mel rosaceum colatum. 337
— Vinaceum. 237
Melissæ sp. aq. & ol. 335
Menstruum *Philosophicum* dictum. 5
— ad tincturam Antimonii. 45
— Universale ad omnia mineralia *solvenda.* 199
— Circulatum. 286
— ad tincturam Solis cardiacam. 388
— ad Elixir *Paracelsi* vol. 438
— ex Sal. Tartari destillatum. 446
Menthæ Balsamum gratissimum. 99
— Conserva. 136
— Sp. aq. & ol. 337
Mercurius diaphoreticus. 262. Vide quoque processum sub titulo *Azoth Auri fact.* 98
— Veneris vegetabilis. 122
— Laxus *Paracelsi.* 146
— Præcipitatus albus. 238. *& seq.*
— Cosmeticus. *ibid.*
— Præcipitatus ruber, vulgò *Præcipitatum.* ibid.
—— Incarnatus. 240. 245. 247
—— Viridis. *ibid.*
—— Diversi coloris. 245. *& seq.*
—— Dulcis. 246
—— Luteus. 245. *& seq.*
—— Corallatus. 268. Vide quoque. 245
— Meteorizatus. 261
Mercurii Calcis reverberatio. 115. 250
— Præcipitatio. 238. *& seq*
— Præparatio ad ptyalismum excitand. 249. *Alia pro ditioribus.* ibid.. *Alia pro pauperibus.* ibid.
— de usu interno; ut & Antimon. nota generalis. 250
— Turbith minerale. 251. *Ejus elaboratio in substantiam auri instar.* ibid. *Est nil alud, quàm Mercur. præcipitat. luteus.* 252. *& infra. Ejus securatio.* ibid. 261. *Usus, tam internus, quàm externus.* ibid. *Quod mediante Sale Tart. per deliq. præcipitatur tutioris est úsûs.* 255
—— ab omni spurcitie, & nigredine, depuratio. 253
—— Coagulatio. 255
—— Dulcis præparatio. 256. *Quò sæpiùs sublimatur. eò magis deponit vim suam purgantem.* 260
—— Præcipitatum diaphoreticum, & purgans *Paracelsi.* 161. *Vide quoque.* 253
—— Laudanum Mercuriale *Paracelsi.* 263.
—— Aq. Mercurialis Rulandi. 264
—— Oleum. 264. Ejus nobilitatio cum Sulphure metallico. *ibid.*
—— Sublimati corrosivi præparatio facillima. 265. 266. Vulgaris. 265
—— Calcinatum magnum Mercuriale *Paracelsi.* 266
—— Revivificatio. 267
—— Cinnabaris in currentem reductio. *ibid.*
—— Sublim. corros. in currentem reductio. *ibid.*
—— Dulcis in currentem reductio. *ib.*
—— Corallati præcipitatio. 268. Vid. 245
—— Cinnabaris. 268
—— Fixatio cum Sole, & Luna. 283
Metallorum præcipitatio. s. calcinatio immersiva quid sit. 234
—— Amalgamatio. 269
—— Præparatio. 271
—— Resolutio in Sale Tartari. 269
—— Cœmentatio. 272
Michaëlis Aq. antinephritica. 115
Microcosmi Balsamum. 272
Millepedum præparatio. 274
Mineralis Panacea. 273
Mineralium duriorum præparatio. 271
—— Præcipitatio. 271. Reverberatio. 220
Mineralia, & metalla, chymicè præparata propinandi methodus. 272
Minium. 370

Mixtura

Mixtura de tribus dicta. 483. 493
——— Cephalicis affectibus dicata. 118
Morselli Regii. s. aromatici. 274
Moscatæ aquæ. 171
Mumiæ præparatio. 275
Mucaginum Oleum. 301
Mayerni pil. cephalicæ. 121
Myrrhæ tinctura. 279
Myvarum, & pulparum, conficiendi modus generalis. 275. 327

N.

Nephritici ligni tinctura, & usus. 276
Nephriticus pulv. præstans. 276
Nicotianæ Empl. stomachale, & splenetic. 277
Nitrum Antimoniatum. 27
Nitri spir. acidus. 10. 280. 342
——— Ejusdem dulcificatio. 11. 285. *& seq.*
——— Ejusdem concentratio. 12
——— Ejus præparatio per fermentationem. 11
——— è sp. acido chrystalli Vitriol. referentes. 13
——— sp. unitus cum spir. Tart. & Urin. 113
——— Fixatio. s. Alcalizatio. 277. 278
——— Liquor Nitri fixi. s. Alcahest Glawb. 278. *& seq.*
——— Rectificatio spiritûs Nitri. 284 383
——— Regeneratio. 287. 288. *Flammam igne arripit, quod nec Sal Tart. nec Sp. Nitri per se faciunt.* 288
——— Terra foliata. 289
——— Sal Prunell. 290
——— Alio modo. *ibid.* Vide Nitrum Nitrat. *pag.* 292
——— Sal fixum. 291
——— Salis chrystallizatio. 293
Nitrum Nitratum 292. Vide quoque. 290
——— Fulminans. 288
——— Vitriolatum. s. Sal Ducis Holsatiæ. 285
——— Vitriolatum aliud. 283. Longè superat *vires Sal. Prunell.* ibid.
Nucis Vomicæ tinctura. 189

O.

Obstructionib. omnib. sp. perutilis. 294
Oculor. Cancr. Magisterium. 118. 137
——— Præparatio. 294
Odontalgicum *Rulandi.* 295
——— Aliud. *ibid.*
Odoriferæ aquæ, Moscatæ, & Ambratæ. 171
Odoriferorum, & aromatum, Syrup. 412
Odores, colores, & sapores, medicamentor. 295
Oleum Hyperici. 105
-- Calami aromatici. 116. 297
-- Corticum Arantior. 116. 297
-- Cort. Citri. *ibid.*
-- Ceræ, & omnium pinguedinum in genere. 122
-- Colophoniæ. s. Terebinthinæ rubrum. 131. 132
-- Fœnicul. 180
-- Fuliginis. 181
-- Lumbricor. terrestr. ad contracturas. 186
-- Ol. & sp. Guajaci. 191
-- Ol. ejusdem rectificatio. 192
-- Lateritium. s. Philosophor. 205
-- Ol. & aq. Majoranæ. 218
-- Ol. & aq. Menthæ. 237
-- Vitriol. & Sulph. per Camp. *Hæc duo easdem fere operationes circa Chymiam semper exercent.* 255
-- Gariophyllor. 296
-- lign. Rhodii. 297
-- lign. Cedrin. *ibid.*
-- lign. Sassafras. 297
-- Rad. Imperatoriæ. 297
-- Sem. calidor. maj. & minor. 298
-- rad. Petasitidis. 298
-- Cinnamomi. 300
-- Terebinthi. 298
-- Juniperi. *ibid.*
-- Absynthii. *ibid.*
-- Otalgicum le Mortianum. 300
-- Sarcoticum Magistrale. 301
-- Mucaginum. *ibid.*
-- Pinguedinis humanæ. 325
-- Rosarum. 336

-- Salviæ. 361
-- Succini essentiâ Sulphuris impraegnatum. 390
-- Sulphuris per Camp. 402
-- Lini, & caeteror. oleor. pro Vernicib. 466
-- Tacamahacæ. 421
Olea aromatica præparandi modus. 296
-- Destillata. 297. Cocta. 299
-- Crassa destillandi methodus. 206
Omphacium, *quomodo in fermentationem deducatur.* 13. *Quomodo constantius fiat additione Salis Chymici.* ibid.
Ophthalmicus pulvis. 301
Opoponacis dissolutio. 195
Opii correctio. 302
-- Tinctura. *ibid.*
-- Extractum. 303
-- Laudanum excellentiss. *quod neque anxietates, neque phantasias conciliat.* 304. 306. *Opii cum variis menstruis extracti differentia, & incommoda.* 305. *Præfertur extractio cum aqua.* ibid.
-- Laudanum Opiatum. 306
-- Laudanum Libavii. 309
-- Laudanum Zwelferi facillimum. 310
-- Essentia. 311
-- Præparatio per fermentationem cum *succo Cydoniorum.* 311
Orbicularis pulv. dysentericus. 312
Oxymel simplex. 415
-- Scyliiticum. *ibid.*

P

PAnacea aurea *Glawberi.* 34. 35
-- Sulphuris Antimonii. 38
-- Antimonii ex sale ejus nativo. 40
-- *Anoaldina.* 41
-- *Mineralis.* 273
Panis secalini collyrium ad incip. cataractas. 312
-- Martius. *ibid.*
Papav. erratici Conserva è sueco. 133
-- albi Syrup. 416
--- fortissimus ex capitib. recentib. 417
Paracelsi Circulatum majus. 286. 468
-- Circulatum minus. 20. 468
-- Sp. Vitrioli verus. 479
-- Ol. Vitrioli verum. 481
-- Diaphoreticum in peracutis. 493
-- Balsamum *Samech.* 436
-- Laudanum Mercuriale. 263
-- Calcinatum magnum Mercuriale. 266
-- Corrosivum minus. 146
-- Mercurius laxus. *ibid.*
-- Arcanum Corallinum. 245. 268
-- Lilium. 233
Parisiensium Sal polychreston. 339
Perlarum Matris præcipitatio. 271
Petasitidis Ol. 298
-- Rad. multum Balsami continet. 313
Pilulas, & Extracta, conficiendi regulæ. 175. 314
Pilulæ *Francofurtenses* dictæ. 14
-- Vomitivæ Antimonii. 54
-- Catholicæ. 121
-- Cephalicæ *Mayerni.* 121
-- in Gonorrhæa. 190
-- Hypochondriacæ. 200
-- *Martiales* dictæ. 234
-- *Trium Diabolor.* dictæ. 258
-- Imperiales le Mortianæ. 315
-- Pestilentiales Magistrales. 316
-- Cochiæ aliæ. 317
-- Mastichinæ. *ibid.*
-- Aloephanginæ. 318
-- Cochiæ Maj. *ibid.*
-- Magistrales. 319
-- Spadanæ. 369
-- Antipestilentiales ex sulphure. 410
Pinguedinum omnium in genere Ol. 122. 206
Pinguedinis humanæ Ol. 325
Plantaginis Extractum. 459. Succus express. 9
Placentæ rosaceæ. 337
Plantarum Sal lixivum. 319
-- Sal Essentiale. 321. Est Acidum, & *Alcali, plantarum cum pauxillo terræ, & Olei.* 322
-- Sal Essentiale secretior conficiendi modus. 323
Plumbum induratum beneficio Reguli. 62
-- Ustum. 370. 465. Plumbo inest *spir. acidus acerrimus, & penetrantissimus.* 167. *Unde proveniat.* 168

Poda-

Podagræ purgans specificum. 326
-- Remedium. 120
-- Linimentum egregium. 118
Pomorum Chinæ Syrup. 415
Poma Ambræ. 326
Poterii elaboratio Turpeth. min. in substantiam auri instar. 251
Potio Philomedica. 314
— Antipleuritica egregia. 134
Præcipitatio Metallorum. 239. 271
Præcipitata super omnia notæ generales. 248
Primum Ens Auri. 34. 35. 61
——— Veneris. 483
Puerorum Aq. antiepileptica. 170
Puerperarum Decoct. facilitans partum. 327
——— & infantum, Syr. purg. Catholicus *le Mortianus.* 418
Pulparum, & Myvar. conficiendi modus. 275. 327
Pulvis sudoriferus. 81
——— Arsenici correcti pro Cancro, *& ulceribus malignis.* 96
— Tonitruans. s. Pyrius. 98. 329. 288. 289
— Calculifragus. 116
— Antinephriticus è Cantharid. tincturâ. 119
— *Cornachini.* s. Com. de Warwick. 139
— Cyprinus. 149
— Lucii piscis ad ulcera cacoëthica. 213
— *Vigonis.* 239
— Nephriticus præstans. 276
— Dentifricius. 290
— Ophthalmicus. 301
— Dysentericus. 312
— Sennæ laxativus *Rulandi.* 380
— ad Vermes excellentissimus. 465

Q

Quartanis Febribus Aq. specifica. 330
Quinta Essentia Antimonii. 42. Ex ea cum *Croco Solis medicina summa.* 42
——— Vegetabilium. 219
——— Alia Vegetabilium ad aquas *simplices ex tempore parandas.* 459
——— Tartari. 438

R

Realgaris. s. Arsenici præparatio. 95
— Pulvis pro Cancro *& ulceribus malignis.* 96
Regii morselli. s. aromatici. 274
Resinarum præparatio. 330. Usus. *ibid.* *Earum operationes, mediante Spiritu Vini, vel Aquâ, extract. quomodo differant.* 304. 305
— & Gummatum, *solutio per Alcahest Glauberi.* 278
Resinosa, & viscosa, duriora depurandi modus. 332
Resinosorum purgantium Extractum. 177
Resina Jalappæ. 201. 330. 365
-- Scammonii. } *ibid.* 330. 365
-- Agarici. }
-- Turbith. }
Retortarum Loricatio. 210
Reverberatio calcium Mercurii, Martis &c. 115. 250
— mineralium. 220
Rhodii ligni Oleum. 298
— Balsamum. 333
Ribesiorum succus. 124
— Syrupus. 413
Rorismarini Conserva. 135
Rosarum rubrarum Conserva. 135. 337
— Pallidarum Conserva. 136. 337
— Spiritus. 333
— Aqua. *ibid.*
— Tinctura. 334
— Sp. aq. & Ol. 335
— Ol. & Unguent. 336
— Syrupus. 336
— Placentæ. 337
— Mel colatum. *ibid.*
— Syr. de ros. siccis. 417
--- Syr. solutivus. 419
Rulandi Terra sancta. 23
-- Balsamum. 31. 32
-- Crocus metallor. 63
-- Aq. Benedicta. 86

-- Aq. Vitæ aurea. s. Sp. Vitæ aureus. 89
-- Odontalgicum. 295
-- Aq. Mercurialis. 264
-- Pulv. Sennæ laxativus. 380
-- Balsamum Dia-sulphuris. 409
-- Emplastrum Dia-sulphuris. 409
-- Vinum Catharticum. 471
Ruptorium secretius. 338
Rutæ Alcalizatio. 320
-- Sal Essentiale. 321

S.

SAbinæ Conserva. 135
Sacchari spir. ardens. 236. 338
-- Spir. & Ol. 338
Sal mirabile Glawberi. 12. 283. 344
-- Chymicum pro liquoribus acidis constantioribus reddendis. 13
-- Febrifugum Sylvii. 19
-- vol. Calculi humani. 116
-- vol. Cranii humani. *ibid.*
-- Card. bened. 120
-- Fixum cinerum clavellator. 128
-- Alcali, s. alcalizatum. *ibid.*
-- vol. s. sp. Fuliginis. 181
-- Causticum Fuliginis. 182
-- vol. s. sp. Macrocosmi. 217
-- Ducis Holsatiæ. 285
-- Commune quomodo efficacius reddatur. 292
-- Lixivum Plantarum. 319
-- Essentiale Plantarum. 321
-- Modus secretior. 323
-- Lixivum Saponariæ. 319
-- Lixivum Sarmentor. vitium. 320
-- Polychreston Parisiensium. 339
-- vol. oleosum, in forma sicca. 350
-- vol. oleosum, & aromaticum. 351
-- vol. oleos. & aromat. in forma sicca. *ibid.*
-- vol. oleos. extemporaneum. 353. 360
-- vol. oleos. Uterinum. 354
-- vol. oleos. cephalic. extemporaneum. *ibid.*
-- vol. oleos. antifebrile stomachic. *ibid.*
-- vol. aromatic. solâ digestione paratum. 355
-- Idem per distillationem. *ibid.*
-- vol. quod urinosum odorem non habet. 356
-- vol. oleosum *le Mortianum.* 357
-- vol. oleosum aliud. 358
-- vol. oleos. nobiliss. pro delicatulis. 359
-- vol. oleos. antivenereum. 361
-- vol. fæcum Vini. 437
Salis commun. decrepitatio. 340
—— Spiritus. 341. 283. 10
—— Ejusdem Rectificatio. 342. 383
-- com. sp. in forma sicca. 343
-- com. spir. *Glawberi.* 344
-- com. spir. dulcis. 345. 11
-- com. regeneratio. 348
-- com. sp. cum Ol. Vitriol. paratus. 343. 348
-- augmentatio sp. Salis hujus. 349
-- è sp. acido chrystalli Vitriolum referentes. 13
-- com. sp. acidus per fermentationem. 11
-- com. sp. acidi concentratio. 12
-- vol. Succini rectificatio peculiaris. 350
Salia Essentialia omnium Vegetabilium. 3. 10. *Præstat ea calcinando in Sal fix. reducere.* 10
-- elicienda ex herbis priusquam semina *protrudant.* 2
-- acida rectores existunt alcalium. 180
-- Ammoniaca varia confici possunt. *ibid*
-- Muriatica multò efficaciora reddendi modus. 292
Salium chrystallizatio. 293
-- Alcalium item. *ibid.*
-- Fixatorum volatilizatio. 339
-- Volatilium fixatio. *ibid.*
-- Volatilium, merè Alcalium, præparatio. 349
-- Eorumdem Rectificatio. *ibid.*
Salamandræ cruor. 282
Salviæ Conserva. 135
-- Oleum. 361
Sandarachæ gummi Vernix. 465
Sanguin. humani spir. 366
-- Sal. vol. & phlegma. 367
-- Terra, & Sal fixum. *ibid.*
Sapa vomitiva Antimonii. 54

Sapo-

Saponariæ Sal Lixivum. 319
Saponis Veneti Ol. 368
-- Linimentum in Arthritide vaga. *ibid.*
Sapientiæ Lutum. 215
Sapores, odores, & colores medicamentor. 295
Saturni Amalgamatio. 202
-- Cœmentatio. 464
-- Præcipitatio. 203
-- Stratificatio. 369
-- Plumbum uſtum. *ibid.*
-- Calcinatio. 370
-- Minium. *ibid.*
-- Ceruſſa. 371
-- Saccharum. ſ. Sal. ſ. Magiſter. 371
-- In affectibus pulmonum præparatio peculiaris. 373
-- Sacchari Balſamus. 374
-- Balſamum. *ibid.*
-- Balſam. Marte nobilitatum. 376
-- Oleum. ſ. Liquor. *ibid.*
-- Ol. Tinctura, & Spir. 378
-- Balſamum antipodagricum. 379
-- Balſamum anodynum. *ibid.*
Satyrii Eſſentia ad impotentiam. 380
Saxifragiæ pulvis Antinephriticus. 276
Sarmentorum vitium Sal lixivum. 320
-- Incineratio. 369
Scabiei inveteratæ Empl. vel unguent. 242 243
Scammonii Extractum. 177. 365
-- Reſina. 201. 364
-- Fumigatio. 363
-- Diagridii mitigatio. *ibid.*
Scorzoneræ decoctum ſudoriferum. 389
Scrophulis emolliendis linimentum. 389
Seminum omnium, quæ in ſe ol. craſſum continent, *Emulſio.* 169
-- calidor. maj. & min. Olea. 298
Sennæ pulv. laxativus *Rulandi.* 380
-- fol. Extractum. 457. 177
Sigillum Hermeticum. 380
Scriptura rubra quomodo fiat. 3
Solis reſolutio in Sale Tartari. 269
-- Amalgamatio. 269. 384
-- Præcipitatio. ſ. calcinatio immerſiva. 384
-- Tinctura. ſ. aurum potabile. 385
-- Fulminantis præparatio. *ibid.*
-- Muſivi præparatio. 386
-- eliciendi ex Luna methodus. 387
-- Croci præparatio. 387. 489
-- Crocus ad tincturam Antimonii. 388. 45
-- Menſtruum ad tinctur. Sol. cardiac. 388
Spadana aqua. 487. 488
-- Spir. Spadanus. 485
-- Pilulæ Spadanæ. 369
Spir. Vitæ aureus *Rulandi.* 89
-- Camphoræ. 118
-- Ceparum. ſ. Mercur. Vitæ vegetabilis. 122
-- Cochleariæ compoſitus. 128
-- Antiepilepticus egregius. 169
-- Guajaci, & Ol. 191
-- Leviſtici. 207
-- ſ. Aq. Lumbricor. terreſtr. 212
-- Mellis ardens. 235
-- ad omnes obſtructiones. 294
-- Roſarum. 333
-- cum aëre continuò fermentans. 383
-- & Aq. florum Tiliæ. 452
Spirituum Acidorum præparatio. 10
-- Concentratio, ut duplo plus virium obtineant. 12. *Sunt duplicis generis. Quomodo utrumque in chryſtallos redigatur.* ibid.
-- Dulcificatio eorumdem. 11
-- ex Vegetabilibus præparatio. 300. 335 deſtillatio. 381
-- Rectificatio, in genere. 382
Stannum argentum colore referens. 57. *& ſeq.* 60. 61.
Stomachica Eſſentia. 389
Succini Ol. Sp. & Sal. vol. 142. 392. 393
-- Rectificatio. *ibid.* 350. 393
-- Tinctura. 279
-- Ol. eſſentiâ Sulphuris imprægnatum. 390
-- Eſſentia. 390
-- Tinctura *Helmontii.* 391
-- Alio modo. *ibid.*
-- Magiſterium. 392
-- Balſamum. 393
-- Vernix. 466

Sudoriferi opt. formula. 74. 81
Succus Cerasorum amarenorum. 124
-- Ribesiorum. } ibid.
-- Cydoniorum. } ibid.
-- Malorum dulcium. } ibid.
-- Glycirrhizæ inspissatus composit. 188
-- Limonum artificiosus. 207
Succi inspissati herbarum volatili Oleo, *& sale vol. præditar.* 325
Sulphuris flores. 395. 404. *V. pag.* 180
-- Tinctura. 397. 407. 454
-- Magisterium gryseum *Beguini.* 397
-- Lac. *ibid.* 407
-- Balsamum. 398. 399
-- Bals. Anisatum, *Succinatum*, *Iuniperatum.* 400. 408
-- Balsamus crassus. 400
-- Bals. Fœniculatus. 401
-- Ol. per Camp. 402. *Ad id notæ variæ.* 404
-- Spiritus. 403
-- Sp. per destillationem. 406
-- Differentiæ variæ. 404
-- Spir. dulcis. 404. Sp. acidos omnes *esse spiritum Sulphuris, sed aliter, atque aliter modificatum.* 405
-- Bals. Dia-sulphuris *Rulandi.* 409
-- Empl. Dia-sulphuris *Rulandi.* 409
-- Bals. composit. antipestilentialis. 410
Pilulæ antipestilentiales. 410
Sylvii Diascordium. 149
Sympatheticum atramentum. 97
Syrupi extemporanei è Conservis. 133
Syrupos acidos omnes parandi modus. 411 413
-- Rob, & Mellita, parandi ordo generalis. ibid.
Syrup. Violaceus. 412
-- Alio modo. *ibid.* Tertio modo. *ibid.*
-- Odoriferor. & aromatum. 412
-- Cinnamomi. *ibid.*
-- Cort. Citri. *ibid.* 415
-- Vegetabiliium vulgaris. 413
-- Berberorum } 413
-- Ribesiorum. } 413
-- Granatorum. } 413
-- è viscosis præparandi modus. 414
-- de Hyssopo. 414
-- de Limonibus. 415
-- Aceti. *ibid.*
-- Pomorum Chinæ. 415
-- Acetosæ. } 413
-- Cydonior. } 413
-- Agrestæ. } 413
-- Glycirrhizæ simplex. 416
-- Papav. albi. *ibid.*
-- Idem fortissim. ex capitib. recentib. 417
-- de Rosis siccis. 417
-- Catholic. purg. le Mortian. pro puerperis. *& infantibus.* 418
-- Gariophyllorum. *ibid.*
-- Altheæ simplex. 419
-- Rosarum solutivus. 419
-- Rosatus. 336
Suppositoria parandi methodus. 410
-- Vulgare. 411

T.

Taraxaci succi Conserva. 134
Tacamahacæ Ol. s. Balsamum. 421
Tartari calcinatio, & Sal. 421
-- Alcali. s. Sal Tartari. 444
-- Ol. per deliq. 422. 425
-- Sal. compositum. 423. 424
-- Sal extemporaneum, & euphoriston. *ibid.*
-- Salis hujus reverberatio. 425
-- Sal volatile. 426. 439. 440. 441
-- Cremor, & Chrystalli. 428
-- Cremor, & Chrystall. Martiat. 432
-- Terra folirta. 432
-- Magisterium arcanum. 433
-- Vitriolati præparatio. 433
-- Magisterium Vitriolatum. *ibid.*
-- Bals. Samech *Paracelsi.* 436
-- Spir. & Urinæ, volatilis. 436
-- Spir. Hydragogus. 437
-- Quinta Essentia. 438
-- Sp. & Ol. destillatum. 438. *Dicitur Ol. Tart. fœtidum.* 440
-- Sal fixum. 442
-- Tinctura. *ibid.*
-- Lixivium. s. Sal Lixivum, 444
-- Aq. Sal. Tart. s. menstruum ex Sale *Tartari destillatum.* 446

-- Tar-

-- Tartarus Emeticus. 446
-- Tart. solubilis in aq. frig. 444. *Ex omnibus Salibus Tartarus non solvitur in aq. frig.* 431
Terebinthinæ Ol. rubrum. s. Ol. Colophon. 132
-- Spir. & Ol. 446. 298
Terra Virgo. 347
-- foliata Nitri. 289
-- foliata Tartari. 432
-- Sancta *Rulandi*. 23
Theriacalis Aq. 447
Theriaca Cœlestis le Mortiana. 448
-- Contracta. s. Antidotus maximarum *virium*. 450
Tiliæ Florum Sp. Aq. & Ol. 335
-- Sp. & Aq. 452
Tinctura Vitæ. 48
-- Florum Benzoin. 107
-- Martis potabilis è Croco ejus. 114
-- Martis potentissima in Epilepsia *specifica*. 114
-- Ligni Campecii. 117
-- Cantharidum. 119. 189
-- Insectorum alior. omnium. 119
-- Castorei. 120. Vide. 454
-- Cinnamomi. 128
-- Corallioram. 139
-- s. Essentia Regia. 170
-- Gemmar. artificialium. 187
-- Vermium Majalium. 189. 202
-- Hellebori. } *ibid.*
-- Aranearum. } *ibid.*
-- Bufonum. } *ibid.*
-- Nucis Vomicæ. } *ibid.*
-- Martis aperiens ex lap. Hæmat. 196
-- Martis volatilis. 197
-- Lumbricor. terrestr. 202
-- Kermes. 204
-- s. Essentia Maceris. 217
-- Martis adstringens. 227. 228
-- Martis aperiens. 228. 229
-- Mellis. 236
-- Lign. Nephritici, & usus. 176
-- Myrrhæ. } per Alcahest *Glawb.* 279
-- Maceris. } per Alcahest *Glawb.* 279
-- Succini. } per Alcahest *Glawb.* 279
-- Opii. 302
-- Gariophyllor. 330
-- Rosarum. 334
-- Florum Cordialium omnium. 335
-- Auri. s. aurum potabile. 385
-- Succini Helmontii. 391
-- Alio modo. *ibid.* 453
-- Sulphuris. 397. 407. Vide. 454
-- Enulæ Campan. 453
-- Absynthii. *ibid.*
Tincturarum præparatio generalis ex omnibus iis, *quæ sunt Sulphureæ, & Salinæ volatilis naturæ.* 453. 156
Tincturas super fœtentes, & graveolentes, *nota generalis.* 453
Tophos ad Venereos Empl. 242. 243
Trochiscos parandi modus generalis. 454. *Vide cap. seq.*
-- Bechici albi. 455
-- ad Vermes necandos, & expellend. 455
Turbith Extractum. 177
-- Resina. 201

V.

Vegetabilium spiritus acidi quomodo concentrentur, *& duplò plus virium obtineant.* 12
-- acidi liquores quomodo in fermentationem deducantur. 13. *Quomodo constantiores additione Salis Chymici.* ibid.
-- Clissus. s. Quinta Essentia. 219
-- Spiritus ardentes. 236. 300
-- Omnium Sp. Aq. & Ol. 335
-- Essentiarum præparatio. 350
-- Syrupi vulgares. 413
-- Magisteria, seu Laccæ. 456
-- Extracta, præcipuè purgantium. 457
-- Maceratio. 457
-- Essentias parandi modus. 458
-- Quinta Essentia ad aquas simplices *ex tempore parandas.* 459
-- Extractum aliud, seu Essentiæ species, *ad aquas destillatas multò potentior.* ibid.
Veneris Tinctura potentissima. 114
-- Mercurius vegetabilis. 122

-- Resolutio in Sale Tartari. 269
-- Sp. & Crocus. 460. 464
-- Tinctura Lazulina. 461
-- Sp. antiepilepticus *Helvetii*. 463
-- Deargentatio. 463
-- Præcipitatio. 464
-- Vitriolum. *ibid.*
-- Chrystalli. *ibid.*
-- Cœmentatio, & Saturni. *ibid.*
-- Æs ustum. 465
Vermium Essentia metallica. 171
-- Majalium tinctura. 189
Vermibus necandis, & expellendis Trochisci. 455
-- Pulv. excellentissimus. 465
Vernix *Italica* dicta. 465
-- è Mastiche. *ibid.*
-- è Gum. Sandaracha. *ibid.*
-- è Succino. 466
-- *Iaponica* dicta. *ibid.*
Vernicibus parandis Ol. Lini, & alia Olea. *ibid.*
Vigonis pulvis. 239
Vinum Absynthites. 134
-- Card. ben. *ibid.*
-- Moscatum. 171
-- Catharticum *Rulandi*. 471
-- Hippocraticum. 472
-- Artificiale. 473
-- Horminatum. 473
-- Moscatum artificiale. 474
-- Rhen. *Backarack* dictum artificiale. *ibid.*
-- *Miraculosum*. s. Essentia Vin. miraculos. *ibid.*
-- Liquor vinosus sine Vino, quoscumque *liquores Vini odore inficiens.* 474
-- Alcohol Vini camphorat. egregium. 473
-- Potus Vinaceus è fructibus saliens. 475
-- Ribesior. & aliorum fructuum. *ibid*
-- Cerasor. ad instar *Hogelandici*. ibid.
-- Hispanicum è Gallico. 476
-- Malvaticum generosum. 477. De Vinis, *& coloribus eorum, nota generalis.* 476
Vini Coagulatio per Sal mirabile *Glawb.* 208
-- Rhenani fæcum Sal vol. 437
-- Spiritûs coagulatio. 467
-- Destillatio. 468
-- Sal. s. Tartarus. *ibid.*
-- Sulphur crassum. s. Extractum. 468
-- Sp. rectificatus. 468
-- Alcohol. 469
-- Sp. Tartarizatus optimus. 471
Volatilizatio Salium fixatorum. 339
Virginale Lac. 109
Virgo Terra. 547
Viscus vitale *Helmontii*, & *Paracelsi.* 111
Vitæ Balsamum. 102
-- Elixir. 159
Violarum Syrupus. 412
Viscosorum Syrupos præparandi modus. 414
Vitrioli Sp. acidi dulcificatio. 11
-- Olei rectificatio. 383. 490
-- Chrystallizatio. 293
-- Calcinatio vulgaris. 477
-- Calcinatio Philosophica. *ibid.*
-- Colcothar propriè. *ibid.*
-- Terra dul. s. Colcothar Vitrioli. 478
-- Bolus. *ibid* Ex eâ Cuprum quomodo *educunt Chymici.* 479
-- Sal vomitivum. 479. 484
-- Ros. 479. Et Phlegma. 480. *Dicitur & sp. Vitrioli verus Paracelsi.* 479. 491
-- Liquor. 480
-- Sp. & Phlegma sulphureum. 481
-- Oleum. 490
-- Sp. vol. sulphureus. 491
-- Ol. verum *Paracelsi.* 481
-- Sulphur narcoticum. 482. 484
-- Sulphur. s. primum Ens Veneris. 483
-- Vitriolum Martis. 485
-- Sal album. 488
-- Panacea ex Vitriolo. 488. Præparatio *Croci Solis ad eamdem.* 489
-- Oleum vol. dulce. 489
-- Sulphur. s. Croc. Martis subtiliss. 492
-- Diaphoreticum *Paracel.* in perac. 493
Vitriola omnis generis è Cupro, Argento, &c. *quomodo fieri possint.* 13

Un-

Unguenta, & Emplaſtra, conficiendi modus. 498
Unguentum Pomatum. 498
-- Aliud candidiſſ. & fragrantiſſ. 499
-- Aliud. *ibid.*
-- Fuſcum *Fœlicis VVurtz.* 500
-- Nutritum. 501
-- Magiſtrale. 502
-- Rubrum Camphoratum *le Mortianum.* 503. 505
-- ad pediculos. 503
-- ad ſcabiem. 504
-- Refrigerans. 504
-- Baſilicum. 505
-- ad ſcabiem inveteratam, & Herpetem *miliarem.* 242. 243
-- Aloë-Hepaticum ad conſolidanda ulcera *maligna.* 253
Ungularum equorum Sal vol. in forma ſiccâ. 350
Urinæ Sal vol. in forma ſiccâ. 350
-- Spir. 493. 497
-- Sal vol. 494. Tam in forma ſiccâ, quàm humidâ. *ibid.*
Vulnerarium Balſamum *Italicum* dictum. 99
-- Balſamum aliud. 105

Z.

ZEdoariæ Extr. ad vermes egregium. 506
Zwelferi Laudanum facillimum. 310
-- Alcaheſt. ſ. Liquor Veneris *Alcaheſticus.* 460

FINIS.



